

UC-NRLF



B 3 486 022

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Class

LEIPZIGER STUDIEN
ZUR
CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

G. CURTIUS L. LANGE O. RIBBECK H. LIPSIUS

ACHTER BAND

Erstes Heft.



LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL
1885.



LEIPZIGER STUDIEN

ZUR

CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

G. CURTIUS L. LANGE O. RIBBECK H. LIPSIUS

ACHTER BAND

Erstes Heft.



LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL

1885.



PA3
L4
v.8-9

AD
AUREAE AETATIS FABULAM SYMBOLA

SCRIPSIT
ERNESTUS GRAF.



Duas de uetustissimo hominum genere opiniones inter se contrarias apud ueteres scriptores offendimus, quarum altera poetarum magis propria illi uel uitae maxima iucunditate uel summa morum praestantia insignes fuisse finguntur, altera, quam historiae potissimum scriptores atque philosophi amplexi sunt, ex rudi statu paulatim ad meliora prouecti esse statuuntur. Quae uel singulae uel contaminatae inter se confusae apud omnis generis scriptores passim obuiam fiunt.

Homerus sane, in cuius carminibus sui acui quasi felicissimi imaginem expressam uidemus, ut Lobeckii uerbis utar, praeae aetatis melioris imaginem, quae miserae praesentis uitae taedio deberi solet, nusquam praebet; nisi exiguum huius rei uestigium in eo quaeras, quod et sui temporis uiribus eas, quas in carmine ponit, aequiperari negat (*E* 304 al.) et rursus Nestorem (*A* 272) eodem nomine duces Troicos cum suae iuentutis aequalibus comparantem facit, uirtutem igitur inde a uetustissima memoria gradatim imminutam uidetur fingere. Sed ut ut est, Homeri carmina in aureae aetatis fabulam inquirenti minime praetereunda sunt, quia et a posterioribus colores, quibus auream felicitatem depingerent, ab Homero interdum petebantur et ipse Homerus uel interpretando uel interpolando eiusmodi coloribus instruebatur. In Iliade Thracum Hippemolgorum lacte uescentium et Abiorum iustitia summa insignium commemoratio (*N* 5) ansam dabat ad omnia in hos populos conferenda, quae aureis hominibus alibi tribuuntur. *Μαζροβίους* fuisse scholiasta dicit, quod aureorum hominum iam apud Hesiodum proprium fuisse infra probabimus; terram uictum *ἄφθονον* sua sponte ferentem Aeschylus (frg. 190 *N.*) eis

dat, carniū esu abstinentes, sicut Pythagoreorum, Theophrasti aliorumque aurei homines, ab Ephoro fingebantur¹⁾; idem bonorum communione usos esse contendit, quam in aurea aetate Vergilius (ge. I, 126 sq.) ponit. Sibyllinorum denique oraculorum auctor ipsos aureos homines Homeri verbis *δικαιοτάτους ἀνθρώπους* appellat (I, 85). Atque eo facilius aureae aetatis propria in iustissimos illos homines transferre poterant, memores Iustitiae auream aetatem regentis, quam fabulam Arato multo vetustiore esse ipse Aratus testatur (*λόγος γε μὲν ἐντρέχει ἄλλος ἀνθρώποις* q. sq. phaen. 100). Praeter Abios *χρυσὴν Ἀφροδίτην*, quae in Iliade saepe occurrit, alicuius momenti fuisse ad auream aetatem exornandam infra probare conabimur.

Plures Odysseam colores, quibus aurea felicitas instruat, praebere consentaneum est, quippe quae in fabulosis rebns multum uersetur. Sic, quae Menelaus δ 85—89 de Libya narrat:

— *Λιβύην, ἵνα τ' ἄρνες ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσιν.
τρὶς γὰρ τίκτει μῆλα τελεσφόρον εἰς Ἰνιατόν.
ἐνθα μὲν οὔτε ἄναξ ἐπιδευῆς οὔτε τι ποιμήν
τυροῦ καὶ κρειῶν οὔδ' ἔγλυκεροῖο γάλακτος,
ἀλλ' αἰεὶ παρέχουσιν ἐπιητανὸν γάλα θῆσθαι,*

quamquam non prorsus ficta continent (cf. de ouibus statim cornutis, quae Ameisius in appendice affert), fabulosum tamen habent triplicem illum singulis annis onium partum. Nam altera interpretatio uide Eust. 1485, 18, qua non easdem ones ter anno peperisse, tribus tamen anni temporibus partus factos esse statuitur, artificiosior est. In memoriam autem horum uersuum reuocamur, cum apud Hesiodum legimus homines aureos *ἀφνειοὺς μῆλοισι* fuisse (op. 120) et in beatorum insulis simili miraculo terram *καρπὸν τρὶς ἔτεος θάλλοντα* tulisse (ib. 172). Platonem uero, qui leg. 679 A de priscis hominibus narrat: *γάλακτος καὶ κρειῶν οὔδαμῶς ἐνδεεῖς ἦσαν*, non immemorem fuisse Homeri uersuum crediderim. Magna deinde inter Phaeaces et homines aureos similitudo intercedit. Alcinous η 201 sq. de deis narrat:

¹⁾ Vide Eichhoffium in annal. paed. uol. CXX de aureae aetatis fabulis disputantem p. 585.

αἰεὶ γὰρ τὸ πάρος γε θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς
 ἡμῖν, εὐτ' ἔρδωμεν ἀγακλειτὰς ἐκατόμβας,
 δαίνυνται τε παρ' ἄμμι καθ' ἡμέμενοι ἔνθα περ
 ἡμεῖς,

aurea autem aetate apud Hesiodum (frg. 187 Fl.)

ξυναὶ . . . δαῖτες ἔσαν, ξυνοὶ δὲ θόωκοι
 ἀθανάτοισι θεοῖσι καταθνητοῖς τ' ἀνθρώποις.

et sicut Phacaces θεοῖς ἐγγύθεν εἶναι gloriantur (η 205), Hesiodus uetustissimae aetatis descriptione illustraturum sese dicit,

ὡς ὁμόθεν γεγάσσι θεοὶ θνητοὶ τ' ἀνθρώποι.

Quod porro hortis Alcinoi (η 119) sicut Elysio (δ 567) continui Zephyri flatus tribuantur, Olympus autem (ζ 43) nec nentis neque imbribus uexari, sed puro et lucido aere semper circumdari dicitur: iam Plato gratam caeli tempericm, qua aurei homines fructi sint, commemorat, cum pol. 272 A de cis narrat: 'τὸ τῶν ὠρῶν αὐτοῖς ἄλυπον ἐκέρατό'. Similes Vergilius colores primae mundi hominumque aetati tribuit, qui ge. II, 336 sq. antecedente ueris descriptione narrat:

non alios prima crescentis origine mundi
 inluxisse dies aliumue habuisse tenorem
 crediderim: uer illud erat, uer magnus agebat
 orbis et hibernis parcebant flatibus euri.

Ouidius met. I, 107 aureae aetatis Zephyros commemorat et fast. V, 197 sq. Floram, Zephyri uxorem, aeterno uere fruentem olim campi felicis nympham fuisse fingit, ubi 'audis rem fortunatis ante fuisse uiris'.¹⁾

Terram denique ἀτομάτην fruges ferentem (cf. Hcs. op. 117), quod tam proprium aureae uitae est, ut tota huius uitae con-

1) Non minus Olympicae et aureae uitae maximam similitudinem offendimus, si, quae Pindarus frg. 143 de deis praedicat:

'καῖνοι γὰρ τ' ἀνοσοὶ καὶ ἀγήραοι πόρων τ' ἀπειροί'
 cum Hesiodi aureis hominibus comparamus, qui 'ἄτερ νόυσων ἀργαλίων'
 (u. 92) degunt et u. 105:

'νόσφιν ἄτερ τε πόρων καὶ οὐζῶσι οὐδέ τι δειλόν
 γῆρας ἐπήν'.

dicio αὐτόματος βίος appelletur (Plat. pol. 271 e), in Odyssea Cyclopes possident, qui

οὔτε φρυτεύουσιν χερσὶν φυτόν οὔτ' ἀρώουσιν,
ἀλλὰ τὰ γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φέρονται,
πυροὶ καὶ κριθαὶ ἴδ' ἄμπελοι q. sq. (ι 105 sq.).

Quae Homeri uerba ad ipsam auream aetatem Lucianus (uel poeta aliquis, quem nouerat) transfert, uam in epistula I ad Saturnum § 20 dicit: 'καίτοι ἀκούω τῶν ποιητῶν λεγόντων, ὡς τὸ παλαιὸν οὐ τοιαῦτα ἦν τοῖς ἀνθρώποις τὰ πράγματα σοῦ ἔτι μοναρχοῦντος, ἀλλ' ἡ μὲν γῆ ἄσπορος καὶ ἀνήροτος ἔφρυν αἰτοῖς τὰ ἀγαθὰ'. Ipsa uero aetas aurea ab Homero non commemoratur et eorum quoque locorum, ubi felicitas aurea depingitur, sunt quos recentiore demum aetate huius imaginis magis studiosa insertos esse probabiliter homines docti statuerint (cf. δ 565 sq. ζ 41 sq. η 103 sq.).

Transimus ad praecipuum omnium aureae aetatis descriptionum fontem, ad Hesiodi Opera et Dies, ubi u. 109—120 aurea aetas quinque aetatum prima describitur. Fontem praecipuum eo magis licet appellare, quod apud Hesiodum ampliolem olim huic locum fuisse ex aliorum scriptorum locis apparet, ut plura ei uideantur deberi, quam quae nos comparando ostendere possumus. Sic u. 120, quo illi ouibus abundasse et deis amici fuisse uarrantur, Diodoro totum hunc locum laudanti debemus, cum ab omnibus Hesiodi codicibus absit. Duos uersus de communi deorum hominumque prisca aetate epulis Origenes affert (frg. 187 Fl.), qui in eo, quem habemus, Hesiodi contextu non apparent. Hinc profecti uerba u. 108 'ὡς ὁμόθεν γεγάσι θεοὶ θνητοὶ τ' ἀνθρώποι' non tam eiciemus, quam ex ampliore communis deorum hominumque originis (cf. Plat. Prot. 322 A) explicatione sola restitisse statuemus. Ac licet rerum apud Hesiodum olim exstantium, nunc perditarum numerum una augere. Iosephus enim (cuius locum a Goettlingio inter Hesiodi fragmenta non inuenio adlatum) arch. I, 3, 9 narrat: 'Ἡσιόδός τε καὶ Ἐκαταῖος q. sq. . . . ἱστοροῦσι τοὺς ἀρχαίους ζῆσαντας ἔτη χίλια'. Diuturnam igitur uitam ab Hesiodo auris hominibus tribui nou colligere tan-

tum cum Welckero (Gr. Goetterl. I 723) inde oportet, quod argenteorum multo deteriorum sola infantia centum annos implebat (u. 130), sed apertis uerbis hoc ipsum — mille annos eos uixisse — uidetur olim apud Hesiodum exstitisse.¹⁾ Hoc uel ob ipsam illam, quae sequitur, centennis infantiae commemorationem ueri simile est. Fulcitur autem Iosephi testimonium imitationibus horum Hesiodi uersuum. Velut Orphicorum Argonauticon auctor, quae Hesiodus de aureis hominibus narrat, ad Macrobios rettulit. De quibus u. 1113 sq. narrat:

οἱ δὲ πολέας ζώουσ' ἐνιαυτούς,
 δώδεκα χιλιάδας μηνῶν ἑκατονταετήρων
 πληθούσης μῆνης, χαλεπῶν ἔκτοσθεν ἀπάντων·
 αὐτὰρ ἐπὶν μῆκος τὸ πεπερωμένον ἔξανύσωσιν,
 ἕπνῳ ὑπὸ γλυκερῷ θανάτου μάρπτουσι τελευτήν.

cf. Hesiodi u. 115 sq.:

τέρποντ' ἐν θαλίῃσι κακῶν ἔκτοσθεν ἀπάντων,
 θνήσκον δ' ὡς ἕπνῳ δεδμημένοι.

Viuent autem per eundem annorum numerum Macrobiani atque homines aurei, magnitudo tantum annorum uulgarem modum egreditur, cum singuli menses centenis annis constant.²⁾ Item in Oraculis Sibyllinis (I, 69 sq.) apertam Hesiodi imitationem cum longi aevi commemoratione artissime iunctam inuenimus. Narratur enim de priscis hominibus:

οἷσι πολυχρόνιον ἦμαρ
 ὄκασεν εἰς ζωὴν πολυήρατον· οὐ γὰρ ἀνίαις
 τεϊρόμενοι θνήσκον, ἀλλ' ὡς δεδμημένοι ἕπνῳ.

Alteram de prisca feritate opinionem Hesiodus ne ibi quidem profert, ubi de Prometheo narrat (theog. 510 sq., op. 48 sq.); quae fabula Aeschilo huius sententiae multis uer-

1) Neque enim credo soli conclusioni ex u. 130 factae etiam, quae Iosephus referat, deberi, quae uidetur Kinkelii sententia esse frgm. epic. I p. 166.

2) Neque enim artificiosae Hermanni interpretationi adstipulari possum, qui annos denis mensibus constantes respici opinatus *χιλιάδας μηνῶν ἑκατονταετήρους* scribit, duodecim igitur eiusmodi chiliadibus MCC annos effici computat.

bis exponendae ansam dabat. Immo altero horum locorum (op. 90 sq.) de beata uita, quae ante Prometheus fuerit, uerba facit:

*πρώην μὲν ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων
νόσφιν ἄτερ τε κακῶν καὶ ἄτερ χαλεποῦ πόνοιο
νόσων τ' ἀργαλέων, αἳ τ' ἀνδράσι κῆρας ἔδωκαν.*

Attamen ne illam quidem feritatis priscæ imaginem Hesiodi temporibus ignotam fuisse, si ceteras eius aetates considerauerimus, apparebit.

Etenim inaequalitatem quandam in quinque illis aetatibus inesse, quippe quae non continuo ordine a melioribus ad deteriora progredierentur, iam ueteres senserunt et reducto numero eam sanare studebant. Duo autem sunt, in quibus offendatur, primum quod maxima iam secundae aetatis nequitia est neque augetur tertia, sed colores tantum alios induit, alterum, quod in medio ad nequiora descensu post secundae et tertiae aetatis impietatem et ferociam heroes quarto loco inseruntur. Religiose Babrius Hesioidea seruauit, qui prooemii fabularum iuitio quinque aetates breuiter enumerat:

— — —
*τρίτη δ' ἀπ' αὐτῶν ἐγένεθ' ἢ γε χαλκείη,
μεθ' ἣν γενέσθαι φασὶ διὰν ἰρώων,
πέμπτη σιδιρῆ.*

Nec minus auctor tertiae decimae, quae Iuuenalis fertur, saturatione, quamuis in depingenda aurea aetate ingenio suo indulgeat (u. 48 sq.), his tamen (u. 28—30):

nunc aetas sequitur peioraque saecula ferri
temporibus, quorum sceleri non inuenit ipsa
nomen et a nullo posuit natura metallo —

artissime se ad Hesiodum applicat. Nam nouerat sine dubio uersus interpolatos 179—181:

*ἀλλ' ἔμπεγς καὶ τοῖσι μεμίζεται ἐσθλὰ κακοῖσιν.
Ζεὺς δ' ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος μερόπων ἀνθρώπων,
εὔτ' ἂν γεινόμενοι πολιορκήσασιν τελέθουσιν q. sq.,*

quibus quinta aetas, quamquam uerbis non nimis dilucidis, in quintam et sextam distribuitur. Sextae nimirum nomen apud

Hesiodum non inueniobatur, id quod satiricus ille suo modo explicare studet. Fortasse ne Theophrastus¹⁾ quidem sine consilio pietatis corruptionem inde a prisca aetate quinque gradibus progressam fingit.

Ceteri uero immutare Hesioidea non uerebantur. Ouidius met. I, 89 sq. quartam aetatem omittit, quia heroes nullo modo tertiae aetatis hominibus deteriores fingi poterant, et in ceteris quattuor ordinem quendam uirtutis gradatim imminutae constituit, quamquam non facile hoc ei cecidisse in breuissima tertiae aetatis descriptione ('Saeuior ingeniiis et ad horrida promptior arma, non scelerata tamen') cernitur. Continuum corruptionem quinque gradibus progredientem Octauiae auctor (u. 392 sq.) Onidinum ceteroquin imitatus (cf. 'sanctum tamen' in tertia aetate) describere temptauit; sed in distinguenda aetatum natura multo infelicior illo fuit. Quattuor aetates alii ideo statuerunt, quia totidem ab Hesiodo metallorum nominibus instructae erant. Conferas Probi uerba ad Verg. ecl. 4, 4: 'Hesiodus in libris suis quattuor saeculorum facit mentionem' et paulo supra 'Cumaei carminis] a Sibylla, quod Cumana et et post quattuor saecula *καλιγγενεσίαν* futuram cecinit' cum simillima Seruui adnotatione hac: 'ultima Cumaei uenit iam carminis aetas] Sibyllini, quae Cumana fuit et saecula per metalla diuisit'.

Aratus amplius reducto numero tres tantum reliquit aetates et, cum apud Hesiodum Verecundia et Nemesis post quintam aetatem effugiant, quae apud Aratum illis accurate respondet Iustitiae fuga (nam apud utrumque scelorum commemoratio antecedit, cui formula '*καὶ τότ᾽*' fugae narratio annectitur) iam aeneam aetatem sequitur. Tres aetates, quarum ultima ferrea sit, Horatius (epod. 16, 63 sq.) et Iuuenalis (sat. 6, 23) nonerunt, Iustitiae autem fugam Ouidius, Hesiodi et Arati narrationes quodammodo exaequans (met. I, 150), post ferream ponit.

Simplicissima denique fabulae forma est, ut duae tantum aetates ponantur, bona et mala. Ad quam simplicitatem Vergi-

1) Ap. Porph. de abst. II, 27 in., quae ex Theophrasto fluxisse Bernaysius probauit, cf. infra.

lius redit, cum Aeu. VIII, 326 a 'deteriore ac decolore aetate' auream excipi fugit, ferream nimirum significans. Neque eum inusitatum fuisse solam ferream aureae opponere Cassius Dio quoque ostendit, qui, ut ineptum Commodi praeceptum regni sui aureae aetatis nomine appellandi (LXXII, 15) castiget, cum ad eius regni memoriam transit (LXXI, 36), ab aureo regno dicit ad ferreum et rubigine infectum et tunc Romanorum res deuenisse et nunc historiam suam descendere. Item duas aetates ponit Maximus Tyrius diss. 36, 2: *ἴμοι δὲ ὁ μῦθος . . . προῖόν παραβαλλέτω βίον βίῳ, τῷ προτέρῳ τὸν δεύτερον, εἴτε σιδηροῦν τις αὐτὸν εἴτε καὶ ἄλλῃ πη ὀνομάζων χαιρεί*, et in sequentibus de duplici tantum uita uerba facit. Nec plures agnoscit Ausonius, cum ep. 16, 27 sq. Probum his laudat:

generi hic superstes aureo
 satorque prolis aurcae
 coniuicit Ascræum senem
 non esse saeculum ferreum.

Gradationem uero inter eos, qui plures duabus aetates statuebant, Aratus ita intulit, ut inter continuam Iustitiae praesentiam et effugium eius raram argenteo saeculo praesentiam interpoueret. Iuuenalis autem 6, 23 inter primam aetatem innocentem et ferream omnium scelerum genetricem argentea moechos primos prodiisse fingit, ut hoc probrum uetustissimum et tamquam fons ceterorum omnium uideatur. Theophrastum denique parem secundae et tertiae Hesiodi aetatum nequitiae magnitudinem nou ita emendasse, ut illam hac superari fingeret, sed temporis discrimine sublato populos duos significari credidisse, qui possent eodem tempore uixisse, infra probabimus.

Sicut ueteres in tolleuda Hesiodi loci inaequalitate in uarias partes abibant, ita recentiorum in explicanda maxima fuit iudicii diuersitas et controuersia. Nou ab initio aetatum fabulam talem fuisse, qualem Hesiodus exhibet, sed contaminatione aliqua, quam habet, formam accepisse pauci sunt, qui negent. Solus C. F. Ranke (de Hes. Op. et Dieb. comm. p. 35) continuam crescentis infelicitatis seriem inesse putat et de malis,

quibus heroica quoque aetas laborauerit, nos admonet. Qua in re etsi cum Simonide consentit, qui frg. 36 narrat:

οὐδὲ γὰρ οἱ πρότερόν ποτ' ἐπέλοντο
 θεῶν δ' ἐξ ἀνάκτων ἐγένονθ' υἱες ἡμίθεοι
 ἄπιονον οὔτ' ἀφθιμον οὔτ' ἀκίνδυνον βίον
 ἐς γῆρας ἐξίκοντο τελέσαντες,

tertia tamen aetatis prauitas moribus potissimum hominum continetur, quibus nequiores heroum mores depingi nemo contendet, nec malorum insignium, quibus laborauerint, Hesiodus ipse mentionem facit. Flachins autem (cum Lobeckio Agl. 794) bonorum malorumque temporum uices intellegit, cum et quarta aetate a deterrima ad bonam redeatur et n. 175: 'ὠφρῆλον . . . ἢ πρόσθε θανεῖν ἢ ἔπειτα γενέσθαι' sexta melior significetur. Sed posteriorum philosophorum anni magni continuum aetatum orbem referentes Hesiodo uixdum noti erant et 'aliquando meliorem sobolem successuram esse spe potius praesumi ab Hesiodo, quam ex orbe aetatum in se remeantium concludi' recte Lobeckius l. l. monet. Quamobrem, quin in partes initio segregatas diuidenda sit quinque aetatum series, non dubito.

Sed quomodo diuidenda sit, rursus dissentiunt homines docti (enumerati a Flachio in adn.). Sunt, qui I—III et V utpote metallorum nominibus instructas postea inserta IV interruptas credant, sunt qui I—III postea IV et V auctas esse putent, sunt qui I, II et III—V diuidant. Ac mihi quidem omnes probabilitatis numeros Bambergeri sententia habere uidetur, qui opuse. p. 253 sq. de Hesiodi aetatibus disputat. Is enim priores duas aetates philosophicum de prisco tempore mythum cum daemologia quadam coniunctum continere censeat, tribus posterioribus historicam omnium temporum inde a primordiis explicationem temptari. Ac re uera priores duae per se stare possunt, cum et beatæ et nefastæ nitæ imaginem praebeant; argentea igitur aetas ut huius ordinis posterior ferreae alterius ordinis postremae quodammodo respondet. Quod etiam in singulis cernitur, utrique enim deos neglegentes et sibi inuicem nocentes describuntur (cf. Rankium p. 37). Nec uetari nos sic dirimere metallorum nominibus certos gradus

praebentibus Bambergerus recte explicat. Nam quattuor haec nomina non esse uno tempore aetatibus indita certum est. Prisca aetas sola accepit aureae nomen, quo nomine praestantia eius significabatur; non de uitae praestantia, sed de materia, qua priscos usos esse statuebant, ei qui alteram de priscis hominibus opinionem sequebantur, aeneae aetatis nomen sumebant. Contaminatis demum duobus aetatum ordinibus prioris altera, quae ab initio aureae prorsus contraria fuit, argenteae nomen accepit. Bambergeri argumentis unum non leuis momenti accedere mihi uidetur, quod u. 145 aenei homines ἐκ μελιᾶν orti esse feruntur. Primi enim hominum generis arborea origo non solum Vergilio (Aen. VIII, 313) et Iuuenali (6, 11) nota est, sed in Graecorum quoque fabulis uestigia huius opinionis exstant, de qua Prellerus in Phil. uol. VII p. 13 sq. disputat.

Duae igitur contrariae de hominum primordiis opiniones ita contaminatae apud Hesiodum exstant, ut prisca feritas beatitudini priscae quasi status posterior subiuncta sit. Inuerso quoque ordine easdem ita copulatas inuenimus, ut feritas primo loco ponatur et post hanc fuisse Saturniam illam uitam praecipue beatam statuatur. Sic apud Vergilium Aen. VIII, 314 sq. Saturnus rudes antea Latinos componendo et mansuefaciendo aurea saecula inducit. Eademque latet contaminatio in Stoicorum doctrina de sapientibus aurea aetate homines erudentibus atque instruentibus, cf. Posidonium ap. Sen. ep. 90, 5 sq.¹⁾ Atque eo difficilius est scernere duas illas imagines, quia eisdem interdum coloribus et feritas et beatitudo prisca depingitur. E. gr. Lucretius V, 925 sq. priscos homines miseros et more ferarum uiuentes narrat 'glandiferas inter quercus' corpora curasse, et Horatius sat. I, 3, 100, ubi illud 'mutum et turpe pecus' describit, item glandium esum commemorat; apud Ouidium uero in media beatae aureae aetatis descriptione met. I, 106 idem cibi genus ad felicitatem huius uitae conferre uide-

1) Audacius *Αυτιμός* aliquis in Tzetzae scholio ad Hes. op. 92 diuersas opiniones coniungere studet, qui dicit miserrimos tunc fuisse, sed quia nescierint, quae paterentur, ideo potuisse a poeta felices praedicari.

mns. Legibus dandis Saturnus apud Vergilium Aen. VIII, 314 sq. feritatem priscam legibus carentem aureo saeculo mutavit; idem poeta Aen. VII, 203 in legum absentia Saturniae gentis laudem ponit.

Sed ut ad eum revertamur, qui primum confundendi has duas fabulas exemplum dabat, segregatis apud Hesiodum contrariis de prisca aetate sententiis unus locus suam lucem accipit, u. 146 dico, ubi de aeneis hominibus narratur: *οὐδέ τι σίτον ἤσθιον*. Unde profecti fuerunt qui abstinentiae animalium laudem iam ab Hesiodo aureae aetati tribui crederent. Velut Goettlingius explicat: *non contenti erant frugibus, sed carne etiam vesciebantur*; et fortasse iam Aratus, qui aeneam aetatem his describit:

*οἱ πρῶτοι κακότεργον ἐχαλκείσαντο μάχαιραν
ἐινόδιον, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων,*

haec ipsa Hesiodi uerba de carnis abstinentia intellegenda censuit. Sed si re vera Hesiodus aeneos homines carnibus vescentes opponere uoluisset antecedentibus generibus eis abstinentibus, necesse erat in priorum aetatum descriptione abstinentiam carnis aliquo modo significari. Quod ibi nusquam factum est. Immo aenea aetate u. 115 lautis conuiuibus delectabantur, quae uix Hesiodus ita comparata fuisse cogitabat, ut animalium nihil apponeretur. Secundae autem aetatis hominibus n. 136 uitio uertitur, quod noluerint *ἔρδειν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς*. Ubi si poeta de immolandis hostiis cogitari noluisse, uix posuisset uerbum *ἔρδειν*, quod et in Homeri carminibus saepissime cum hecatombis coniungitur et in ipsis Operibus de hostiis sacrificandis usurpatur u. 336:

*καθ' δύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν
ἀγνώως καὶ καθαρῶς, ἐπὶ δ' ἄγλαα μῆρια κατεῖν.*

Neque porro ipse per se locus de carnis abstinentia abolente intellegi potest. Nam quae his uerbis opponuntur: *ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμόν* q. sq. de hac re nihil continent. Immo ex his sequitur uerba *οὐδέ τι σίτον ἤσθιον* intellegenda esse de mansueta agricolarum uita a bellicoso genere aliena. At uero, si ab initio coniunctae fuissent Hesiodi

aetates, hoc eum finxisse ponendum esset: terram, quae prima aetate fruges sua sponte profundisset, tum desiisse profundere neque homines, ut gignere pergeret, cultura effecisse; siu eum Bambergero aeneos homines primos aliquando fuisse credimus, id tempus significari statuemus, quo fruges nondum omnino norant homines, herbis igitur atque glandibus uescebantur, ut cum posterioris temporis poetis loquamur. Rudi autem primae aetati frugum ignarae secunda, quae fruges norit, ut mansuetior opponitur etiam a Theophrasto ap. Porph. de abst. II, 5. 6. Item Hygius (frag. 6 HRF Pet.) de 'rudi ante fruges cognitae nictu', qui ante Saturnum fuerit, loquitur. Hoc certum uidetur Hesiodi loco non cogitari de facioure, quod necandis animalibus committeretur.

Neque credo errabimus, si hanc doctrinam ex auxietate quadam animi profectam illa demum aetate, quam Lobeckius Agl. 312 describit, qua 'rerum abditarum cura et nenturi praesagia et multiplices superstitiones, quas salutis desperatio scelerumque conscientia progignere solet' in Graecia oriebantur, i. e. Onomacriti fere temporibus existisse statuimus. Nam quae hac aetate alicuius momenti esse incipiebant Orphicorum et paulo post Pythagoreorum sectas esum carniū detestatas esse notum est. Quamquam quid ipsae hae sectae de prisca hominum aetate senserint, nusquam comperimus. Nam in Orphicorum de mundi origine carminibus¹⁾, de hominibus primis nihil traditur. Neque quod Plato leg. 782c, postquam uetustissimo tempore inanima tantum sacrificata esse narrauit, addit Orphicam uitam tunc homines egisse, inde efficitur ipsam huius uitae in uetustissimam aetatem translationem ex Orphicorum doctrina fluxisse; immo contrariam de generis humani initiis opinionem in Sex. Empirici loco, quem Lobeckius Agl. 246 affert, deprehendimus, ubi hi uersus tamquam ipsius Orphei laudantur:

*ἦν χρόνος, ἦν ἴκα φῶτες ἀπ' ἀλλήλων βίον εἶχον
σαρκοδακῆ, κρείσσων δὲ τὸν ἦιτονα φῶτα δάιζε.*

1) Quae Zellerus hist. phil. I, 79 sq. recenset.

Pythagoreos nero disceptasse quidem scimus, utrum ipse Pythagoras carnibus abstinuisset necne, sed de aurea aetate carnibus abstinate apud Ouidium demum (met. XV, 96 sq.) ipse Pythagoras disserens inducitur. Pythagoreorum tamen subesse auctoritatem, ubicumque aureae aetati abstinentia carniū tribuatur, sequentibus passim apparebit.

Primum hoc ad **Empedoclem** pertinet, qui proximus post Hesiodum aureae aetatis auctor exstat. Is in lustralibus carminibus, quibus carniū esui aduersatur, aureae aetatis descriptionem inseruit, quos uersus Porphyrius de abst. II, 21 sq. seruauit (Mullach. I u. 417 sq.). Ac primum de regno huius aetatis narrat:

οὐδέ τις ἦν κείνοισιν Ἄρης θεὸς οὐδὲ Κυδοιμός
οὐδὲ Ζεὺς βασιλεὺς οὐδὲ Κρόνος οὐδὲ Ποσειδῶν
ἀλλὰ Κύπρις βασίλεια.

Quod Martem Tumultumque primo loco ponit fortasse contra eorum opinionem dictum est, qui primam aetatem bellicosissimam fuisse credebant, aeneae igitur aetatis coloribus eam instruebant. Sed quidnam causae fuit, cur Venerem tunc regnasse fingeret? Fortasse eam potissimum animos mansuetos reddendi et a crudelitate aduersus animalia abstinendi uim habere credebat. Ouidius quidem (art. am. 475 sq.) post illam aetatem, qua

‘silua domus fuerat, cibus herba, cubilia frondes’

hoc uersu:

‘blanda truces animos fertur mollisse uoluptas’

melioris saeculi imaginem incohat. Nam ad uim illam in elementis coniungendis ualentem, quam Porphyrius intellexisse uidetur, cum adnotaret: ‘ἢ ἔστιν ἢ φίλια’, quamquam ipse Empedocles eam u. 80 Veneris nomine appellat, quomodo priscae aetatis regnum pertineat, non uideo. Sed aliud quoque Empedoclis animo obuersatum esse, cum Veneri aureae aetatis regnum tribueret, ad aliquam probabilitatis speciem sequentibus adduci posse confido.

Aurei epitheton non solum saeculo, sed ipsis etiam hominibus, qui tunc nixerint, tribuitur. Sic Theocritus 12, 16 dicit:

ἢ ἕα τότ' ἔσσαν

χρῦσειοι πάλιν ἄνδρες, ὅτ' ἀντιφίλησ' ὁ φιληθείς,
 et ad iocum hunc usum uertit Lucianus Saturn. p. 391 R., ubi,
 cum Saturnus de illa aetate narrauerit: ἀγαθοὶ γὰρ ἦσαν καὶ
 χρυσοὶ ἅπαντες, sacerdos paulo post mirari se negat, quod
 de nucibus tantum aleas iacere soliti sint, ὑπὲρ τίνος γὰρ ἂν
 καὶ ἐπίτενον αὐτοὶ ὀλόχρυσοι ὄντες; tunc secum cogitat,
 quidnam futurum sit, si quis unum illorum χρυσηλάτων inter
 suae aetatis homines immitteret. Eadem scilicet fictione usus
 Apollonius Rhodius IV, 1638 sq. Taloem aeneum, Cretae custo-
 dem, Hesiodae illius χαλκείης μελιγενέων ἀνθρώπων ἑλίξης
 λοιπὸν λόγια narrat. Hunc autem usum, ut aureum appelle-
 tur, quod ad auream aetatem pertineat, Antipater in anth. Pal.
 V, 31 ad Homeri χρυσῆν Ἀφροδίτην transtulit. De hac enim
 se cogitare antecedenti epigrammate 30 ostendit, ubi Home-
 rum laudat, quod aureae cognomen Veneri indiderit, nimirum
 quia auro uenalis sit. Hanc Veneris imaginem ep. 31 ad mundi
 aetates adfert:

Χρῦσεος ἦν γενεὴ καὶ χάλκεος ἀργυρέη τε
 πρόσθεν· παντοίη δ' ἴ Κνθήρεια τανῦν
 καὶ χρυσοῦν τίει καὶ χάλκεον ἄνδρ' ἐφίλησεν
 καὶ τοὺς ἀργυρέους οὐ ποτ' ἀποστρέφεται.
 Νέστωρ ἦ Πατὴρ.

Ludit u. 3 ambiguitate uocis χρυσοῦς, quod et aureae aetatis
 hominem Theocriti exemplo significat et eum, qui aurum pos-
 sidet. Eandem ambiguitatem huic uoci Lucianus tribuit, qui
 epist. Sat. 20 refert narrare poetas de aurea aetate τοὺς ἀν-
 θρώπους χρυσοῦς εἶναι, πενίαν δὲ μηδὲ τὸ παράπαν αὐτοῖς
 πηλοσιάζειν.¹⁾ Totum igitur Antipatri epigramma si accurate

1) Hinc profecti fortasse Palaephathi locum (West. mythogr. p. 295, 18),
 quem Dindorfius in Thes. s. u. χρ. corruptum esse censet, tueri possumus.
 Ubi de Aethiopiis dicitur: εἰσι δὲ σφόδρα χρυσοί, diuitias autem signi-
 ficari ex toto conexu apparet. Diuites aureos dici posse ex Pseudoacrone
 quoque uidemus, qui ad Horatii uersum 'qui nunc te fruitur credulus
 aurea' (c. I, 5, 9) quamuis inepte adnotat: pulchram aut certe diuitem
 slue simplicem significat.

interpretamur, hoc efficitur: Venus uetustissimo tempore deinceps aurea argentea aenea fuit, dum aureae argenteae aeneae aetatum homines deinceps colit, nunc cunctisque metalli homines simul complectitur, Nestori tres aetates uita sua complectenti similis). Auream igitur Venerem Homeri eam intellegit, quae aurea aetate fuerit. Ac nescio an haec interpretatio confirmetur ab Ouidio, qui am. II, 277, memor fortasse Antipatri, qui eodem tempore fuit, epigrammatum aureum saeculum de amore neni dictum fingit:

aurea nunc nere sunt saecula: plurimus auro
uenit honos; auro conciliatur amor.

Diuitiarum uotiuem ad aureae aetatis nomen translatum inuenimus etiam apud Senecam, qui ep. 115, 13 serio castigat poetas, tamquam hoc optimi saeculi nomine iumento ad auegdam lucri cupiditatem contulerint.

Verum ut ad propositum reuertamur, quidni eadem libertate, qua postea Antipater ex aurea Venere aureae aetatis Venerem fecit, iam Empedoclem illud deae apud Homerum epitheton sic interpretatum esse credamus et hanc causam fuisse, cur Venerem potissimum, quae sola deorum apud Homerum hoc epitheton habet, tunc regnasse fingeret? Nimirum tam omnibus trita erat aureae aetatis fabula, ut ipsum epitheton χρυσῆ hanc ambiguitatem continere uideretur.

Tali ambiguitate nos uexamur in Horatii loco quodam. C. IV, 2, 21 sq. de Pindaro narratur, qui

'flebili sponsae iuuenem . . raptum
plorat et uiris animumque moresque
aureos educit in astra nigroque
inuidet Orco'.

Ubi Vossius et Welckerus (Gr. Goetterl. I, 741) intellegunt mores

1) 'γενεή' a saeculi notione deflectitur ad hominum genera eodem tempore uiuentium significanda. Idem fecit Bio (cf. Nauck. Philol. V p. 413), qui testante Stobaeo (flor. ed. Mein. IV 202) iocose dixit κατὰ Ἡσίοδον τρία γένη εἶναι μαθητῶν, χρυσοῦν ἀργυροῦν χαλκοῦν· χρυσοῦν μὲν τὸ τῶν διδόντων καὶ μανθανόντων, ἀργυροῦν δὲ τὸ τῶν διδόντων καὶ μὴ μανθανόντων, χαλκοῦν δὲ τὸ τῶν μανθανόντων μὲν οὐ διδόντων δέ.

aurea aetate dignos, alii purissimos omnique laude dignos. Ac re vera dubium mauct, quidam senserit Horatius. Nam morum alicuius praestantiam ita laudare, ut cum aureae aetatis hominibus comparetur, ab huius saeculi ingenio non alicuum esse auctor consolationis ad Liviā ostendit, a quo u. 343 Liviā laudatur ut 'femina digna illis, quas aurea prodidit aetas'. Propius autem ad Horatiani loci similitudinem epigramma quoddam, quamquam recentioris aetatis, accedit Gregorii Theologi, qui in anth. Pal. VIII, 124 inter multa, quibus Euphemii mortem deflet, epigrammata uno more eius ut aureae aetatis proprios extollit:

*Χρυσείης γενεῆς Εὐφημῖος ἦν ἔτι τυτθόν
 λειψανόν, εὐγενέτης ἤθεα καὶ πραπίδας,
 μελίχρος, ἠδυεπέης, εἶδος Χαρίτεσσιν ὁμοῖος,
 τοῦνεκα καὶ θνητοῖς οὐκ ἐπὶ δῆν ἐμίγη.*

Sed ut ad Empedoclem reuertar, postquam Venerem tunc regnasse dixit, de sacrificiis inanimis ei oblati narrat et addit animalium necem esumque tunc detestatos esse; deinde u. 433sq. describit benivolentiam, quae tunc inter homines et cetera animalia fuerit, simul terrae maximam fertilitatem; totam igitur fabulam ad confirmanda sua de carniū abstinentia praecepta inseruit. Neque autem propriam doctrinam his omnibus Empedoclem constituisse, sed hac quidem philosophiae parte prorsus Pythagoreum esse et ex aliis, quae affert, apparet (uelut migratione animarum in uetando carniū esu nititur u. 440sq. et fabas comedere uetat u. 451) et antiquitus traditur, cf. Gellium, qui IV, 11, 9 Empedoclis uersum in causa fuisse opinatur, ut Pythagorae fabarum abstinentia tribueretur. Ipsius autem Pythagorae laudem Porphyrius et Iamblichus Empedocli tribuunt. Quos uersus editores aureae aetatis descriptioni inserunt (u. 427—432 M.), quamquam neque ad hanc pertinere a quoquam dicuntur neque usquam Pythagorae uitam in aureo saeculo positam esse audimus, nedum Empedoclem tam exiguo temporis spatio a Pythagorae aetate distantem hoc fecisse credamus (cf. Zeller. I, 734 adu. 3).

Pythagoreorum auctoritatem ad carniū abstinentiam aureae aetati tribuendam non minus apud Platonem ualuisse uidemus. Ac difficile est dictu, quidnam ipse Plato de hac re senserit, quippe qui non semper sua persona loquatur. Sic in libris de legibus hospes Atheniensis (quem Laert. Diog. III, 52 in eorum numero refert, quorum ore Plato suam ipse sententiam professus sit) IV, 713 C de Saturnia uita beata fabulam ita narrat, ut ipse uideatur credere eam se ita habuisse. VI, 782 C idem ex hominum immolatione etiam tunc quibusdam locis uigente priscos homines inter se comedisse concludit. Quibus opponit quasi aliorum, non suam opinionem illam de antiquissimorum uita Orphica et carniū abstinente fabulam. Rursus III, 678 E de mansueta eorum, qui primi post magnam omnium inundationem uixerint, hominum uita tamquam ipse traditis confidens narrat. Hos autem 679 A refert lacte et carniū abundasse, de abstinentia igitur ab esu carniū hic non cogitat. Sed copiosam aetatis aureae descriptionem in Politico habemus, ubi de condicione, quae inter homines et animalia tunc fuerit, uerba fiunt atque ita quidem, ut homines cum bestiis collocti esse fingantur, cf. 272 B *τὸ μὴ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ θηρίοις διὰ λόγων δύνασθαι ξυγγίγνεσθαι* et paulo post ib. C *διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους καὶ τὰ θηρία μύθους, οἷα δὴ καὶ τὰ νῦν περὶ αὐτῶν λέγονται*. His postremis uerbis Plato Aesopicas fabulas significat, quas in aurea aetate ponendas esse Babrius quoque censuit, qui in prooemio fabularum Hesiodicas aetates describit et u. 6 et 7 narrat:

ἐπὶ τῆς δὲ χρυσῆς (sc. γενεῆς) καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ζώων φωνὴν ἔναρθρον εἶχε καὶ λόγους ἥδει.

Sed non ipsum Platonem haec ad Aesopi fabularum exemplum finxisse, sed Pythagorea referre ex compluribus concludere licet. I. In alia huius descriptionis parte ad Empedoclis uerba se applicasse uidetur cf. 272 A: *καρικὺς δ' ἀφθόνους εἶχον ἀπὸ τε δένδρων καὶ πολλῆς ὕλης ἄλλης* cum Empedoclis u. 435:

*δένδρεά τ' ἐμπεδόφυλλα καὶ ἐμπεδόκαρπα τεθῆλει
καρικῶν ἀφθονέησι κατήρεα πάντ' ἐνιαυτόν.*

Ita ea, quam de animalibus exhibet, narratione augentur tantum ea, quibus Empedocles praecierat u. 433:

*ἦσαν γὰρ κτίλα πάντα καὶ ἀνθρώποισι προσηνῇ
φῆρές τ' οἰωνοὶ τε φιλοφροσύνη τε δεδίηει.*

II. A Pythagoreorum doctrina non aliena fingi, si animalia aliquando eadem, qua homines, ratione praecedita esse statuuntur, Sex. Empirici locus (adu. math. IX, 127) docet, quem Bergkiius rel. com. att. p. 281 laudat: 'οἱ περὶ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Ἐμπεδοκλήα . . . φασὶ μὲν μόνον ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς εἶναι τινα κοινωνίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζώων· ἔν γὰρ ἐπάρχειν πνεῦμα τὸ διὰ παντὸς τοῦ κόσμου διῆκον, ψυχῆς τρόπον, τὸ καὶ ἐνοῦν ἡμᾶς πρὸς ἑξείνα.

III. Cratetis Feris, qua in fabula ferae loquentes inducuntur, Pythagoreorum praecepta illudi ueri simillimum est. Primum quod Stoici et Peripatetici contra Pythagoreos (ap. Plut. de soll. au. 6, 4) iuris quidquam negabant animalibus esse, quo nos teneremur, quoniam non possent 'δικαιοπραγεῖν' nobiscum, haec *δικαιοπραγία* Cratetis fragmento 17 K. oculis nostris proponitur. Deinde, sicut *ἄπτεσθαι* ex tangendi in edendi bibendine significationem transiit, contrariae notionis quae in eodem fragmento exstant uerba 'ἡμῶν δ' ἄπο χειρὸς ἔχεσθαι' sollemnis apud Pythagoreos locutio uidetur fuisse de ciborum abstinentia, nam Empedocles quoque, cum fabarum esum netat, exclamat:

δειλοὶ πάνδειλοι, κνάμων ἄπο χειρὸς ἔχεσθαι,

et ambo uerba 'ἄπτεσθαι' et 'χειρὸς ἀπέχεσθαι' hoc sensu ad illudenda Pythagorae praecepta in epigrammate Laertii Diogenis componuntur anth. Pal. VII, 121:

*Ὀὐ μόνος ἐμψύχων ἄπεχεσθαι χέρας, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς·
τίς γὰρ ὃς ἐμψύχων ἦψατο, Πυθαγόρη;
ἀλλ' ὅταν ἐψηθῇ τε καὶ ὀπιηθῇ καὶ ἀλισθῇ,
δῆ τότε καὶ ψυχὴν οὐκ ἔχον ἐσθίομεν.*

Quod denique ibidem ferae hominibus permittunt, ut piscibus fruantur, dummodo sibi parcant, uidetur a Cratete Pythagoreorum praeceptum, quorum etiam ei, qui non prorsus ab animalibus abstinendum censabant, piscium tamen esum detesta-

bantur, quippe qui non solum iniustitiae, sed etiam intemperantiae obnoxios redderet (de qua re Plutarchus quaest. couu. VIII, 8 multis disputat), iocose iuuersum esse ad imaginem Atheniensium animis multo gratiorem proponendam.

Qui post Platonem fuerunt, *Academicos* Pythagoreorum praeceptis non aduersatos esse a Clemente Alexandrino (strom. VII c. 32) docemur, qui Xenocratem et Polemonem peculiari-
bus, quos de esu carniū composuerint, libris ideo eum netuisse refert, quia bestiarum caro iam sit *εἰργασμένη* et *ἐξομοιωμένη* animis atque eis ratione carentibus. Eodem argu-
mento Sextius usus esse uidetur, quem inter alia argumenta, quibus carniū abstinentiam defenderet, hoc quoque attulisse: 'bonae ualetudini contraria esse alimenta uaria et nostris aliena corporibus' Seneca ep. 108, 18 testatur. Uhi illa uerba 'con-
traria ualetudini esse alimenta alicui corporibus', nisi mole-
stissimam tautologiam statuere uolumus, uix aliter explicare possumus, quam ex horum Academicorum doctrina. Nam animalium naturae diuersitatem nusquam alibi ad uetandum eorum esum adlatam inuenimus, immo ex naturae eorum nobiscum similitudine iuris aequitatem, quae necare prohibeat, efficere solent cf. Theophr. ap. Porph. de abst. III, 25. Et potest haec Sextius ab Academicis adoptasse, possunt uero etiam utrique Pythagoreis dehere. Nam Sextii doctrina a Pythagoreis proxime aberat, ex huius enim disciplina Sotion profectus Pythagoreus factus est, Hieronymus autem ipsum appellat Pythagoricum.

Quod de Platonis cum ceteris academicis consensu diximus, hoc minime ad *Theophrastum* pertinet. Nam neque apud Aristotelem eius doctrinae, qua carniū esus uetabatur, uestigium apparet et postea Peripateticos defendisse esum carniū a Plutarcho (de soll. an. 6) docemur. Quo maiore iure, si quae Theophrastus hac in re Pythagoreis similia docet, ab ipsis Pythagoreis eum haec adoptasse statuemus. Ac magna cum arte Theophrastus suam sibi de mundi aetatibus doctrinam composuit. Quamobrem operae pretium erit plurius apud eum morari. Porphyrius in libro II de abstinentia, — in quo

couscribendo eum Theophrasti *περὶ εἰσέβειας* libro largissime usum esse Bernaysius in peculiari, quam de hoc Theophrasti opere scripsit, commentatione p. 35sq. ostendit —, inde a c. 5 Theophrasti testimonio inuisus primum uetustissimam aetatem describit, qua inauima sacrificia fecerint, c. 7 hanc aetatem alteram secutam esse narrat, qua animalia immolarint. Atque obiter iutuenti uideatur Theophrastus prorsus consentire cum eis, quae Ouidius met. XV, 96 ipsum Pythagoram de uetustissimis temporibus narrantem facit. Nam Theophrastus primam aetatem in duo temporis spatia diuidit, quorum priore, cum terra arbores nondum edidisset, herbis sacrificariunt, altero arborum fructibus; apud Ouidium autem u. 96sq.:

— uetus illa aetas, cui fecimus aurea nomen,
fetibus arboreis et quas humus educat herbis
fortuata fuit nec polluit ora cruore;

quae item ad duo temporis spatia reducit fast. I, 359:

messis erat primis uirides mortalibus herbae,
quas tellus nullo sollicitante dabat,
et modo carpebant uiuaci caespite gramen,
nunc epulae tenera fronde cacumen erant.

Postmodo glans nata est. Bene erat iam glande reperta
duraque magnificas quercus habebat opes.

Similibus ab utroque uerbis ad immolationis commemorationem transitur cf. Theophr. c. 7 *‘πρόρω τῶν περὶ τὰς θυσίας ἀπαρχῶν τοῖς ἀνθρώποις προΐονσῶν παρανομίας’* cum Ou. u. 111 ‘longius inde nefas abiit’; uterque deinde de origine consuetudinis animalia sacrificandi disputat et prima suis et capri exempla affert (Porph. 9 et 10). Ouidius autem u. 106 primum post illud tempus innocentissimum scelus ferarum neccationem fuisse dicit, tum cicurum animalium, haec cetera scelera secuta esse.

Sed haec non fuit Theophrasti sententia. Nam apud Porphyrium II, 27 alium rerum ordinem inuenimus. Ibi enim refertur primum fruges sacrificasse homines, deinde fame coactos inter se comedisse, tum hoc alimenti genus deis consecrasset, tum pro his sacrificiis bestiarum immolationem substituisset,

quam denique secutus sit earum siue sacrificio esus. Cuius doctrinae non ignarus fuisse uidetur Athenio comicis (Mein. IV, 557), cum in Samothracibus (u. 9sq.) coquum haec disserentem induceret:

ἀλλήλοφαγίας καὶ κακῶν ὄντων συχνῶν
 γενόμενος ἀνθρώπος τις οὐκ ἀβέλτερος
 θύσας ἱερεῖον πρῶτος ὤπτησεν κρέας.
 ὡς δ' ἦν τὸ κρέας ἴδιον ἀνθρώπου κρεῶν,
 αὐτοὺς μὲν οὐκ ἐμασῶντο, τὰ δὲ βροσκήματα
 θύοντες ὤπτων. ὡς δ' ἄπαξ τῆς ἡδονῆς
 ἐμπειρίαν τιν' ἔλαβον, ἀρχῆς γενομένης,
 ἐπὶ πλείον ἠΰξον τὴν μαγειρικὴν τέχνην.

Tunc describit, quomodo paulatim tempora lautiora facta sint u. 28 sq.:

μετὰ ταῦτα γαστήριον τις ὠνθυλευμένον
 προϊόντος εἰσηέγκατ' ἤδη τοῦ χρόνου
 ἐρίφιον ἐτακέρωσε, πνικτὸν διέλαβεν ο. q. sq.

Ideo autem coquus ille hanc potissimum doctrinam arripnit, quia animalium esus hominum esum secutus esse fertur, quia ei occasionem dabat artem culinariam, quae uitam hominum e rudi statu eduxisset et expoliisset, summis laudibus efferendi. Neque enim neretur inter huius merita etiam urbes conditas ennumerare n. 34sq.:

ὡς πολὺν δὲ διὰ τὰς ἡδονάς, ἃς νῦν λέγω,
 ἀπειχ' ἕκαστος τοῦ φαγεῖν ἂν ἔτι νεκροῦ,
 αὐτοῖς ἄπαντες ἡξιοῦν συζῆν, ὄχλος
 ἠθροίζετ', ἐγένονθ' αἱ πόλεις οἰκούμεναι
 διὰ τὴν τέχνην, ὅπερ εἶπα, τὴν μαγειρικὴν.

Atque eodem iure hoc facit coquus, quo Gratius cyn. I, 2sq. arti uenatoriae et Manilius I, 75sq. siderum notitiae hoc meritum homines priscos erudiendi et ad meliora adducendi tribuunt.

Sed ut ad Porphyrium reuertar, Theophrasti hunc actatum ordinem esse ex eo sequitur, quod cap. 7 et 8 eundem latere ordinem inuenimus, quem ut occuleret et Theophrasti uerba ad suum consilium bestiarum esum ut grauissimum scelus detestandi torqueret, Porphyrius maxime operam dedit. Nam

dieit c. 7: 'πόρω τῶν περὶ τὰς θυσίας ἀπαρχῶν . . . προΐου-
σῶν παρανομίας ἢ τῶν δεινοτάτων θυμάτων παράληψις
ἐπεισέχθη, ὁμότιτος πλήρης . . . , σφαζάντων τῶν ἀνθρώ-
πων καὶ τοὺς βωμοὺς αἱμαξάντων' — neque ad 'θυμά-
των', quibusnam constiterint, neque ad 'σφαζάντων', quaeuam
necata sint, addit. Theophrastus poterat eisdem uerbis ad
hominum immolationem significandam uti, Porphyrius siue
dubio intellegi uult animalium. Quae suspicio confirmatur eis,
quae statim subsecuntur, 'ἀφ' οὗ λιμῶν τε καὶ πολέμων πειρα-
θέντες αἱμάτων ἤψαντο', nam c. 27 νομίμον τροφῆς ἔνδεια
eos adducebat ad *σαρκοφαγεῖν ἀλλήλων*, bellis uero non
tam bestiarum quam hominum necationem didicisse uidentur;
et 'αἱμάτων ἤψαντο' uerba aequae incerta sunt atque illa 'θυ-
μάτων' et 'σφαζάντων'. Sequitur: 'τὸ δαιμόνιον, ὡς φησὶν
ὁ Θεόφραστος, τούτων ἐκατέρων νεμεσῆσαν ἐπιθεῖναι τὴν
πρέπουσαν ἔοικε τιμωρίαν'. Quod eum de duabus rebus in
autecedentibus non agatur, Bernaysius p. 58 recte Porphyrium
hic aliqua omisisse statuit. Quae uero *ἐκάτερα* illa fuerint, ex
exemplis c. 8 allatis apparet. Nam ibi narratur de Thoibus
a terra sublatis, quia deos prorsus neglexerint, et de Bas-
saris, qui se ipsi perdiderint, quia homines et sacrificarint
et comederint. Atque eum esse Porphyrium, cui talem frau-
dem imputare liceat, ex aliis apparet exemplis a Bernaysio
(qui aliquando 'causidiei impudentiam' in eo uituperat) passim
collectis. Quorum numerus iuxta uno augebitur.

Sed ut ipsum hunc de Thoibus et Bassaris locum accu-
ratus intueamur, quomodo factum est, ut in breui de Thoibus
narratione tantus uersuum ambitus ex Hesiodi argenteae aetatis
descriptione (u. 134—39) apponeretur? Non credo hoc expli-
cari posse, uisi statuamus Porphyrium hos uersus iam apud
Theophrastum inuenisse (— integram hanc partem ex Theo-
phrasto exseripsisse Porphyrium Bernaysius p. 57 statuit —),
Theophrastum autem Thoes et Bassaros eosdem esse uoluisse
eum Hesiodi argenteis et aeneis hominibus. Thoes enim, sicut
argentei homines, *μηδενὸς ἀπαρχόμενοι μηδὲ θύοντες . . .*
ἀνάρκαστοι ἐγένοντο. Et propius etiam Theophrastum ad He-

siodi similitudinem accessisse quam apud Porphyrium uide-
 mus, a Simplicio (comm. ad enchir. Epict. § 38 cf. Bernays.
 p. 37) comperimus, qui uarrasse Theophrastum testatur Acro-
 thoitas 'ἀθέους γενομένους ὑπὸ τῆς γῆς ἀθρόως καταποθῆναι',
 apud Hesiodum uero 'τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε'. Aenei
 autem homines 'χειρεσσιν ὑπο σφετέρῃσι δαμέντες βῆσαν ἐς
 εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ Ἰδαοῦ', similiter Bassari 'μετὰ μανίας
 προσπίπτοντές τε καὶ δάκνοντες ἀλλήλους . . . οὐκ ἐπαύσαντο
 πρὶν τὸ γένος ἐξαναλῶσαι τῶν πρώτων [παρ' αὐτοῖς] τῆς τοι-
 αΐτης ἀψαμένων θυσίας'. Neque audacter statuimus Theo-
 phrastum Hesiodi uersibus hos duos populos credidisse signi-
 ficari, nam historicam rerum fabulis traditarum interpretatio-
 nem non alienam fuisse a Theophrasti ingenio ex eo elucet,
 quod scholiasta Apoll. Rhod. ad II, 1248 affert: 'Θεόφραστος
 τὸν Προμηθεᾶ φησὶ σοφὸν γενόμενον μεταδοῦναι πρῶτον τοῖς
 ἀνθρώποις φιλοσοφίας, ὅθεν καὶ διαδοθῆναι τὸν μῦθον, ὡς
 ἄρα πνερὸς μεταδοίη'. Sic Theophrastus nouum modum sa-
 nandae Hesiodi fabulae excogitauit, cum parem secuudae et
 tertiae aetatis nequitiam non duobus temporum spatiis sese
 excipientibus tribueret neque igitur cogeretur secuudam melio-
 rem reddere quam apud Hesiodum inuenit.

Unum restat, quo differunt Bassari et Hesiodi homines
 aenei, quod Bassari inter se comedisse uarratur. Hoc Theo-
 phrastus aut e tradita de Bassaris fabula in Hesiodi descrip-
 tionem intulit aut apud ipsum Hesiodum inuenit. Nam latius
 eis, quae uobis relicta sunt, prisci temporis memoriam in He-
 siodeis carminibus pertiuuisse supra probauimus, uetustissimae
 autem aetati, quam aeneam olim significatam esse ueri simile
 est, ἀλληλοφαγία in Orphicis illis uersibus supra allatis tri-
 buit: 'ἦν χρόνος ἦνίκα φῶτες ἀπ' ἀλλήλων βίον εἶχον' q. sq.
 Qui cum ipsius Orphei esse fugantur, siue dubio uetustissimum
 tempus significant. Idem Moschion tragicus uersibus a Stobaeo
 allatis (ecl. I, 8, 38 = frg. 7 N.), quibus 'ἀρχὴν βροτείου καὶ
 κατὰστασιν βίου' se explicaturum profitetur, u. 14 refert:

βοραὶ δὲ σαρχοβρώτες ἀλληλοκτόνους
 παρεῖχον αὐτοῖς δαίτας.

Duos igitur populos Theophrastus pro argentea acueaque Hesiodi aetatibus substituit, in aurca uero Aristotelis de mundi aeternitate doctrinam (cf. Bernays. p. 44) coniunxit cum Pythagoreorum de uitando carniū esu doctrina. Nam ne quis cogitet ideo tantum Theophrastum iuanima tunc sacrificata esse referre, quia animalia nondum exstitissent, neque autem animalium necem cum Pythagoreis tamquam crimen repudiasse, ipse Porphyrius c. 11 testatur: *ὁ Θεόφραστος ἀπαγορεύει μὴ θύειν τὰ ἐμπυρῆα τοὺς τῶ ὄντι εὐσεβεῖν ἐθέλοντας*. Pythagoreis autem haec Theophrastum debere cum per se ueri simile est, tum Empedoclis similitudine probatur, qui item de priscorum sacrificiis uerba facit et *σμέρνης* et *λιβάνου θυσίας* commemorat. Nec minus ea, quam inter Pythagorae apud Ouidium uerba (met. XV, 96 sq.) et Theophrasti locum intercedere supra ostendimus, similitudine confirmatur. Nam Ouidium omnia, quae Pythagoram ibi loquentem inducit, Pythagoreorum uel scholis debere uel ex scriptis eorum conguessisse singillatim demonstrari potest.

Quod cum Ouidii hic locus solus sit, ubi ipsi Pythagorae illa de aurea aetate carniū abstinenti doctrina tribuitur, operae pretium uideatur accuratius in totam Pythagorae orationem, quam met. XV, 76—478 habet, inquirere. Totius loci conexus is est: Numa rerum naturae cognoscendae cupidus ad Pythagoram proficiscitur u. 4 sq. Cuius persona postquam u. 60 sq. paucis descripta est, sequitur eius oratio: u. 75—175 contra esum carniū dicit, u. 176—236 omnia in natura mutari semper docet, imprimis quattuor anni et uitae humanae aetates, u. 237—81 de elementorum inter se transitu loquitur, u. 252 sq. denuo de omnium rerum mutationibus, quas longa serie miraculorum praecipue ad flumina et lacus pertinentium illustrat—360, deinde de animalium generatione et miraculis, quae de eis feruntur; u. 422—52 omnia mutari pergit illustrare Troiae, quae ceciderit et Romae, quae se alte elatura sit, urbium exemplis; u. 453 reuertitur ad uetandum esum carniū, qua sententia u. 478 totam orationem concludit.

Illius de Numa Pythagorae auditore uarrationis certum

fontem, unde Ouidius hauserit, iudicare nec possumus, quia ceteris omnibus, unde eadem discimus, locis (quos Zellerus hist. phil. III, 2 p. 83 adn. 2 et p. 85 adn. 1 collegit) leuiter tantum res taugitur et quasi notissima et peruulgatissima tractatur, — ueque opus est, quia minime ueri simile est ex uno eodemque fonte Ouidium et hanc uarrationem et copiosam illam totius philosophiae explicationem sumpsisse. Cur enim Pythagoras Numae abstinentiam potius carniū probare studeret, quam de regeudo populo praecepta daret? Videtur potius poeta haec arrepta occasione ex philosophicis scriptis congesta intulisse; quamobrem licet uobis Pythagorae orationem, ut excutiamus, a cetero conuexu separare.

Quam neglegentissime ab Ouidio compositam esse facile perspicitur, si, quam exiguam operam in coniungendis singulis partibus pependerit, considerauerimus. Sic u. 142 praecepta de uitando carniū esu bene concluduntur et u. 143 transitu noui nimis artificiose facto: 'et quoniam deus ora mouet, sequar ora mouentem' et paucis tumidis uersibus interiectis uidetur ad nouam rem accedere. Sed u. 173 hanc quoque partem in uetando esu carniū desinere uidemus. V. 176 rursus humilem transitum eisdem prope uerbis quibus supra facit: 'et quoniam magno feror aequore' q. sq. Iam omnia mutari docet exemplis sumptis primum ex cotidiana uita — 236, deinde ex rebus minus uotis uel tempore locoue remotis u. 252—417. Inter quae miro ordine u. 237—51 elementorum doctrina iuseritur. Atque permulta in tota hac parte insunt, quae ad id, quod demonstrandum sibi proposuerat, minime pertinent. Deinde, postquam de Troia et Roma uerba fecit u. 420—52, iterum adhibito transitu subito et arte carente u. 453 sq. — qui a prioribus eo tantum differt, quod in primo se nube uelhi fingebat (u. 151), in secundo uauē (u. 176), uunc equis fertur (u. 454) —, ad breuem eorum, quae dixerat, repetitionem se conuertit et finem in eo facit, ut denuo multis uerbis esum carniū dissuadeat. Hinc efficitur ne ipsam quidem orationem Pythagorae ex uno libro eum sumpsisse, sed ex uariis locis collegisse, quae ut artificiose disponderet pro

sua in talibus negligentia non curabat. Et quodammodo gratum nobis hoc fecit, nam licet iterum separare singulas partes et snm cuique fontem quaerere.

Pythagoreorum doctrinam constat primo a. Chr. n. saeculo Alexandriae reuixisse et ab Alexandro Polyhistore Romam delatam esse, ubi Nigidius Figulus maxime eam excoluit et post eum Sotio cum Sextiorum praeceptis conectere studebat. Primum igitur quaerendum est, quidnam illi Pythagorei, utpote qui proxime ad Ouidii tempora accedant, de carniū esu, in quo prima pars orationis uersatur, senserint. Cui quaestioni felicissime sneurrit epistula Senecae centesima octana, ubi inde a § 17 de Sotione Pythagorae doctrinam sibi tradente uerba facit. 'Dicebat, quare ille (i. e. Pythagoras) animalibus abstinuisset, quare postea Sextius. Dissimilis utrique causa erat, sed utrique magna: Hic homini satis alimentorum citra sanguinem esse credebat et eruditatis consuetudinem fieri, ubi in uoluptatem esset adducta laeratio. Adiciebat contrahendam materiam esse luxuriae. Colligebat bonae ualitudini contraria esse alimenta uaria et nostris aliena corporibus.' Haec Sextii argumenta erant. Quibus § 19 adiungit Pythagorae argumentum a migratione animarum sumptum. § 20 ipsius Sotiois uerba afferuntur, quae in hanc sententiam § 21 exeunt: utique abstinendum esse carnibus, siue uera sit illa de animarum migratione doctrina, innocentiam esse, siue falsa, frugalitatem. Primum hoc certo colligitur ex hoc loco Sotioem, cum de abstinentia carniū declamaret, non eo ordine Pythagorae et Sextii argumenta attulissc, quem quis secundum uerba § 17 'dicebat, quare ille animalibus abstinuisset, quare postea Sextius' suspicetur, sed primum de Sextio disputasse, tunc Pythagorae doctrinam quasi cumulum addidisse, id quod non solum inde, quod Seneca § 18 et 19 hoc ordine utitur, sed etiam ex epilogo § 20 et 21 sequitur, ubi sola Pythagorae doctrinae explicatio respicitur, quam propterea necesse est epilogram proxime antecessisse. Quod si haec cum Ouidii loco comparamus, eius de esu carniū priorem disputationem u. 75—175 item duabus partibus contineri uidemus. Quarum

altera u. 143 sq. migratio animarum ad prioris partis argumenta additur.

Neque haec sola Ouidiani loci cum Annaeano similitudo est, sed in singulis quoque maximam offendimus. Ouidius post breuem unius uersus u. 75 adhortationem u. 76—82 explicat permulta praebere a terra 'alimenta mitia atque epulas sine caede et sanguine', Sextius primo loco dixerat 'homini satis alimentorum citra sanguinem esse'; u. 83—90 Ouidius exponit 'scelus' hoc hominibus cum 'immanuetis' tantum 'ferisque' bestiis commune esse, quae 'dapibus cum sanguine gaudeant', Sextius: 'crudelitatis consuetudinem fieri, ubi in uoluptatem esset adducta laceratio'; quibus etiam similia Ouidius in extrema orationis parte u. 463 sq. affert:

quam male consuescit, quam se parat ille cruori
 impius humano, uituli qui guttura ferro
 rumpit et immotas praebet mugitibus aures;

tertio loco Ouidius u. 91—95 queritur 'in tantis opibus' homines non 'nisi perdiderint alium, . . . uoracis uentris placare ieiunia', Sextius 'adiciebat contrahendam materiam esse luxuriae'. Tantam in sententiarum ordine congruentiam uix casui imputandam credo, praesertim cum ne is quidem ordo sit, quem quis hic ut simplicissimum exspectet. Nam prima et tertia sententia multo artius inter se cohaerent, quam secunda cum altera utra. Quartum Sextii argumentum a ualetudine respicienda sumptum (uide p. 21) non mirum est, quod apud Ouidium non inuenimus, nam luxuria et crudelitas aptae sunt materiae, quae rhetoricis coloribus illustrentur, ualetudinis cura minime. Sotio deinde alteram partem de migratione animarum addebat et postquam haec exposuit, altiore oratione adiungebat epilogum, quo breuius, sed magis rhetorice huius partis argumenta repetebat. Mira negligentia haec Ouidius ita inuertit, ut finita priore parte statim ad haec imitanda se conuertat et iam u. 143 grauissimo argumento nondum adlato quasi in epilogum orationem intumescere sinat. Nam u. 153—65 conformatos esse ad Sotiois epilogi exemplum ex comparatione elucebit. Sotio epilogum ita incipiebat: 'non credis animas

in alia corpora atque alia describi et migrationem esse, quod dicimus mortem?' Ab eadem sententia Ouidius incipit n. 153:

o genus attonitum gelidae formidine mortis e. q. sq.

u. 158 sq.:

morte carent animae semperque priore relicta

sede nouis domibus niunt habitantque receptae.

V. 160—64 Pythagorae ipsius exemplum Onidius de sno intulit, nimirum ne oblinisceremur ipsum Pythagoram loqui. Quae ipsi Ouidio, non fonti eius, deberi uel in eo cernitur, quod dnrissime a n. 164 ad u. 165 transsilitur potius quam transitur, cum omissis his uersibus u. 165 optime nersui 159 snbiungi possit. V. 165 secuntur: 'omnia mutantur, nihil interit', quae continent, quod Sotion tertio loco interrogabat: 'non credis nihil perire in hoc mundo, sed mutare regionem?' V. 165—75 autem ad ipsam alteram Sotionis partem reuertitur, quam immutato paululum sententiarum ordine suam reddit. Apud Senecam enim haec legimus: 'Pythagoras omnium inter omnia cognationem esse dicebat et animorum commercium in alias atque alias formas transmittit (1). Nulla, si illi credas, anima interit nec cessat quidem nisi tempore exiguo, dum in aliud corpus transfunditur (2). Videbimus, per quas temporum uices et quando pererratis pluribus domiciliis in hominem reuertatur (3). Interim sceleris hominibus ac parricidii metum fecit, cum possint in parentis animam inscii incurrere et ferro morsuae niolare, si in quo cognatus aliqui spiritus hospitaretur' (4). Ouidius autem haec habet inde a n. 165:

errat et illinc

hinc uenit, hinc illuc, et quoslibet occupat artus

spiritus eque feris humana in corpora transit

inque feras noster (3) nec tempore deperit ullo (2).

Utque nonis facilis signatur cera figuris

Nec manet ut fuerat nec formam seruat eandem, 170

sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem esse, sed in uarias doceo migrare figuras (1).

Ergo, ne pietas sit uicta cupidine uentris,

parcite, uaticinor, cognatas caede nefanda
 exturbare animas, nec sanguine sanguis alatur (4). 175

Tanta inter scholas, quales Sotionem habuisse Seneca ex pueritiae suae memoria tradit, et Ouidii locum similitudo non potest explicari, nisi statuimus aut librum Ouidio praesto fuisse, quo uel Sotio ipse uel discipulus eius accuratissime et eodem ordine eisdemque uerbis, quibus in scholis proponebantur, haec praecepta traderet, aut Ouidium ipsum Sotionis scholas auduisse. Quod ueri similis est, nam primum quod Ouidius Pythagoram, ubi ad impugnandam uulgarem de morte opinionem accedit, subito altos spiritus sumentem facit, quamquam talem figuram hic sententiarum conuexu minime commendari uidimus, recenti memoriae scholae Sotionis uidetur debere, qui ab hoc loco perorationem incipiebat; deinde temporum computatio docet Sotionem habuisse scholas et cum Ouidius haec scriberet et etiam postea. Nam Ouidius, qui in exsilium proficiscens metamorphoses imperfectas reliquit, hunc postremum librum sine dubio breuissimo ante exsilium tempore, i. e. a. 9 p. Chr., scripsit, Sotionis autem scholas Seneca secundum Zelleri computationem (hist. phil. III, 1, 676 adu. 3) circa aunos 18—20 p. Chr. audiuit. Sed iam aliquot aunos antea Sotionem scholas habuisse inde colligitur, quod Sextii discipulus erat, quem iam circa annum 70 a. Chr. uel antea natum esse Zellerus statuit. Itaque non sine probabilitatis specie suspicamus Ouidium, cum etiamtunc Romae esset, Sotionis scholis interfuisse.

Sed omisimus adhuc longam uersuum seriem u. 96—142, cui quam comparemus epistolae Senecae nulla pars restat. Tamen hanc quoque uo teuore saltem cum eis, quae ex Sotionis disciplina profecta esse statuimus, scriptam esse maxima coloris cuiusdam, quo et Ouidius et Sotio utitur, similitudine probabile fit. V. 104 sq. enim in codicibus traditum est:

postquam non utilis auctor
 uictibus inuidit, quisquis fuit ille deorum,
 corporeasque dapes auidam demersit in aluum,
 fecit iter sceleri.

Ubi statim apparet non solum 'deorum' (quod scriba uersus I, 32 male memor intulit cf. Burm.) falsum esse, quia non de deis, sed de hominibus narratur, sed etiam hoc loco desiderari genetinum a 'uictibus' pendentem, quod per se explicatione caret. Itaque neque Burmanni 'uirorum', quod ex inferioris notae codicibus sumpsit, neque Heinsii 'priorum' ferri potest. Verum sensit Burmannus, qui de 'ferarum' dubitauit, sed recte ipse in textum non inferendum censuit propter 'ferarum' secundo post hunc uersu item in exitu positum. Felicissime Pollius locum simillimum XIV, 207 sq.:

quae super ipse iacens (scil. Cyclops) hirsuti more leonis
uisceraque et carnes cumque albis ossa medullis
semianimesque artus auidam condebat in aluum
cum eo, quem tractamus,

uictibus inuidit, quisque fuit ille,

corporeasque dapes auidam demersit in aluum
contulit et 'leonum' scribendum esse coniecit. Sotion autem in fine orationis dixerat: alimenta tibi leonum et uolturum eripio, quem colorem Ouidius cum n. 83 sq., tum hic uidetur imitatus esse. Cetera autem, quae hac parte continentur, non contingit, ut tam feliciter cum praeceptis ex nouorum, qui dicuntur, Pythagoreorum disciplina nobis traditis comparemus. Quos quoniam semel conferre cum Ouidio coepimus, seponamus interim hos uersus et in cetera philosophica, quae Ouidius hoc loco congegit, inquiramus.

V. 176—236 Pythagoras docet: 'nihil est toto, quod perstat, in orbe; cuncta fluunt'. Deinde, comparata cum fluuio rerum omnium continua mutatione eam exemplis illustrat caeli noctu et interdiu diuersi, solis colorem, lunae formam mutantis; pluribus tunc uersatur in quattuor anni temporibus describendis et cum humanae uitae partibus comparandis; u. 214 sequitur ipsius uitae humanae, qua continuam mutationem patitur, consideratio. Hauptius in adnotatione Heracliti nos admonet et reuera non solum illud 'cuncta fluunt' Heracliti 'πάντα ῥεῖ' referre uidetur, sed etiam in rerum decursu cum flumine comparando cum Heraclito facit, quem ποταμοῦ ῥοῆ

ἀπεικάζειν τὰ ὄντα Plato in Cratylo testatur. Neque quod in libro quodam Hippocrati ascripto mutationis exempla afferuntur nox et dies, cum inuicem augeantur et deminuantur, et sol, cum modo longius, modo propius a terra absit, quae Bernaysius ex Heracliti doctrina fluxisse statuit, aliqua quamuis exigua cum Ouidii loco similitudo abnui potest. Certe non maior est similitudo, quam sequentium cum Ocelli Lucani, qui fertur, locis quibusdam. Nam Heraclitea ἄνω καὶ κάτω ὁδός, quae uidetur in illa apud Ouidium anni et uitae humanae descriptione latere (cf. u. 227 'labitur occiduae per iter decliue senectae'), etiam apud Ocellum inuenitur de uniu. nat. I, 3 (Mullach. I, 359): 'πάν τὸ γενέσεως ἀρχὴν εἰληφός καὶ διαλύσεως ὀφείλον κοινωνῆσαι δύο ἐπιδέχεται μεταβολάς· μίαν μὲν τὴν ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μείζον καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον· . . . δευτέραν δέ' q. sq. Et § 14 Ocellus perinde atque Ouidius ad uitam humanam respicit. Ouidius uitae aetates cum quattuor anni temporibus comparat, apud Ocellum 'οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα . . . τὸν διὰ τεσσάρων τετραμερῆ κύκλον ἀνύσαντα καὶ (al. κατὰ) τὰς μεταβολὰς τῶν ἡλικιῶν διαλύεται τε καὶ ἀπογίνεται'. Quae uitae humanae in quattuor partes distributio ap. Laert. Diog. VIII, 10 ab ipso Pythagora repetitur cf. Lob. Agl. 939. Praeterea Ocellus hic adnotat uitam animalium ab aliis rebus eo differre, quod circulo peracto non in primum statum redeat, sed pereat. Quodsi Ouidii exempla intuemur, praeter uitam humanam cetera omnia, quae attulit (erant noctis et diei uices, sol oriens et occidens, luna crescens et decrescens, quattuor anni tempora), non ad id, quod ipse praemiserat, undarum fluminis instar noua semper fieri neque quidquam perstare ('nam quod fuit ante, relictum est, fitque, quod haud fuerat, momentaque cuncta nouantur'), sed ad circulum potius illum Ocellianum, cuius continua repetitione semper in primum statum res redeunt, illustrandum apta sunt. In eam igitur suspicionem adducimur Ouidium haec quoque Pythagoreae disciplinae debere, sed pro subtiliore doctrina, qua differunt *πρῶτα κινούμενα*, quae numquam mutantur, et *δεύτερα*, quae ὄρον ἀμείβουσιν

ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς (Ocell. I, 12) uel γένεσις et αἰτία γενέσεως, quarum alteri debetur μεταβολὴ καὶ ἔκβασις τῶν ὑποκειμένων, alteri ταυτότης τοῦ ὑποκειμένου (ib. II, 1), — notum illum et simpliciore rem omnium fluminis instar decursum posuisse neque autem curasse, ut exempla, quae afferenda erant, mutatae sic a se doctrinae adaptaret. Accedit argumentis nostris, quod ad duo alia eorum, quibus Ovidius utitur, exempla, ad noctis et diei uices et anni aetates ab alio Pythagoreo illa ὁδὸς ἄνω καὶ κάτω adhibetur; in eis enim, quae Alexander Polyhistor ap. Laert. Diog. VIII, 24 sq. in Pythagoricis commentariis sese inuenisse profitetur, legimus § 26 '... ἔτους, οὗ τὸ μὲν θάλλον ἕαρ ὑγεινόν, τὸ δὲ φθίνον φθινόπωρον νοσερόν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἡμέρας θάλλειν μὲν τὴν ἔω, φθίνειν δὲ τὴν ἑσπέραν ...'.

Nec tam confidenter Pythagoream huic parti originem tribuamus, nisi sequentes quoque Ouidii uersus mirum in modum cum his Pythagoreis consentiant. V. 237—51 Ovidius de quattuor elementis loquitur et ὁδὸν ἄνω καὶ κάτω ad eorum inter se transitum adhibet. Idem Ocellus I, 12 sq. facit, ubi de elementis dicit: 'ὄρον ἀμειβουσιν ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς, οὐ μὴν τὸν κατὰ τόπον, ἀλλὰ τὸν κατὰ μεταβολήν' cf. Ou. u. 244 'quae quamquam spatio distent, tamen omnia fiunt ex ipsis et in ipsa cadunt'. Ocellus § 13 'πῦρ μὲν γὰρ εἰς ἔν συνερχόμενον ἀέρα ἀπογενῆ, ἀἶρ δὲ ὕδωρ, ὕδωρ δὲ γῆν', Ovidius, qui ordinem inuertit, posteriore loco u. 250 'ignis enim densum spissatus in aera transit, hinc in aquas, tellus glomerata cogitur unda', Ocellus: 'ἀπὸ γῆς δὲ ἢ αὐτὴ περιόδος τῆς μεταβολῆς μέχρι πυρός, ὅθεν ἤρξατο μεταβάλλειν', Ou. u. 249 'inde retro redeunt idemque retexitur ordo'. Similia Alexander Polyhistor l. l. § 25 exhibet: 'στοιχεῖα ... τέτταρα, πῦρ ὕδωρ γῆν ἀέρα' μεταβάλλειν δὲ καὶ τρέπεσθαι δι' ὄλων' (cf. Zeller. III, 2, 88 adn. 3). Sane Pythagoreorum propria non est haec doctrina. Eisdem prope, quibus Ocellus et Alexander, uerbis iam Heraclitus usus erat: 'πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι συνιστάμενόν τε γίνεσθαι ὕδωρ, πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ εἰς γῆν τρέπεσθαι' καὶ ταύτην ὁδὸν ἐπὶ τὰ κάτω

εἶναι λέγει. Πάλιν δ' αὖ τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι, ἐκ δὲ τούτου τὰ λοιπά et q. sq. ap. Laert. Diog. IX, 8. Quae ad quattuor elementa iam Aristoteles transtulit, qui in l. II de generatione et corruptione c. 4 in causas mutationis elementorum inquit, qua ei disquisitione persuadetur 'ὅτι κύκλω ἔσται ἢ γένεσις τοῖς ἀπλοῖς σώμασιν'. Eadem Stoicos docuisse ex Chrysippi apud Stobaeum ecl. I, 314 uerbis manifestum est: '... πρώτης γιγνομένης τῆς ἐκ πυρὸς κατὰ σύστασιν εἰς ἀέρα μεταβολῆς, δευτέρας δ' ἀπὸ τούτου εἰς ὕδωρ, τρίτης δ' ἔτι μᾶλλον κατὰ τὸ ἀνάλογον συνισταμένου τοῦ ὕδατος εἰς γῆν. πάλιν δὲ ἀπὸ ταύτης διαλυομένης καὶ διαχεομένης πρώτη μὲν γίνεται χύσις εἰς ὕδωρ, δευτέρα δὲ ἐξ ὕδατος εἰς ἀέρα, τρίτη δὲ καὶ ἐσχάτη εἰς πῦρ'. Quorum maxima cum Ouidii uerbis similitudo est. Neque tamen ob hanc causam Ouidium a Stoicis potius quam a Pythagoreis sua sumpsisse statuendum est. Nam noui, qui dicuntur, Pythagorei, quae de rerum natura docent, omnia fere a Stoicis adoptauerunt. Ut singula, quibus ad uerba consentiunt, exhibeam, apud Stob. ecl. I, 262 Empedocles et Stoici dicunt: 'χειμῶνα μὲν γίνεσθαι τοῦ ἀέρος ἐπικρατοῦντος ... θερίαν δὲ τοῦ πυρός', Alex. Polyh. l. I. § 26: '... καὶ ἐπικράτειαν θερμοῦ μὲν θέρους γίνεσθαι, ψυχροῦ δὲ χειμῶνα'. Frigidi nero cum aere, sicut calidi cum igne, coniunctio Stoicorum propria est, cf. Laert. Diog. VII, 137: 'εἶναι δὲ τὸ μὲν πῦρ τὸ θερμόν, τὸ δ' ὕδωρ τὸ ὑγρόν, τὸν δ' ἀέρα τὸ ψυχρόν e. q. sq. Qua in re Pythagorei contra Aristotelem, qui aeri liquidum, frigidum nero aquae tribuebat, cum Stoicis consentiunt cf. Alex. Polyh. § 27: 'καλοῦσι δὲ τὸν μὲν ἀέρα ψυχρόν αἰθέρα'. Cicero ex Cleanthe refert: 'caloris naturam uim habere in se uitalem', Alex. § 27: 'θερμόν ... ζωῆς αἴτιον', § 28: 'ζῆν πάνθ' ὅσα μετέχει τοῦ θερμοῦ'. Stob. I, 538: 'Ζήνων τὸν ἥλιόν φησι καὶ τὴν σελήνην καὶ τῶν ἄλλων ἀστρῶν ἕκαστον εἶναι νοερόν καὶ φρόνιμον', ib. 66: 'οἱ στωικοί' ... θεοὺς δὲ ... καὶ τοὺς ἀστέρας'; Alex. § 27: 'ἥλιον δὲ καὶ σελήνην καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας εἶναι θεοὺς'. Alex. Aphrod.: 'οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς πνεῦμα τὴν ψυχὴν λέγοντες εἶναι συγκείμενόν πως ἐκ

τε πρὸς καὶ ἀέρος', Alex. Polyh. § 28: 'εἶναι δὲ τὴν ψυχὴν ἀπόσπασμα αἰθέρος καὶ τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ', cf. paulo supra 'καλοῦσι τὸν ἀέρα ψυχρὸν αἰθέρα', — et multa alia, quae Zelleri adnotationibus III, 2, 883 sq. innitentes colligere possumus. In tam insigni Stoicorum et Pythagoreorum in rebus physicis consensu sine ulla difficultate, quae Ouidius cum Stoicis similia exhibet, Pythagoreis tribuere possumus, quippe qui haec a Stoicis arripserint.

Neque aliter de Ouidii uersibus 240—43 uidetur iudicandum esse:

ex illis (sc. elementis) duo sunt onerosa suoque
 pondere in inferius, tellus atque uada, feruntur,
 et totidem grauitate carent nulloque premente
 alta petunt, aer atque aere prior ignis.

Quam elementorum in duo paria distinctionem in Pythagoreorum libris non innenimus, uerum accuratissime cum Ouidii uerbis congruunt, quae Stobaeus ecl. I, 346 de Stoicis tradit: 'οἱ στωϊκοὶ δύο μὲν ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων φύσει κοῦφα, πῦρ καὶ ἀέρα. δύο δὲ βαρέα, ἕδωρ καὶ γῆν. κοῦφον γὰρ ὑπάρχει φύσει, ὃ νεύσει ἀπὸ τοῦ ἰδίου μέσου, βαρὺ δὲ τὸ εἰς μέσον'.

Ut uero ad eos reuertamur, quorum cum Ouidii uersibus consensu ad Pythagoream illis originem tribuendam adducebamur, Alexandrum Polyhistorum et Ocellum, qui fertur, Lucanum, Alexander Pompeii temporibus Romae uixit ac librum pseudocellianum eodem tempore scriptum esse Zellers III, 2, 96 adn. 1 statuit. Utriusque igitur praecepta eiusdem scholae initiis debentur, quam paulo post Sotion sustinuit.

Sequitur apud Ouidium u. 252—360 praemissis paucis de terrarum et marium mutationibus longa rerum mirabilium enumeratio, quarum pars longe maxima ad flumina lacus maria pertinet. Quaerendum igitur nunc est, num haec quoque ut ad fontem supra allatis propinquum reducamus contingat.

Quod n. 260 et 61:

sic ad ferrum uenistis ab auro,
 saecula, sic totiens uersa est fortuna locorum,
 sacenlorum mythicorum et uersae fortunae locorum iuxta pouit

commemorationem, indicare uidetur de uetustissimae memoriae conuersionibus sese uerba facturum. Aliter enim cur saeculorum aurei et ferrei hic rursus commonefaceret? Et re uera quae u. 262—67 et u. 287—306 narrantur, huc pertinent. Inter quae u. 268—86 non feliciter interpositi uidentur. I. Sententiarum conexum turbant, nam a) partim ea continent, quae uel recentioris memoriae erant uel poetae etiamtunc tempore obseruabantur, cum et in antecedentibus et in sequentibus res uetustissimo tempore factae afferantur. b) Cum et u. 262 sq. et 287 sq. de conuersionibus, quae maribus debeantur, sermo sit, his uersibus fluminum exempla inter illas duas partes media interponuntur. II. V. 308 sq. amplissima rerum in fluminibus mirabilium enumeratio sequitur, quo loco hi uersus multo melius se haberent quam quo nunc sunt. Itaque suspicari licet Ouidium, si opus suum expolire potuisset, hunc ordinem non retinuisse. Interim nos quidem u. 268—86 separemus a conexu suo et una cum u. 308 sq. de eis iudicemus. Eis, qui restant, uersibus 262—67 et 287—306 primum exponitur et argumentis fulcitur maria saepe locum mutasse uel decursu (264—67. 87. 88) uel uolenti incursu (290—95), deinde u. 296—306 de colle narratur, qui uiuentorum sub terra inclusorum sublatus etiamtunc maneat. Quibus illustratur, quod Ocellus III § 4 dicit: *‘φθοραὶ δὲ καὶ μεταβολαὶ βίαιοι γίνονται κατὰ τὰ μέρη τῆς γῆς ὅτε μὲν ἀνάχυσιν λαμβανούσης τῆς θαλάττης εἰς ἕτερον μέρος· ὅτε δὲ καὶ αὐτῆς τῆς γῆς εὐρυννομένης καὶ δισταμένης* (‘extentam tumefecit humum’ Ou.) *ὑπὸ πνευμάτων ἢ ἰδάτων κρύβδην ἐπιφερομένων*. Quae sequitur apud Ocellum altera pars enuntiati *‘παντελῆς δὲ φθορὰ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως οὔτε γέγονεν οὔτε ἔσται ποτέ*’ ad subtiliorem illum de mundi constantia et aeternitate locum pertinet, quem uitasse Ouidium supra uidimus.

Iam ad mirabilia fluminum accedimus. Si, quas praeterea horum mirabilium enarrationes habemus, cum Ouidii loco comparamus, nullius apparet maiorem cum eo similitudinem esse quam eius, quam Plinius l. II § 224 sq. exhibet. Nam qui

quidem inter Westermanni paradoxographos de fluminibus narrat (auctorem libri mirabilium auscultationum, qui Aristotelis fertur, Antigonum, Sotionem dico), eos fontem secutos esse diuersum a communi Ouidii et Plinii complura exempla docent. Velut Iouis Ammonis fontem et Antigonus (nr. 144) et Sotion (nr. 19), ex Aristotele uterque, referunt *μέσων νικτῶν καὶ μεσημβρίας γίνεσθαι θερμῆν*, Ouidius u. 309 dicit: 'medio tna, corniger Ammon, unda die gelida est, ortuque obituque calescit', Plinius II, 228: 'Iouis Hammonis stagnum interdum frigidum noctibus feruet'. Item de Crathi et Sybari fluminibus Pseudoaristoteles Antigonus Sotion, netustam fabulam sequentes iam Enripidi (Tro. 226 sq.) notam, contra Ouidium consentiunt. Pseudoaristoteles narrat (169): 'ὁ Σύβαρις τοὺς πύροντας ἀπ' αὐτοῦ πυρρικοὺς εἶναι ποιεῖ, ὁ δὲ Κραθίς τοὺς ἀνθρώπους ξανθότριχας λοιομένους', Antigonus (134): 'Κραθίην ξανθίζειν τὰς τρίχας', Sotion (54): 'Κραθίς . . . τῶν λοιομένων πυρραίνει τὰς χεῖρας', Ouidius autem ntriqne flumini eandem nim tribuit capillos electro auroque similes faciendi. Item, quae ad Athamanum fontem pertinent, Antigonus (148) et Sotion (11) aliter explicant atque Ouidius et Plinius; quae Ouidius n. 313 cum Plinio de Ciconum flumine narrat, Sotion (16) prope Magnesiam ad Sipyron fieri narrat. A Plinii autem secundo libro Ouidius hic neque usquam dissentit (nam quod de Crathi et Sybari Plinius XXXI, 13 alia narrat, ad nos non pertinet, cum ibi alios auctores sequatur) — et plura etiam communia habet cf. quae de Lyncestio Lyco Erasino narrantur et in antecedentibus de Helice Bura Antissa Pharo Leucade Sicilia (= Plin. II, 201—6), in quibus Ouidium cum Plinio consentire Hanptius ad u. 287 et alibi adnotat. Neque singula tantum, sed etiam ordo rerum, quem Ouidius instituit, Pliniani similis est. Ipse Plinius I. I haec libri II capita indicat: (S7) 'quibus locis maria recesserint' cf. On. 262 sq.; 'insularum enascentium ratio', ubi similia eis narrantur, quae Ouidius n. 296 demum de tumulo Troezenio refert; inferiore autem loco haec Ouidius propterea ponit, quia exemplum a terra continenti sumit, cum Plinius insularum exempla afferat. Sequitur apud

Plinium (90) 'quas terras interruperint maria', (91) 'quae iusulae continenti adiunctae sint', quae Ovidius u. 287—92 in nerso ordine illustrat. Plin. (94) 'urbes haustae mari' = Ou. 293—95. (Quae [96] de insulis fluctuantibus narrat, eis similia Ovidius u. 336—39 demum affert, ubi de Ortygia olim natante et de Symplegalibus narrat.) Paulo infra (106) 'mirabilia fontium et fluminum'. His succedunt (107 sq.) 'mirabilia ignium' et (110) Aetnae exemplum affertur. Item Ovidius finito illo de fluminibus loco u. 334 interiectisque paucis uersibus u. 340 sq. de Aetna disputat. Ubi quamquam singula Lucretii similia exhibet (cf. Hauptium ad u. 346), etiam Plinii in mentem uenit u. 353, ubi de longo aeuo, per quod ardeat Aetna, uerba facit, cf. Plinii uerba: 'tantoque aeuo materia ignium sufficit'. Quae u. 356 de palude Tritoniaca secuntur, neque ad priores uersus adnexa sunt neque hic recto loco afferuntur, sed uidentur ab Ouidio confecta hac parte ad finem eius adnotata esse, ut postea in expoliendo opere eis suum locum inter cetera fluminum mirabilia assignet.

Quod uero fontem totius huius partis u. 262—360 attinet, Hauptius ad u. 287 adnotat et Ouidium et Plinium, quae afferant, Pythagoricis libris debere. Atque in indice, quem praemisit Plinius, non inuenio aptiorem auctorem, cui talia tribuamus, quam Fabianum. Quem Plinius in media fere hac, quam tractamus, parte § 224 laudat. Hunc scimus causarum naturalium libros scripsisse. Neque hos in philosophica potissimum causarum explicatione uersatos esse, sed exemplis rerum mirabilium, quae afferret, illustrata fuisse concludere licet ex Plinii uerbis XXXVI, 125: 'inter plurima alia Italiae miracula ipsa marmora in lapicidinis crescere auctor est Papirius Fabianus'. Quod cum praeterea ex loco II, 224 sciamus cum de altitudine maris uerba fecisse, cum ad longinquas terras studia eius pertinuisse, quae Plinius II, 46 et XV, 2 refert, ostendant, cum permultos libros eum scripsisse ex Senecae ep. 100, 9 sciamus, nihil nos uetat ei miraculorum enumerationem, qualem Plinius II, 224 sq. exhibet, tribuere, ut fortasse ea, quae Plinius cum Ouidio communia habet, Fabiano debeantur. Quod

uero ad philosophiam eius attinet, Sextii discipulum perinde ac Sotionem eum fuisse ex Senecae rhetoris libris comperimus, Sextiorum uero doctrina a Pythagorica proxime aberat. Itaque Fabianum, de cuius doctrina nusquam certiora comperimus, Pythagoreum fuisse facillima coniectura statui potest¹⁾. Hoc saltem uacti sumus, ut ad idem tempus eandemque disciplinam duceremur, cui autecedentia Ouidii tribuere conabamur.

Secuntur u. 361—417 multa de animalibus et imprimis de animalium generatione. De apibus crabronibus scorpiis papilionibus eodem ordine exponit Plinius l. XI, in cuius indice item Fabianus laudatur, praeterea autem Hyginus quoque et Nigidius Figulus, ut dubium sit, cuiusnam eorum Plinius sua debeat. Nam sunt in Ouidii loco (cf. Hauptii adu.), quae cum l. X Plinii consentiant, ubi Fabiani nomen nou affertur, uerum Hygini et Nigidii, alia cum Plinii l. VIII, ubi neque Hygini neque Fabiani nomen inuenimus, uerum Nigidii. Hyginus autem librum scripsit de apibus, ad quem Hauptius (ad u. 364) refert, quae Ouidius hic de apibus exponit. Nigidius de animalibus libros composuit, ex quibus bis (Seru. Aeu. I, 178 et Plin. VII, 66) ea potissimum laudatur, quae ad generationem pertinent. Quod cum Ouidius toto hoc loco (praeter extremos uersus) solam generationem animalium tractet, non sine causa suspicamur ad Nigidium haec refereuda esse.

Ad Brunnii computationes in libro X optime quadrat, si Hyginum auctorem statuimus. Nam totus liber 212 paragraphis constat, Horatius, quem § 145 laudat, in indice (si Nigidium et Suram cum Brunnio postea adscriptos censemus) quartus a fine est, Hyginus paenultimus nominatur, quae uero Ouidius u. 389 sq. refert, cum Plinii X § 188 congruunt. Neque autem in libro VIII contra nos facit, quod Nigidius, quamquam Ouidius u. 379 cum VIII, 126 congrua exhibet, tamen post eos demum laudatur, quos paragraphorum 145—196 auctores esse constat. Nam ad librum IX quidem Brunnius (de ind.

1) Nam Plautum Stoicum, quem Quintilianus alicubi laudat, eundem esse ac Fabianum Hoefigius in dissertatione, quam de Fabiani uita scriptisque composuit (Vratisl. 1852), minime euicit.

Plin. p. 15) adnotat in hoc sequentibusque libris Nigidium in retractando opere a Plinio indici adscriptum esse et propterea nouissimum fere locum occupare. Libro autem VIII postremi quattuor sunt: Nigidius Trebius Niger Pomponius Mela Mamilius Sura. At l. IX Nigidius cum Trebio Nigro, l. X et XI idem cum Mamilio Sura hoc postremo loco adscripti exstant.

Nigidium autem Pythagoreum fuisse Ciceronis testimonio (Tim. 1) constat, et Hyginus similibus atque Nigidius studiis incumbere, praeterea Suetonius de gramm. 20 testatur eum Alexandrum Polyhistorum studiose et audiisse et imitatum esse. Sic nobis contigit, ut usque adhuc omnia, quae Ovidius Pythagoram loquentem facit, non sine aliqua probabilitatis specie a nonorum, qui dicuntur, Pythagoreorum doctrina repeteremus. Quos ipse inseruisse uidebatur u. 160—64 non philosophiam spectabant, sed eo consilio adlata erant, ut meminissimus esse ipsius Pythagorae cum Numa colloquium. Eandem ob causam hic quoque, antequam ad uetandum esum carniū rediit, de Roma urbe uaticinium (u. 420 sq.) interposuit.

Redeundum est ad eum locum, qui aureae aetatis descriptionem continebat, u. 96—142. Quem non minus quam cetera Pythagoreae disciplinae deberi post ea, quae exposuimus, ueri simillimum est. Praeterea iam uidimus colorem aliquem, quo Sotion uti solebat, ab Ouidio hic usurpatum esse. Sed alia quoque in his uersibus insunt, quae, si non cum Romanae illius Pythagoreorum scholae praeceptis comparari possunt, at uel Pythagoreorum uel philosophorum eos sequentium propria esse aliunde colligi potest. Primum argumentum quoddam uetandi carniū esus, quod neque Sextius aut Sotion neque Ovidius eis uersibus, quibus sese artissime ad horum praecepta applicat, attulerat, hic pluribus tractatur, iniuste aduersus animalia ab hominibus agi, si ea necent. Omnia, quae illi contra hanc consuetudinem proferebant, — luxuriam augeri, crudelitatis consuetudinem fieri, parricidii periculum subiri —, eam tantum quaestionem respiciebant, quidnam uel prodesset uel noceret hominibus; hic agitur de ipsorum animalium iure, quod necandis eis laedatur. Cf. u. 116 'quid meruistis, oues?'

u. 120 'quid meruere boues?' et imprimis castigatur, quod, quae de nobis merita sint, ingrato animo neglegamus, id quod tauri aratoris, exemplo illustratur u. 122 sq. 141 sq. Quod ad iuris condicionem attinet, quae hominibus cum animalibus esse fertur, hoc argumento iam Empedocles utitur, cum u. 437 sq. de communi omnium iure, quod totum mundum impleat, uerba facit; quos uersus Aristoteles, qui eos seruauit (rhet. I, 13), dictos esse testatur *περὶ τοῦ μὴ κτείνειν τὸ ἔμψυχον*. Eandem quaestionem Stoicos Peripateticosque mouisse ex Plutarchi libro de sollertia animalium c. 6 in. discimus. (Qui utrique ex eo, quod necessarium esset ut et iustitia posset constare et animalia liceret uccari, iniustum uero hoc futurum esset, si animalia ratione praedita essent, efficiebant ratione carere animalia.) Et inter posterioris temporis philosophos Porphyrius opus suum, quod de abstinentia animalium scripsit, ita disposuit, ut, cum primo libro ex temperantia, altero ex pietate argumenta sumeret, toto tertio de iure aduersus animalia seruando ageret. Illud uero maximae iniustitiae exemplum, tauri aratoris necationem, cum iam uetustissimo tempore et apud Graecos et apud Romanos pro maximo crimine habitam esse scimus (locos collegit Schmidtius eth. II, 93), tum Pythagoreos huius potissimum immolationem magis quam ceterorum detestatos esse grauissimi auctoris testimonio constat Aristoxeni, qui uidelicet non eos sectabatur, qui prorsus ab animalibus abstinendum censebant. Laertius enim Diogenes l. VIII § 20 auctore Aristoxeno narrat Pythagoram non omnium animalium esum uctuisse, uerum bouis aratoris et arietis. Aliud, quod huius Ouidii loci proprium est, item alibi a Pythagorae praeceptis repeti inuenimus. Distinctionem dico u. 108—110 et in fine orationis 477. 78 factam, qua Pythagoras non omnem animalium necem improbat, sed salua pietate fieri censet, dummodo et nobis nocuerint neque uos eis uescamur. Cum his comparanda sunt, quae Plutarchus de soll. an. VII, 5 ipse quoque, ut uidetur, Pythagoreos illos minus seueros et Aristoxeni similes secutus dicit: *ἑτέρα δ' ἐστὶν ἔμμελῆς παρηγορία . . . σώζουσα . . . τὸ δίκαιον. ἢν τῶν σοφῶν καὶ παλαιῶν εἰσαγόντων . . . αὐθαί*

*Ηυθαγόρας ἀνελάμβανε, διδάσκων ὠφελείσθαι μὴ ἀδικού-
τας. οὐ γὰρ ἀδικοῦσιν οἱ τὰ μὲν ἄμικτα καὶ βλαβερὰ κομιδῇ
κολάζοντες καὶ ἀποκτινύοντες, τὰ δὲ ἡμέρα καὶ φιλόανθρωπα
ποιούμενοι τιθασὰ καὶ συνεργὰ χρείας, πρὸς ἣν ἕκαστον εὖ
πέφυκεν.* Ad ipsam nero aureae aetatis, quae in hac orationis
parte inest, descriptionem accedit Empedoclis similitudo in
describenda animalium securitate, cf. Ou. u. 99 sq.:

Tunc et aues tutae mouere per aera pennas
et lepus impavidus mediis errant in aruis
nec sua credulitas piscem suspenderit hamo.
Cuncta sine insidiis nullamque timentia fraudem
plenaque pacis erant,

et Empedoclis u. 433 sq.:

*ἦσαν γὰρ κτίλα πάντα καὶ ἀνθρώποισι προσιγῇ
φῆρές τ' οἰνωαὶ τε φιλοφροσύνη τε δεδήξει.*

Sed satis diu in Pythagoreorum doctrina uersati sumus.
Quod ad ceteros philosophos attinet, Stoicorum Posidonius
apud Senecam ep. 90 aurei saeculi imaginem proponit. Qui
illud officium, quod Plato (pol. 271 DE) ipsi deo, Aratus Dicae
dabat, inter homines morandi eosque tuendi atque instruendi
sapientibus imponit et sine legibus eos congruente semper im-
perantis et parentis uoluntate optime regnasse narrat. Hanc
aureae aetatis ut legibus non egentis imaginem non modo
poetae adoptauerunt, quorum Vergilius Aen. VII, 203 Latinos
appellat

Saturni gentem haud uinco nec legibus aequam
sponte sua ueterisque dei se more tenentem

et Ouidius met. I, 89 ab hoc Vergilii loco sine dubio profectus
(nam totam, quae hoc loco exstat, aureae aetatis imaginem
coloribus ex nariis Vergilii et Tibulli locis diligenter congestis
eum composuisse facile demonstrari potest) narrat:

anrea prima sata est aetas, quae nindice nullo
sponte sua sine lege fidem rectumque colebat;
poena metusque aberant e. q. sq.,

sed rerum quoque scriptores eam amplexi sunt. Nam Tacitus
ann. III, 26 et ipsum saeculum priscum his describit: 'netu-

stissimi mortalium, nulla adhuc mala libidine, sine probro scelerere eoque sine poena aut coercionibus agebant', et quae illud saeculum secuta sint, Posidonio simillima exhibet. Posidonius narrabat l. l. § 6 'postquam subrepentibus utiis in tyrannidem regna conuersa sunt, opus esse coepit legibus', post quae legum latores primi enumerantur; Tacitus: 'postquam exui aequalitas et pro modestia ac pudore ambitio et uis incedebat, prouenere dominationes multosque apud populus aeternum mansere; quidam statim aut, postquam regum pertaesum, leges maluerunt'. Quae similis legum latorum enumeratio sequitur. Item sapientium Posidonii eis commemoramur, quae Trogus initio historiae suae narrauit: 'principio rerum gentium nationumque imperium penes reges fuit, quos . . . spectata inter bonos moderatio prouehcbat. Populus nullis legibus tenebatur: arbitria principum pro legibus erant' (Iustin. I, 1).

Quod uero abstinentiam carniū attinet, Stoicos uoluisse comedi animalia Plutarchus de soll. au. 6 docet neque in Posidonii aureae aetatis descriptione hunc colorem inuenimus. Quod autem ipse Seneca in eis, quae contra Posidonium disputat, § 45 de illis hominibus narrat: 'parebant adhuc etiam mutis animalibus', inde concludendum non est ab eius temporis Stoicis carniū abstinentiae laudem adoptatam esse. Nam Seneca, qui iam § 37 ex ea aureae aetatis descriptione, quam Vergilius ge. I, 125 sq. exhibet, aliquos uersus laudauit, haec quoque ex eiusdem loci memoria, ubi u. 139 sq. de uenationis et piscatus inuentione narratur, Stoicae disciplinae constantiam non nimis curans intulisse uidetur. Illic autem non tam scelerata animalium necatio innocenti uitae ab eis abstinenti opponitur, quam uictus comparandi labores aureae uitae commoditati. Praeterea feras quidem tunc necatas esse ipse Seneca § 41 narrat.

Ad rerum scriptores quoniam semel delati sumus, apud hos quoque duas illas contrarias opiniones offendimus, quarum altera prisci homines ex rudi statu paulatim ad meliora protracti esse finguntur. Hanc plurimis exponit Diodorus I, 8 sq.; qui alteram illam de bonis beatisque primis hominibus V, 66

tamquam Cretensium fabulam commemorat. Eandem sequitur Hyginus (frg. 6 P.), qui Protarchum Trallianum secutus Saturnium saeculum perinde atque Vergilius (Aen. VIII, 314sq.) post antecedentem uitam rudem atque incultam posuit. Qui ab altera parte stant, aut uictus potissimum beatitudinem describunt, ut Dionysius Halicarnassensis I, 36 sq., aut ad morum magis praestantiam spectant, ut Tacitus et Trogus locis supra adlatis. Quod autem ad carnum abstinentiam attinet, apud hos quidem, quos attuli, non commemoratur et, Dionysius ut eam aureae aetati tribuat, tautum abest, ut c. 38 etiam homines tunc mactatos esse narret.

Solus, quem nos comperimus historicorum hoc iu auream aetatem intulisse, **Dicaearchus** est. Cuius sententiam Porphyrius IV, 2 accuratius expouit. Sed ut iam nidimus Porphyrium iu laudandis aliis scriptoribus non nimis amantem ueritatis esse, hic quoque diligenter nobis uerba eius excutienda sunt, ut cognoscamus, quid noluerit Dicaearchus, quid Porphyrius ex eo extorqueat. Nam mirum sane esset, si Dicaearchus, qui ne immortalitatem quidem animi statuebat, in eo tamen cum Pythagoreis fecisset, ut animalium necem quasi impium facius detestaretur. Et initio quidem capituli 2 Porphyrius refert: *Δικαίαρχος . . . τοὺς παλαιοὺς καὶ ἑγγὺς θεῶν φησὶ γεγονότας βελτίστους τε ὄντας φύσει καὶ τὸν ἄριστον ἐξ ἡρώτων βίον, ὡς χρυσῶν γένος νομίζεσθαι, . . . μηδὲν φρονεῖν ἔμψυχον.* Sed ex eis, quae statim secuntur, elucet Dicaearchum haec non quasi suam sententiam professum esse, sed retulisse tantum ut traditam fabulam, in qua posset ueri aliquid latere — *‘εἰ δεῖ λαμβάνειν μὲν αὐτὸν ὡς γεγονότα καὶ μὴ μάτην ἐπιπεφημισμένον, τὸ δὲ λίαν μυθικὸν ἀφέντας εἰς τὸ διὰ τοῦ λόγου φυσικὸν ἀνάγειν’.* Cf. etiam infra post nomadicae uitae descriptionem: *‘καὶ ταῦτα, φησὶν, οὐχ ἡμεῖς, ἀλλ’ οἱ τὰ παλαιὰ ἱστορίαι διεξελθόντες εἰρήκασιν’.* Quae Dicaearchus sine dubio scripsit, quia snum ipse iudicium suspensum relinquere uolebat. Porphyrius uero ita affert, quasi Dicaearchus antiquitatem et propter hanc fidem fabulae confirmare uoluisset. Quamobrem Porphyrius hoc potissimum loco, postquam animalium usum

commemoravit, haec uerba iuserit, Dicaearchus fortasse, ubi de aurea aetate uerba fecit, posuerat, ut liceat suspicari τοὺς τὰ παλαιὰ ἱστορία διεξελεθόντας esse Acusilaum Hecataeum Hellenicum, quos Iosephus arch. I, 3, 9 narrasse refert τοὺς ἀρχαίους ζήσαντας ἔτη χίλια — alios quidem rerum scriptores nou nouimus, qui autē Dicaearchum de prisca beatitudinē retulerint — uel etiam Theophrastum. Sed quod carniū abstinentiam attinet, Dicaearchus de nutrimentis hominū aureorum uerba facit, inanimis tantum illorum uictum constituisse nusquam dicit, et quae proxime ad hanc sententiam accedentia Porphyrius inuenire poterat, sunt haec uerba ualde ambigua: ‘οὔτε γὰρ τὴν τῆς φύσεως ἰσχυροτέραν τροφήν, ἀλλ’ ἣς ἡ φύσις ἰσχυροτέρα, προσεφέροντο’, quae sane de carniū abstinentia nihil continent. At in secundae aetatis, nomadicae, descriptione hanc sententiam Porphyrius inuenisse sibi uidetur. “Ἵστερον ὁ νομαδικὸς εἰσηλθε βίος, καὶ ὃν περιττοτέραν ἤδη κτήσιν προσπεριεβάλλοντο καὶ ζώων ἤψαντο, κατανοήσαντες ὅτι τὰ μὲν ἀσινῇ ἐτύγγανεν ὄντα, τὰ δὲ κακοῦργα καὶ χαλεπά. καὶ οὕτω δὴ τὰ μὲν ἐτιθάσσευσαν, τοῖς δὲ ἐπέθεντο’. Ex uerbis ἤψαντο, ἐτιθάσσευσαν — ἐπέθεντο uidere licet, quantopere Porphyrius ex Dicaearchi uerbis extorquere studuerit, quae non inerant. “Ἠψαντο’ ipsi Porphyrio deberi uidetur et astute hoc potissimum uerbum elegit, quod et ‘tangere’ significat et ‘pro cibo uti’. Dicaearchus autem ipse nihil nisi transitum descripsit ex simplicissimo uitae statu in eum, quo iam didicerint mansuetis bestiis uti ferasque defendere, de esu carniū non loquitur. Nec miuis ambigua sunt, quae secuntur: ‘οὕτω δὴ τὰ μὲν ἐτιθάσσευσαν, τοῖς δὲ ἐπέθεντο καὶ ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ βίῳ συνεισηλθε πόλεμος’: quasi consuetudo manus bestiis iuiciendi corrupisset hominū animos, ut ne alter alteri quidem parceret. Dicaearchus autem paulo supra propterea pastoricia aetate bella exorta esse statuebat, quia antea non habuissent, de quo debellarent.

Dicaearchus igitur neque dilucidis uerbis aureae aetati carniū abstinentiam tribuit: uam, si ita esset, Porphyrius hacc uerba attulisset; et, si re uera credidit priscos homines

nondum manus bestiis admouisse, ideo credidisse putandus est, quia artem nondum haberent aut feras prohibendi aut utendi mansuetis ¹⁾, non quia pietate uel religione aliqua adducti ab animalibus necandis abhorruissent. Ita hoc, quod solum Porphyrii interesse poterat, Dicaearchi liber ei omnino non praebebat. Sed nullum artificium hunc hominem uereri, ut, quae tradita sint, ad suum usum torqueat, quod continuo sequitur, cap. 3 initium satis ostendit. Ubi inde, quod Lycurgus rei familiaris cuiusque mensuram non in animalium numero, sed in agri magnitudine posuerit, concludit eum carniū abstinentiam commendasse.

Sed ad poetas redeundum est. Et epicorum quidem post Hesiodum et Empedoclem praecipuus aureae aetatis depingendae auctor est Aratus, qui in phaenomenis u. 96 sq. iniecta uirginis caelestis mentione hanc fabulam inserit. Ut Empedocles Veneri, sic Aratus Dicae potius aureae aetatis regnum tribuit. Quam non ipse Aratus finxit reginam, nam ipse u. 100 hanc fabulam uulgi ore ferri dicit, sed Dice iam antea in Nemesis Hesiodaeae locum successit, cuius aurea aetate praesentia inde, quod ferrea effugisse narratur, facile effici poterat. Hoc, praeterea quod simillima utrique e terris fuga tribuitur, probatur Platonis Protagorae loco 322 C, ubi Protagoras, quam inde a 320 D de uetustissimo hominum genere proponit fabulam, consulto Hesiodaeo aetatū ordini opponere uidetur. Nam cum apud Hesiodum deterrimis paulatim factis hominum moribus *Αἰδώς* et *Νέμεσις* ad superos euolent, in Protagorae narratione Iuppiter, ut ex nimia primae aetatis imbecillitate et animorum feritate homines educat, *Αἰδῶ καὶ Σίστην* Mercurio comitante ad eos demittit. Intellexit has uicarias Dicae partes Iuuenalis quoque, qui sat. 6, 19 perinde atque Hesiodus duarum sororum ad superos fugam refert:

1) Quam priscorum condicionem Plato Protagoram describentem facit Prot. 322 B: ἁπώλλυντο οὖν ἐπὶ τῶν θηρίων διὰ τὸ πανταχῆ αὐτῶν ἀσθενέστεροι εἶναι, καὶ ἡ δημιουργικὴ τέχνη αὐτοῖς πρὸς μὲν τροφὴν ἰκανὴ βοήθειός ἦν, πρὸς δὲ τὸν τῶν θηρίων πόλεμον ἐνδείξις, cf. pol. 274 B.

paulatim deinde ad superos Astraea recessit

haec comite (i. e. Pudicitia) atque duae pariter fugere sorores, Hesiodi igitur *Αἰδῶ* coniungit cum Arati Dice, quae Astraeae cognomine significatur. Cognatam et Nemesi et Iustitiae deam Themidem alius nescioquis Alexandrinus aurco generi praefecit, quem sequitur Catullus 68, 153 sq.:

Huc addent diui quam plurima, quae Themis olim antiquis solita est munera ferre piis.

Itaque apud Calpurnium ecl. 1, 44 renascente aurea aetate Themis ad terras redit.

Sicut Dices praesentia non ab Arato inuenta est, ita iustitiae potissimum exercendae studium in aureis hominibus iam a Theognide u. 1141 sq. laudatur:

*εὐσεβείων δ' ἀνδρῶν γένος ἔφθιται οὐδὲ θέμιστας
οὐκέτι γινώσκουσ' οὐδὲ μὲν εὐνομίας* (cf. infra).

Imitatus autem est Aratum Babrius, qui prooem. in. narrat:

*γενεὴ δικάων ἦν τὸ πρῶτον ἀνθρώπων,
ὧ̄ Βράγχε τέκνον, ἦν καλοῦσι χρυσεῖην.*

Navigationis absentiam utpote ad uictum comparandum non necessariae:

*καὶ βίον οὐπω νῆες ἀπόπροθεν ἠγίνεσκον
ἀλλὰ βόες καὶ ἄροτρα καὶ αὐτῇ πότνια λαῶν
μυρία πάντα παρείχε Δίκη . . .*

Hesiodo debet. Nam op. 225 sq. iustorum hominum felicitas describitur, quae cum multis aliis commodis continetur (florenti ciuitatis statu, belli famisque absentia, frugum et lanae abundantia, mulierum fertilitate), tum hoc, quod terra eis sine navigatione uictum satis magnum praebet (u. 236):

*οὐδ' ἐπὶ νηῶν
νίσσονται, καρπὸν δὲ γέρει ζείδωρος ἄρουρα.*

Tertium quoque ad aliquam Hesiodi similitudinem reduci potest. Nam iam uidimus gradationis inferendae consilio Aratum secundae aetati raram Dices praesentiam tribuisse. Et fingit eam tunc in montibus habitasse, unde initio raro, postremo non iam omnino inter homines prodiret. At nero quod Hesiodus op. 290 de Virtute metaphorice narrat:

μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος ὀϊμος ἐς αὐτὴν
καὶ τριχῆς τὸ πρῶτον,

hinc non Q. Smyrnaeus demum V, 49 ueram montis, in quo Virtus habitaret, imaginem in clipeo pictam sumpsit, sed iam Simonides (frg. 58) narrat:

ἔστι τις λόγος τὰν Ἀρετὰν
ναίειν δυσαμβάτοις ἐπὶ πέτραις.

Ad hanc similitudinem Aratus Dices secunda aetate imaginem finxisse uidetur et fortasse ipsum Simonidis locum ante oculos habuit, nam apud Simonidem Virtus fertur 'οὐδ' ἀπαντὰν βλεφάροις θνητῶν ἔσοπτος', apud Aratum minatur 'οὐκέτι . . . εἰσωπὸς ἐλείσεσθαι καλέουσιν' et, quod minata est, facit. Hoc solum discrimen intercedit inter hos poetas, quod Aratus hanc Iustitiae imaginem certo temporis spatio inter creberrimam eius praesentiam et effugium eiusdem ponit, Hesiodus et Simonides Virtuti eandem nunc quoque sedem tribuunt. Nam Bergkii coniectura: 'ποτὲ τὰν Ἀρετὰν ναίειν . . . ἐπὶ πέτραις, νῦν δὲ μιν θεῶν χῶρον ἀγνὸν ἀμφέπειν', qua Virtuti eadem atque Iustitiae Arati e terris in caelum fuga datur, non uera est, cum ex postremis fragmenti uerbis: 'οὐδ' ἀπαντὰν βλεφάροις θνητῶν, . . . ᾧ μὴ . . . ἰδρῶς . . . μόλη, ἔκηται δ' ἐς ἄκρον ἀνδρείας' (quibus aperte ad Hesiodi u. 291 'ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἔκηται' alludit), sequatur eum perinde atque Hesiodum Virtutem etiam nunc in monte habitantem fingere. Et sollemnis haec erat Virtutis imago, cf. Lucianum, qui uer. hist. 2 p. 115 de omnium scholarum philosophis in insula beatorum praesentibus narrat, τῶν δὲ Στωϊκῶν οὐδεὶς παρῆν' ἔτι γὰρ ἐλέγοντο ἀναβαίνειν τὸν τῆς ἀρετῆς ὄρθιον λόφον¹⁾.

Cum his Aratus ad Hesiodum se applicare uideatur, alia in re prorsus contraria illi profert. Apud Hesiodum terra sua

1) Similis Xenophonti ad summam uirtutem Ἀνάβασις tribuitur a Laertio Diogene II, 58 (anth. Pal. VII, 97):

οὐ μόνον εἰς Πέρσας ἀνέβη Πανοφῶν διὰ Κῦρον,
ἀλλ' ἀνοδὸν ζητῶν εἰς Διὸς ἦτις ἄγοι.
Παιδείης γὰρ ἔησ' Ἑλληνικὰ πρόγματα δείξαι
ὡς καλὸν ἢ σοφίῃ μνήσατο Σωκράτους.

sponte fruges largissimas profundebat, Arati aurei homines terram arando accedente Iustitiae ope copias sibi comparant. Qua fictione etsi in latinorum poetarum Alexandrinos imitatum de aurea aetate narrationibus aliquid ualuisse Aratum cernimus, tamen peruulgatissimam illam de frugibus sna sponte prouenientibus opinionem non potuisse uinci Germanici exemplo uidemus. Is enim Aratum ceteroquin accurate imitatus hic tamen facere non potuit, quin dempta illa Aratea aratione sponte sna tellurem fructus dedisse narraret. Et Auienus, qui ita totum hunc Arateorum locum composuit, ut praeter Germanicnm, quo principali fonte utitur, ipsnm Arati textum adhiberet ¹⁾, haec Arati:

*ἀλλὰ βόες καὶ ἄροτρα καὶ αὐτὶ πότνια λαῶν
μύρια πάντα παρείχε Δίκη,*

quae Germanicus liberrime tractat 'fructusque dabat placata colono sponte sna tellus', eo usque ad Arati uerba expressit, ut boues et aratra cautus omitteret u. 316:

omnia sed cunctis nasci dabat aurea terris
Iustitia.

Fortasse propterea Aratus fabulam immutauit, quia mornm potius praestantiam quam uitae commoditatem efferre studebat, nimiam autem in Hesiodica uita uidebat mollitiem. Atque ipse quidem Hesiodus nihil dicit nisi 'ἤσυχου ἔργ' ἐνέμοντο', sed iam Dicaearchus (Porph. de abst. IV, 2) monet agriculturae ignorantiam causam praebuisse τοῦ σχολῆν ἄγειν, et Ouidius met. I, 100 narrat:

mollia securae peragebant otia gentes,
quod sine dubio Seneca in animo habuit, cum Med. 331 de corundem felicitate praedicaret:

sua quisque piger litora tangens
. . . . nisi quas tulerat
natalc solum, non norat opes.

1) Cf. e. gr. Arat. u. 110 'χαλεπὴ δ' ἀπέκειτο θάλασσα', quod Germanicus u. 115 sq. liberior reddidit 'ignotique maris cursus', ab Auieno autem u. 305 sq. sic redditur: 'uada turgida ponti ignorata suo seclusaque sine iacebant'.

Et talium memor potuit elegiae prioris in Maecenatem auctor
huius mollitiem aureae aetatis exemplo defendere u. 21 sq.:

quod discinctus eras habitu, quod carpitur unum,
diluis hoc nimia simplicitate tua.

Sic illi uixere, quibus fuit aurea uirgo,
quae bene praecinctos postmodo pulsa fugit.

Altera Arati ab Hesiodo differentia eo constat, quod Aratus in esu carniū aestimando prorsus Pythagoreus est. Hesiodus enim, cum de quinta aetate narrat, longam scelerum seriem enumerat, quae Pudicitiae et Nemesi fugiendi causam praebuerint; Aratus, qui item fugae narrationem ad nequitiae hominum commemorationem adiungit, hunc tamen nullis aliis exemplis illustrat, nisi quod (ad Hesiodi aetatem III se applicans uide p. 13) enses fabricari et boues aratores comedere narrat homines coepisse. Dubitare aliquis possit, an *πρώτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων* (u. 132) ita intellegendum sit, ut *ἀροτήρων* prematur, illud igitur crimen significetur, quod iam vetustissimis temporibus Graecorum Romanorumque legibus prohibitum esse traditur (uide p. 42), de omni autem animalium nece prorsus damnanda Aratus non cogitarit. Quae scholiastae opinio fuisse uidetur, qui adnotat: *ὅτι γὰρ ἀρχαίοι ἐθύλαιον τοὺς ἐργάτας βοῶς καθιερύειν*. Attamen non hoc uoluisse Aratum, sed addito *ἀροτήρων* augeri tantum, quod solis uerbis *βοῶν ἐπάσαντο* iam satis indicetur, et per se ueri simile est (nam uix Aratus solo peculiari illo crimine totius aetatis mores depinxisse putandus est) et ab imitatoribus intellectum est. Nam Cicero hoc epitheton omittit et uarrat ausos eos esse *'gustare manu uinctum domitumque iuencum'*. Eodem modo Vergilius ge. II, 537 hoc tempus significat: *'aute impia quam caesis geus est epulata iuencis'*. Perinde autem Empedocles u. 424 pro omni animalium genere bouum tantum nomen attulerat. Aratus igitur Pythagoreos sequitur neque tamen eos, qui cum Aristoxeno bouis aratoris tantum et arietis damnabant immolationem, sed eos, qui omnium animalium uetabant, quibus sine dubio bouis aratoris necatio ceteras nequitia superare uidebatur. Sed quomodo factum est, ut Aratus

a Pythagoreis potissimum aureae aetatis imaginem peteret? Credo non ipsum Aratum Pythagoreos adisse, sed hanc quoque fabulam ibi inuenisse, unde totam de astris scientiam eum hausisse 'antiquissimi et doctissimi interpretes, imprimis Hipparchus Bithynus, affirmant' (uide Arat. ed. Buhle uol. II p. 464), in Eudoxi Cnidii Enoptro. Nam carmen hoc fuisse Plutarchi (de Pythiae or. 18) et Suidae (s. u. Eudoxus) testimoniis constat, itaque eiusmodi fabula inter astronomica apud hunc quoque bene inseri poterat. Eudoxum autem Laert. Diog. VIII, 8 in Pythagoreorum numero refert et hunc potissimum acrem abstinentiae ciborum propugnatorem fuisse ex eo concludere licet, quod Porphyrius in uita Pythagorae § 7 refert, narrasse Eudoxum tantae puritatis Pythagoram fuisse, ut non solum animalibus abstineret, sed ne coquis quidem aut uenatoribus umquam appropinquaret.

Lyricorum poetarum uetustiores raro aureae aetatis fabulae mentionem iniecisse uidentur. In solo *Theognidis* loco aetatum commemoratio seruata est. Qui inde a u. 1135 Spem in Pandorae dolio residentem et dearum ferrea aetate in caelum effugium ita confundit, ut Spem solam remansisse narret, cum ceteri dei effugerent. Quod Ouidius imitatus est, cum ex Ponto I, 6, 29 de Spe diceret:

Haec dea, cum fugerent sceleratas numina terras,
in dis inuisa sola remansit humo.

Deas uero, quae tunc effugerint, Theognis non *Αἰδῶ* uel *Νέμεσιν* uel *Δίκην* affert, sed *Πίστιν*, *Σωφροσύνην*, *Χάριτας*, quarum prima una cum Arati Dice aureae aetatis regnum habet apud Octauiae auctorem u. 397sq.:

tunc illa uirgo, numinis magni dea,
Iustitia, caelo missa cum sancta Fide,
terris regebat mitis humanum genus.

Versu autem 1141 '*εὐσεβέων ἀνδρῶν γένος*', quippe quod euanuerit, commemorat, quo auream aetatem significari propter apertam illam in antecedentibus Hesiodi memoriam certum est.

Alexandrinae autem poetae, ut in aliis Hesiodi studiosi, libenter aureae aetatis imagine luserunt, unde tam frequens

eius apud latinos poetas iude ab Augusti temporibus commemoratio profluxit, ut Aetnae poematis auctor (u. 16) negare posset quemquam melius sua tempora nosse. Praeterea illi uouos quosdam ei colores uidentur addidisse. Hi primi mulieribus aliquas in hac fabula partes tribuerunt, cum uel pudicitiam priscarum mulierum laudarent uel felicissimam amoris illo tempore conditionem praedicarent. Ac primum quod pudicitiam attinet, quamquam Inueualem, qui sat. 6 iuitio aetatum indolem ad pudicitiam gradatim euanescentem refert, ab Hesiodi loco, ubi *Αιδώς* commemoratur, profectum esse uidimus, apud ipsum tamen Hesiodum *αιδώς* non est pudicitia, sed pietas et reuerentia, quod ex u. 182—196 discimus, ubi in ultimae aetatis uitiis perlustrandis ea tantum afferuntur, quae ad iniustitiam petulantiam uiolentiam pertinent, nihil de impudicitia, et ex u. 192, ubi neglecta '*αιδώς*' periuri hominis exemplo illustratur. Alexandrini demum poetae hunc colorem induxisse uidentur, nam Catullus in c. 64, ubi uersibus 397 sq.:

sed postquam tellus scelere est imbuta nefando

iustitiamque omnes cupida de mente fugarunt

sine dubio ad Arateas aetates et Dicae fugam alludit, u. 384 deos facit castas heroum domos iniuidentes et in scelerum, quae illi aetati opponit, enumeratione u. 403 matrem impiam nato se substerneute affert. Propertius autem multus est in laudandis puellarum, quae olim fuerint, moribus, id quod ad ipsam auream aetatem III, 30, 52 M. refert:

Tu prius et fluctus poteris siccare mariuos

altaque mortali deripere astra manu,

quam facere, ut nostrae uolint peccare puellae.

Hic mos Saturno regna tenente fuit.

Quod ne iocose tantum pro 'hoc diu abolitum est' dictum putes, sequentia: 'at cum Deucalionis aquae' q. sq. prohibent. Consolationis ad Liuiam auctorem feminarum praestantiam quasi illius aetatis propriam sumere u. 343 supra allatus docet, ubi Liuia appellatur 'femina digna illis, quas aurea prodidit aetas'. Ouidius uero etiam, ubi alteram opinionem sequitur, qua primi homines rudissimi fuisse feruntur, curam,

quam pudoris tunc habuerint amantes, sui temporis impudicitiae opponit art. am. II, 621—24:

tunc quoque, cum solem nondum prohibebat et imbrem
tegula, sed quercus tecta cibumque dabat,
in nemore atque antris, non sub Ioue, iuncta uoluptas:
tanta rudi populo cura pudoris erat.

Ac prauitatis mulierum, quae suo tempore esset, taedio iam fabulae de Pandora auctor mouebatur. Sed is quidem mulieres a prisca aetate omnino abesse maluit. Et ab hac fabula Plato profectus esse uidetur, cum in Politico 271 A illa aetate hominum ἐξ ἀλλήλων generationem fuisse negaret (uide Eichhoff. p. 589).

Alterum colorem, amorum summam felicitatem, primus Theocritus nobis praebet 12, 15:

ἢ ῥα τότε ἦσαν
χρῦσειοι πάλιν ἄνδρες, ὅτ' ἀντεφίλησ' ὁ φιληθεὶς.

Si Laertium Diogenem audimus, iam ante Theocriti aetatem Arcesilaus Academicus hoc aureae aetati tribuit. Hunc enim narrat IV, 4, 22 de Cratete et Polemone, qui maxime inter se amauerint, praedicasse 'ὡς εἶεν θεοὶ τινες ἢ λείψανα τῶν ἐκ τοῦ χρυσοῦ γένους' (adtulit Hillerus ad Theocriti locum). Quod etsi credamus testi leuissimo, sollempnis tamen locus Alexandrinorum demum poetarum auctoritate factus esse uidetur. Propertius IV, 12, 25 sq. felicissimos priscae aetatis amores describit, quo loco cum aetatem omnem hominum memoriam antecedentem, h. e. auream in animo habere uersus 51 sq. ostendunt, ubi Polydori et Amphiarai aetas tempore iam deteriore facto et illam innocentissimam aetatem sequente ponitur. Expressis uerbis aureum saeculum hoc colore Lydiae auctor induit. Qui u. 47, postquam de deorum felicissimis amoribus narrauit, addit:

aurea quin etiam quom saecula uolebantur
condicio similisque fuit mortalibus illis,

unde u. 51 ad suae aetatis iniquioris commemorationem transit:
laedere, caclicolae, potuit uos nostra quid aetas,
condicio nobis uitae quo durior esset?

Quae eodem sententiarum ordiue u. 74 et 75 repetit, autecedente iterum de deorum amoribus narratione:

talia caelicolae. Num quid minus aurea proles?

ergo quod deus atque heros, quor nou miuor aetas?

nam 'proles' u. 74, quod Vonckius pro tradito 'prono' coniecit, similitudine horum locorum confirmatur. Item Tibullus II, 3, 71, postquam u. 35: 'ferrea non Venerem, sed praedam, saecula laudant' de aureo saeculo se uerba facere satis indicauit, his illud describit:

tum, quibus adspirabat Amor, praebebat aperte
mitis iu umbrosa gaudia ualle Veuus.

Nauigationis absentiam praeuente Arato iu nulla fere huius temporis aureae aetatis descriptione desideramus, cf. Verg. ecl. 4, 32; ge. I, 136; Prop. III, 7, 31; Tib. I, 3, 37. II, 3, 39; Hor. epod. 16, 59; Ou. met. I, 94; am. III, 8, 43; Sen. Phaedr. 530. Hanc ob causam Seueca, cum ab Accio in Medea fabula priscam aetatem ita tractari inueniret, ut ex immani uictu homines paulatim ad mansuetiora proectos esse fingeret (frg. 7), nauium igitur inuentionem sine dubio secundam faustamque hominum generi ad meliora nitenti fuisse contederet, hoc ita inuertit, ut in nauticarum artium ignorantia summam prisci aevi felicitatem poueret (Med. 309 sq.). Solus Manilius I, 77 rursus cum Accio facit, quod ex carminis consilio artem astronomiam uautis utilem laudandi per se sequitur.

Rusticae uitae desiderium, unde bucolica poesis exorta est, effecit ut interdum aurei homines agricolae fierent. Terram arasse felicissimos illos homines Aratus finxit. Neque sane notissima illa de frugibus sua sponte prouenientibus fabula euaescere potuit, nam Vergilius ge. I, 125 narrat 'ante Iouem', i. e. sub Saturno, 'colonos nullos arua subegisse'; Octauiae autem auctor u. 412 sq. agriculturam quartae demum aetati tribuit, atque etiam interpretes Arati sua libidiue hunc locum immutasse supra uidimus. Secutus tamen Arati exemplum Horatius est, cum epod. 2, 2 priscam gentem mortalium rura bobus exercuisse fingeret; et Propertius IV, 12, 25 felicissimi aevi descriptionem his incohat:

felix agrestum quondam pacata iuuentus,
diuitiae quorum messis et arbor erant.

Manifestissime autem hoc ipsum aureae aetatis maxime proprium esse statuit, qui iam ante Varronis tempora fuit, Menander Heracleotes. Quem 'agricolas ipsos unos esse reliquias ex stirpe Saturni' praedicasse in Plutarchi, qui fertur, de nobilitate libri uersione latiuia c. 20 traditur.

In aliis quoque rebus cernimus, quomodo ad temporum quorumque mores et desideria aureae aetatis imago mutata sit. Sic ingrauescentem in imperio Romano luxuriam in eo sentimus, quod, cum apud Hesiodum homines aurei largis terrae muneribus abundantes epulis delectentur et apud Aratum ideo maria non transuehantur, quia Iustitia eis sine nauigatione *μυρία πάντα* praebet, iam Ciceroni Aratum uertenti 'malebant tenui contenti uiuere cultu' et Senecae in Medea u. 333 'paruo' quisque 'diues nisi quas tulerat natale solum non norat opes', et ab Augustei temporis poetis iuter scelestae posterioris uitae causas auri inuento maxime efferi solet. Quamquam ad uictus simplicitatem aureae aetati tribuendam uonihil contraria illa imago hominum priscorum herbis et glandibus uescentium uideatur contulisse.

Item ex nimia et perniciosa Romae inter diuitias et egestatem distantia explicandum est, quod rem familiarem aurea aetate omniuo non fuisse primus, quod quidem nos sciamus, inter poetas (nam iuter philosophos subsimili fictione Plato praecierat, qui Critiac p. 110 C Atlantiorum temporibus Athenis ordinem militum bonorum communione usum esse uarrat) Vergilius apertis uerbis dicit ge. I, 126 sq.:

ne signare quidem aut partiri limite campum
fas erat; in medium quaerebant.

Quem inter ceteros poetas Germauicus quoque in Arati uersione secutus est u. 119:

nec parui terminus agri
praestabat dominis sine eo tutissima rura,
cum neque ipse Aratus neque Hesiodus de bonorum communione uerba faciaut. Atque Auicenus quidem, qui semper ali-

qua uerba accurate ex graeco exemplari uersa immiscere studeat, hunc Germanici locum iam apud Aratum reperire sibi uisus illius u. 109: 'οὔτε διακρίσιος περιμεμέρος . . . ἠπίσταντο' u. 300 reddit: 'ueque iam discretio campum metiri iu dominos monsttrauerat'. Sed hic merum errorem Auieni habemus, Arati 'διάκρισις' nihil est nisi 'disceptatio'.

De scaenicis Graecorum poetis uullum adhuc uerbum fecimus, qui in aurea felicitate multum uersati sunt. Miuus hoc ad *tragoediarum* scriptores pertinet, nam iu tragoediis quidem nusquam illam de aurea prisca aetate fabulam inuenimus, uisi tetigisse eam Aeschylum iu Aetnaeis suspiceris, qua iu fabula eum de Cronia urbe a Saturno, dum in Sicilia regnaret, condita rettulisse Joh. Lydus testatur frg. 11 N. Contraria autem de priscis sententia tribus locis copiose exposita exstat. Primum in Aeschyli Prometheo u. 447—508 Prometheus miseram priscorum hominum in antris habitantium condicionem describit, quam ipse siderum notitia, litteris, bonis equique usu, nauigatione, medendi, uaticinandi, metalla fodieudi artibus inuentis subleuauerit. Secundus locus est Critiae, qui in Sisypho (teste Sex. Empirico p. 403, 1 = frg. 1 N.) ita priscam aetatem depingit:

ἦν χρόνος, ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος
καὶ θρηνώδης ἰσχύος θ' ὑπερέτης,
ὅτ' οὐδὲν ἄθλον οὔτε τοῖς ἐσθλοῖσιν ἦν
οὔτ' αὖ κόλασμα τοῖς κακοῖς ἐγγίγνετο.

Quamquam ad meliora inde prouectos is quidem homines uix credebat, nam in sequentibus uersibus exponit ueque leges, quas postea inuenerint, effecisse, ut scelera committere desiuerent, et deos, quos animis hominum proponentes ab occulte peccando eos detertere soleant, astuti alicuius hominis mendacio deberi. Tertius locus est Moschionis (frg. 7 N.), qui homines olim ferarum similes in antris habitasse uarrat aedibus urbibus agricultura carentes et inter se comedisse, donec Cereris et Bacchi opera innotuerint. Tunc urbes domosque aedificasse et mortuos sepeliuisse. Mirum iu modum ea, quibus carentes hi tragici priscos iufeliciissimos putabant, cum eis

consentiunt, in quorum absentia alii poetae summam huius temporis felicitatem ponebant. De nauigatione et agri cultura iam uidimus; siderum uentorumque hac aetate ignorantiam Seneca in *Medea* n. 309 sq. praedicat, bouis equique usu carentes Tibullus I, 3, 41 celebrat:

illo non ualidus subiit iuga tempore taurus,
non domito frenos ore momordit equus;
metalla fodiendi artem Ouidius detestatur, cum met. I, 138 sq. inter ferreae aetatis scelera hoc affert:

— — effodiuntur opes, irritamenta malorum;
et cum Moschion u. 6 sq. his coloribus priscae uitae miseriam instruat:

οὐδέ τι γὰρ ἴν'
οὔτε στεγῆρης οἶκος οὔτε λαϊνοῖς
εὐρεία πύργοις ὠχυρωμένη πόλις,

Tibullus I, 3, 43 huic aetati laudi tribuit, quod 'non domus ulla fores habuit' et Vergilius in ecl. 4, 32 'cingere muris oppida' inter 'priscae nestigia fraudis' affert.

Latissimus autem ipsius aureae felicitatis campus in comedia est, cum qua licebit pauca satyricae fabulae nestigia una considerare. Nam cum duplex ratio sit laudandae huius uitae, ut aut nictus commoditas aut morum praestantia effertur, comici Hesiodum secuti, qui de moribus in sequentium demum aetatum descriptione uerba facit (vide Eichhoff. l. l. p. 589), illam potissimum elegerunt et in dapnum praecipue abundantia felicitatem ponere solent. Satyros autem edendo bibendoque multum studuisse satyricarum fabularum, quae exstant, fragmenta satis ostendunt. Quarum in una scimus huiusmodi abundantiam commemorandae aureae aetatis ansam dedisse. Nam ad Arist. Plut. 806 sq.:

ἡ μὲν σιπύη μεστή ᾽στι λευκῶν ἀλιρίτων,
οἱ δ' ἀμφορῆς οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου

scholiasta adnotat: 'ταῦτα παρὰ τὰ ἐν Ἰνάχῳ Σοφοκλέους (frg. 254 N.), ὅτι τοῦ Διὸς εἰσελθόντος πάντα μεσιὰ ἀγαθῶν ἐγένετο'. Auream nero aetatem ibidem descriptam exstitisse ex scholio ad Ar. Pac. 531 (frg. 258) discimus, ubi, cum Try-

gaeum Aristophanes in rerum dulcissimarum numero Sophoclis carmina referentem faceret, fuisse dicitur, qui eum hos ex Inacho uersus in animo habuisse crederent:

εὐδαιμονες οἱ τότε γέννας

ἀφ' Ἰνίου λαχόντες ἰσοθέου (sic Nauckius).

Ex hac doctorum quorundam hominum suspicione, quae ipsis Aristophanis uerbis moueri non potuit, sequitur et notissimam celebratissimamque non modo totam hanc Sophoclis fabulam ¹⁾, sed hoc praecipue carmen fuisse et ampliorem aureae aetatis descriptionem contiuuisse, qua gratissima felicitis illius uitae imago audientium animis proponeretur.

In fabula *Rhintonica* aureae uitae ut potus deliciis abundantis imaginem haberemus, si certa esset Bodii suspicio (hist. poes. gr. III, 2, 107) in paruulo fragmento ab Athenaeo XI, 487 C laudato: *Βλαίσος ἐν Σατούργῳ φρεσίν*

ἐπὶ τὰ μαθαλίδια

ἐπίχε' ἄμιν τῷ γλυκεράτῳ

ipsum Saturnum tamquam fortem potatozem induci.

Quod comoediam ipsam attinet, unum colorem nouum poetae comici in aureae uitae imaginem induxerunt, seruorum illo tempore absentiam. Quae uix ex liberali aliqua de improbanda seruitute doctrina orta est (quis enim credat festiuos illos poetas philosophatos esse, quod ne Plato quidem cogitabat?), sed commoditatis huius temporis imaginem tantopere auxerunt, ut omnia multo gratius et facilius fieri fingerent, quam seruorum opera possent. Quod in causa fuisse comicis, ut seruitutem huic aetati adimerent, ex Athenaei loco elucet, qui VI, 267 E sq. exponit, quomodo comici ueteres *περὶ τοῦ ἀρχαίου βίου διαλεγόμενοι* hanc sententiam illustrauerint, *ὅτι οὐκ ἔν τῷ τότε δούλων χρεία*. Atque ansam dabat Hesiodus, qui terram aurea aetate *ἀντομάτην* fruges tulisse narrat, grauissimam igitur laboris humani partem iam condonauit illis.

1) Aristophanes etiam Plut. 727 et Eccl. 90 testibus scholiastis eam imitatus est et Pherecrates Metall. frg. 108, 30 *πλήρεις κίλικας οἶνον μέλαρος ἀνθρώπου* eundem, quem Ar. Plut. 807, uersum expressit.

Quomodo deinde amplius illud αἰτόματον patuerit, iam Platonis uerba pol. 271 C ostendunt, ubi in discutienda aureae actatis fabula uerba facit 'περὶ τοῦ πάντα αἰτόματα γίγνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις'. Et 'αἰτόματα πάντα' sollemnis locutio facta est de summa felicitate cf. Ar. Ach. 976; Diphilus IV, 380 M.; Maximus Tyrius 36, 1 aureos homines uocat 'ἐν ἀφθόνῳ τῇ τῶν αἰτομάτων χορηγία δαιτωμένους'. Vergilius quoque ecl. 4, 21 sq.:

ipsae lacte domum referent distenta capellae
 ubera nec magnos metuent armenta leones,
 ipsa tibi blaudos fudent cunabula flores,

et 43 sq.:

ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
 murice, iam croceo mutabit uellera luto,
 sponte sua sandyx pascentis uestiet agnos,

et Tibullus I, 3, 45 sq.:

ipsae mella dabant quercus ultroque ferebant
 obuia securis ubera lactis oues,

et Horatius epod. 16, 51 de insulis beatorum:

illic iniussae ueniunt ad mulctra capellae,

αἰτόματον illud exprimunt.

Inter comicos Teleclides in Amphictyonum loco ab Athenaeo laudato ab ea, quam uerbum αἰτόματον ab initio habuit, notione proficiscitur, sed multa adiungit, quae terrae fruges sponte prouenientes longe egrediuntur:

ἢ γῆ δ' ἔφερ' οὐ δέος οὐδὲ πόνους, ἀλλ' αἰτόματ' ἦν τὰ
 δέοντα,

οἶνω γὰρ ἄκασ' ἔρρει χαράδρα, μᾶζαι δ' ἄρτοις ἐμάχοντο
 περὶ τοῖς στόμασιν τῶν ἀνθρώπων ἰκετεύουσαι καταπίνειν,
 εἴ τι φιλοῖεν τὰς λευκοτάτας. οἱ δ' ἰχθύες οἶκαδ' ἰόντες
 ἔξοπτιῶντες σφᾶς αὐτοὺς ἂν παρέκειντ' ἐπὶ ταῖσι τραπέζαις.
 ζωμοῦ δ' ἔρρει παρὰ τὰς κλῖνας ποταμὸς κρέα θερμὰ κυλίνδων
 q. sq.

Eisdem autem, quae Teleclides hic enumerat, Pherecrates in Persis ad confirmandam seruorum absentiam usus est, uersibus ab Athenaeo VI, 269 C allatis:

τις δ' ἔσθ' ἡμῖν τῶν σῶν ἀροτῶν ἢ ζυγοποιῶν ἔτι χρεία
ἢ δερπανουργῶν ἢ χαλκοτύπων ἢ σπέρματος ἢ χαρακισμοῦ;
αὐτόματοι γὰρ διὰ τῶν τριόδων ποταμοὶ λιπαροῖς ἐπιπλάστοις
ζωμοῦ μέλανος θείσονται q. sq.,

ubi perinde primis versibus agrī potissimum cultura respicitur.
Plane superuacuum in tali uita seruorum operam esse etiam
evidentius reddit Crates in Feris, cum non solum cibos, sed
etiam suppellectilem motu uoluntario praeditam fingit. Versus
iocosissimos, quibus hoc descripsit, Athenaeus l. l. seruauit:

ἔπειτα δοῦλλον οὐδὲ εἰς κεκτῆσειτ' οὐδὲ δούλην,

ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ δῆτ' ἀνὴρ γέρον διακονήσει;

B. οὐ δῆθ' ὁδοίποροῦντα γὰρ τὰ πάντ' ἐγὼ ποιήσω.

A. τί δῆτα τοῦτ' αὐτοῖς πλέον; B. πρόσεισιν αὐτ' ἕκαστον
τῶν σκευαρίων, ὅταν καλῇ τις· παρατίθου τράπεζα.

αὐτῆ παρασκευάζε σαντήν· μάττε θυλάκισκε.

ἔγχει κύαθε. ποῦσθ' ἢ κύλιξ; διάνιζ' ἰούσα σαντήν.

ἀνάβαινε μαῖα. τῆν χύτραν χεῖρην ἔξεραν τὰ τεῦτλα.

ἰχθὺ βὰδιζ'. 'ἀλλ' οὐδέπω πὶ θάτερ' ὀπίος εἰμί'.

οἶκον μεταστρέψας σεαυτὸν ἀλλ' πάσεις ἀλείφων.

cui alter opponit:

ἔπειτ' ἀλάστος εὐθέως ἦξει μύρον

αὐτόματος, ὁ σπόγγος τε καὶ τὰ σάνδαλα.

et ad talem aureae uitae descriptionem simillimus Eupolidis
locus, Aurei generis frg. 277 K, pertinere uidetur, ubi caseus
ipse, ut abluatur, ad aquam ambulat:

ἢ τροίφαλις ἐκεινητ'

ἐφ' ὕδωρ βαδίζει σκῆρον ἡμμιεσιμένη.

Quoniam sic probatum erat seruos illo tempore non fuisse,
facile adducebantur, ut maiorem, quae Saturnalibus fuit, ser-
uorum licentiam Saturni regni memoriae deberi fingerent.
Quam conclusionem diligentissimus comicorum imitator Lucia-
nus fecit, qui Saturnal. c. 7 ipsum Saturnum de suis feriis
dissertentem inducit: 'ὄλγας ταύτας ἡμέρας . . . ἀναλαμβάνω
τῆν ἀρχήν . . . διὰ τοῦτο . . . ἰσομιμία πᾶσι καὶ δούλοις
καὶ ἰλευθέροις· οὐδεὶς γὰρ ἐπ' ἐμοῦ δούλος ἦν' cf. Bergk.
de rel. com. att. p. 193 sq.

Sed si in aureae felicitatis apud comicos imaginem amplius inquirere uolumus, non licet aurei saeculi uitam disiungere ab *Oreo* et a sede beatorum, siue illam apud inferos siue in Oceano ponis; nam simillimis semper priscae uitae et Elysii felicitas coloribus a poetis instructa est. Iam in Hesiodi carminibus aurea Saturno regnante felicitas eisdem prope uerbis et primo hominum generi et heroibus post mortem in insulis beatorum habitantibus tribuitur. Qua similitudine adductus Horatius epod. 16, 63, qui insulas beatorum incolant, ex aurea aetate remansisse fingit. Propertius, qui Saturno regnante puellas negat peccasse, V, 7, 60 eas potissimum, quae in coniugio fideles fuerint, Elysium habitare fingit; Tibullus, qui II, 3, 71 amoris aureo saeculo facilitatem praedicat, I, 3, 63 Elysios campos eodem colore inudit:

at iuuenum series teneris immixta puellis

ludit et adsidue proelia miscet amor.

Quam autem arta apud comicos inter auream felicitatem et res infernas necessitudo intercedat, ex eo intellegitur, quod ipsius aureae aetatis, quae in hac terra fuit, Plutonem auctorem offendimus in Cratini Diuitiarum frg. 160 K. Affertur uersiculus a Stobaco:

αὐτόματα τοῖσι θεὸς ἀνίει τὰγαθά.

Possit aliquis cogitare dei nomine hic Saturnum significari, praesertim cum idem frg. 165 commemoretur ut illius aetatis gubernator. *Ἀνίειναι* autem per se etiam dici potest de deo sub caelo uersante, qui facit, ut aliquid ex terra proueniat, ut Euripides Bacch. 707 de Libero narrat:

ἄλλη δὲ νάρθηκ' εἰς πέδον καθῆκε γῆς

καὶ τῆδε κρήνην ἔξανῆκ' οἴνου θεός.

At uero ex Aristophanis Tagenistarum frg. 1, 14 discimus inter preces, quae ad mortuorum animas in *Oreo* uersantes fiebant, etiam hoc ab eis posci solitum esse '*δεῦρ' ἀνείναι τὰγαθά*'. Quod confirmatur Aeschyli Persarum u. 222 Dind., ubi Atossam chorus iubet a Dareo petere: '*ἔσθλά σοι πέμπειν τέκνω τε γῆς ἐνερθεῖν ἐς φάος*', et Choeph. u. 147, ubi Electra a patre precatur: '*ἡμῖν δὲ πομπὸς ἴσθαι τῶν ἐσθλῶν ἄνω*'. Ipsa autem

haec uerba *ἀνιέναι τὰγαθά* sollemnia in eiusmodi precibus fuisse Aristophanis locus docet Rau. 1462, ubi Bacchus ad certam formulam sine dubio respiciens Aeschyli uerbis: *ἔκει φράσαιμι ἄν, ἐνθάδ' ὁ οὐ βούλομαι* respondet:

μὴ δῆτα σύγ', ἀλλ' ἐνθάδ' ἀνίει τὰγαθά.

Neque contra hanc sententiam facit, quod Aeschyli duo loci in adhibenda uoce *ἔσθλά'* consentiunt, quae priore loco uariandae elocutionis gratia poni debuit, cum u. 218 praecederet *τὰ δ' ἀγάθ' ἐκτελεῖ γενέσθαι*¹⁾, neque altero loco *ἀγαθῶν* pro *ἔσθλῶν* ab Aeschylo scribi potuit, cum auapaesti apud tragicos uonniisi in prima trimetri sede (exceptis nom. propr.) locus sit. Ad Aristophanis porro locum scholiasta alium quoque uersum illam formulam continentem affert his uerbis: *παρὰ τὴν παροιμίαν ἔκει βλέπονσα δεῖρ' ἀνίει τὰγαθά*, ubi *παροιμία* nihil aliud uidetur significare uisi uersum (tragicum esse Fritzschius ad Rauas p. 441 credit), qui multus iu ore hominum erat. Quod cum haec exempla uos doceant uerborum *ἀνιέναι τὰγαθά* sollemnem in rebus, quae Orci incolis debereunt, usum fuisse, non credo a Cratiuo eadem haec uerba eadem, qua illis locis, uersus sede alio sensu adhibita esse, praesertim cum Cratiui quoque uersum iu prouerbium abiisse testentur paroemiographi, quos Kockius laudat. Simillimo autem sensu de ipsius Plutonis donis uerbum *ἀνιέναι* usurpatur a Platoue iu Cratylo p. 403 A, ubi Plutou dicitur nomeu suum iude accepisse, *ὅτι ἐκ τῆς γῆς κάτωθεν ἀνίεται ὁ πλοῦτος*. Plutonem igitur hoc Cratini uersu aureae auudautiae auctorem cogitari statuimus. Etymologia autem illa, quam Plato profert, iam Aristophanes uti uidetur, cum iu Tageuistis frg. 458, 1 dicit:

*καὶ μὲν πόθεν Πλοῦτων γ' ἄν ἰδνομάζετο,
εἰ μὴ τὰ βέλπιστ' ἔλαχεν;*

Hiuc intellegimus, quomodo fieri potnerit, ut Plati et Plutouis nomina promiscue usurparentur. Quod Aristophanem Plut. 727 facere uidemus, ubi Cariou narrat: *μετὰ τοῦτο τῷ Πλούτωνι παρακαθέζετο* q. sq., Plutum autem iu animo habet. Qua in

1) Vel *τὰγάθ'* cum Hermanno, ut dura solutio euitetur.

re Aristophanes teste scholiasta Sophoclem secutus est, qui in Inacho *Πλούτωνος ἐπίσοδον* (frg. 252 N.) commemorauerat, diuitias nimirum in Inachi domum intrantes significans, nam eisdem scholiis paulo infra de eadem fabula refertur *ὅτι τοῦ Διὸς εἰσελθόντος πάντα μετὰ ἀγαθῶν ἐγένετο*. Luciano autem Pintus Plutonis ad Timonem legatus est (Timon. p. 131).

Neque porro ab Orco insulisque beatorum longius remotas huius terrae regiones separare possumus. Nam uel ipsas insulas beatorum longinquum est enumerare, quot locis ueteres posuerint. Trans columnas Herculis plerique ponebant, Sebosus Hesperidas intellexit, Tzetzes insulas prope Britanniam sitas fuisse tradit, Aristoteles de Sardinia cogitabat, alii de Lesbo (uide Welckerum de Phaeacibus et ins. beat. opusc. II, 26 adn.), Apion Canobum uoluit, alii testante Herodoto Oasim magnam, Lycophron locum prope Thebas Boeoticas situm, alii alia. Neque praeter has insulas ulla caeli regio fabulosa felicitate caret, ad septentrionem spectant Hyperborei, ad meridiem Aethiopes, occidenti ultimo deis propinquo (uide Roscheri Gorgones p. 23sq.) oppositae sunt Persarum diuitiae atque Indiae miracula.

Verum ut de comicis ipsis uerba faciamus, quod primum ipsam auream aetatem attinet, ubi uel praeterita commemoretur uel quasi praesens spectantium oculis proponatur uel futura spe praesumatur, non potest accurate ubique dignosci. Velut in Cratini (quem in aurea uita describenda *ὡςπερ λαμπάδιον κατασείσαντα* ceteros poetas omnes imitatos esse Athenaeus VI, 268 D dicit) Diuitiarum fragmentis et ex uetusta memoria felicitatis imago repetitur frg. 160:

αὐτόματα τοῖσι θεὸς ἀνίει τὰγαθά,

frg. 165: *οἷς δὴ βασιλεὺς Κρόνος ἦν τὸ παλαιόν,
ὅτε τοῖς ἄρτοις ἤστραγάλιζον, μᾶζαι δ' ἐν ταῖσι παλαιστροφίαις
Ἀλγιναῖαι κατεβέβληντο δρυπεπεῖς βώλοισ τε κομῶσαι,*

et praesenti tempore alio quodam loco uigere fingitur frg. 164:

*ἄρ' ἀληθῶς τοῖς ξένοισιν ἔστιν, ὡς λέγουσ' ἐκεῖ,
πᾶσι τοῖς ἐλθοῦσιν ἐν τῇ κοπίδι θοινᾶσθαι καλῶς;*

*ἐν δὲ ταῖς λέσχαισι φύσκει προσπεπαταλεμέναι
κατακρέμανται, τοῖσι πρεσβύταισιν ἀποδάσκειν ὁδᾶξ;*
fragmento autem 161 ipsa praesens felicitas oculis proponitur.

Nam quoquo modo sanandos esse credas hos uersus:

*ἐγὼ γάρ εἰμι Θυννὶς ἢ μελαιναῖς ἢ
καὶ Θύννος ὄρφως γλαῦκος ἔγγελος κύων*

(quod Meinekius scribendum censet: *ἐγὼ γάρ, εἴ μοι Θυννὶς
ἢ μελαιναῖς ἢ ἢ Θύννος* q. sq., talem enuntiati truncum lau-
dare contra Athenaei consuetudinem est) — uidentur ipsi pisces
sese hominibus offerre, ut eligant sibi, quem comedant. Idem
piscium esse officium in beatis Orci partibus Pherecrates fingit
Metall. frg. 108, 23:

*ὀπταὶ κίχλαι γὰρ εἰς ἀνάβραστ' ἕρτυμέναι
περὶ τὸ στόμ' ἐπέτοντ' ἀντιβολοῦσαι καταπιεῖν,*

et pulti panibusque hunc animum tribuit Teleclides in Am-
phictyonibus frg. 1, 4, ubi de uetusta aetate narrat:

*μαῖζαι δ' ἄρτοις ἐμάχοντο
περὶ τοῖς στόμασιν τῶν ἀνθρώπων ἰκετεύουσαι κατακίπειν,
εἴ τι φιλοῖεν τὰς λευκοτάτας.*

Crates in Feris auream nitam quasi statim adfuturam proponit,
ut futurum tempus in fragmentis ab Athenaeo laudatis ostendit
frg. 14, 3:


ὁδοιποροῦντα γὰρ τὰ πάντ' ἐγὼ ποιήσω,
cui alter frg. 15, 2 opponit:

*ἐγὼ γὰρ ἀντὰ πάμπαιιν
τὰ θερμὰ λουτρὰ πρῶτον ἄξω τοῖς ἐμοῖς.*

Et quod frg. 17 homines cum bestiis paciscuntur, introducen-
dae huius nitae causa fit. Fragmento autem 16 condicio horum
hominum describitur:

*ἔχοντες εὐπαθῆ βίον
παρουσίαν τε χριμάτων*

incertum aureorumne, qui fuerint, an futurorum. Sunt tamen
aliquae fabulae, quae nel ipso titulo doceant spectatorum ani-
mos in antiquissimi temporis memoriam ductos esse. Dubito
an Cratini minoris Gigantes et Eubuli Titanes huc referendi
sint, ex utraque enim fabula fragmentum exstat, quod rerum



ad delicatam uitam pertinentium commemorationem continet. De Gigantibus haec Bergkii sententia est (rel. com. att. p. 277)¹⁾, Titanes autem fuerunt Saturnus eiusque aequales, facile igitur in fabula sic inscripta Saturnia uita induci poterat. Certiora de Teleclidis Amphictyonibus affirmare possumus, qua in fabula de priscae aetatis felicitate sermonem fuisse Athenaeus l. l. testatur. Et in tetrametris anapaesticis, quae affert, ipse felicitatis auctor uerba facit:

λέξω τοίνυν βίον ἐξ ἀρχῆς, ὃν ἐγὼ Θνητοῖσι παρεῖχον.

Sequitur tunc aureae aetatis descriptio sollempnibus coloribus illustrata, cuius partem iam supra laudauimus. Utrum Amphictyon heros ut chori Amphictyonum coryphaeus haec dicat an alius quis, discerni nequit. Nam Ar. Nub. 961sq. simillima tetrametra: *‘λέξω τοίνυν τὴν ἀρχαίαν παιδείαν ὡς δίδεκετο’* q. sq. non coryphaeus loquitur, sed *Λόγος δίκαιος*. Sacculum autem aureum eo tempore, quo Amphictyon synedrion Amphictyonum constituerit (cf. Paus. X, 8, 1), a poeta poni posse marmore Pario probatur, ubi § 5 haec exstant: *‘ἀφ’ οὗ Ἀμφικτύων Λευκαλιῶνος ἐβασίλευεν ἐν Θερμοπύλαις καὶ συνῆγε τοὺς περὶ τὸν ὄρον οἰκοῦντας καὶ ὠνόμασεν Ἀμφικτύονας καὶ Πυλαίαν οὐπὲρ καὶ νῦν ἔτι θύουσιν Ἀμφικτύονες, ἔτη ΧΗΗΡΠΙΙΙ βασιλεύοντος Ἀθηῶν Ἀμφικτύονος’*, ubi Amphictyonis utriusque regnum anno a. Chr. n. 1522 tribuitur. Libenter praeterea comici aureae aetatis memoriam inducebant, ut spectatores de sui temporis prauitate admonerent et spem facerent reducendae huius felicitatis, si ipsi meliores fierent. Sic Cratinus in Legibus, quas ut chororum senum persona introduxit (frg. 126), hos spectatoribus prauitatem hexametris uersibus obuertentes fecit, quorum unus seruatus est (frg. 128):

ἐμῶν εἰς μὲν ἕκαστος ἀλώπηξ δωροδοκεῖται.

simul autem beatae uitae imago eis proponitur:

ὁ δὲ Ζεὺς ὄστασις ἕσει τάχα (frg. 121),

καὶ δρόσον βάλλων ἐωθεν χλιαρὸς ταγηνίας (frg. 125).

τυρῶ καὶ μίνθη παραλεξάμενος καὶ ἐλαίῳ (frg. 129).

1) Cf. Teleclidis frg. 1, 15.

Confirmantur autem haec maxima similitudine Chironum eiusdem poetae. Qui item senes intrant frg. 235:

σκηψιν μὲν Χείρωνες ἐλήλυμεν, ὡς ὑποθήκας,

item Atheniensibus prauitatem exprobrasse uidentur, quod uel ipsa *ὑποθηκῶν* mentione probatur¹⁾; item in Chironibus priscæ uitæ beatæ imago proponitur frg. 238:

μακάριος ἦν ὁ πρὸ τοῦ βίος

βροτοῖσι πρὸς τὰ νῦν, ὃν εἶχον ἄνδρες

ἀγανόφρονες ἠδὲ λόγι σοφία q. sq.

(cf. anth. Pal. VIII, 124). Huc etiam frg. 231 referendum est:

οἷς ἦν μέγιστος ὄρκος

ἅπαντι λόγῳ κύων, ἔπειτα χῆν, θεοὺς δ' ἐσίγων.

Nam non solum uitæ mollitiem in priscis laudari, sed etiam morum praestantiam frg. 238 ostendit. Quod denique in Legibus uerborum Solonis usus fit ad uituperandos Athenienses, — nam frg. 128: *ἑμῶν εἰς μὲν ἕκαστος ἀλώπηξ διοροδοκεῖται* ex Solonis uersu *ἑμῶν εἰς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἔχεσε βαίνει* expressum esse animaduertent uiri docti —, in Chironibus ipse Solon hoc officio uidetur functus esse, nam iu scaenam quidem eum prodiisse frg. 228 ostendit:

οἰκῶ δὲ νῆσον, ὡς μὲν ἀνθρώπων λόγος,

ἐσπαρμένος κατὰ πᾶσαν Αἴαντος πόλιν.

Sed non solum ex antiquissimis temporibus aureae uitæ imaginem repetebant, recentiora quoque eisdem coloribus illustrabant. Sic Teleclides in Prytanibus teste Athenaeo XII, 553 E *τὸν ἐπὶ Θεμιστοκλέους βίον ἀβρὸν ὄντα* depingebat. Similem Cratini Legum frg. 129, ubi aliquis describitur *τυρῶ καὶ μίνθῃ παραλεξάμενος καὶ λαιῶ*, imaginem Prytanum frg. 24. 25 praebet:

καὶ μελιχρὸν οἶνον ἔλκειν

ἐξ ἠδὲ πινύου λεπαστῆς

τυρῶν ἐπεσθίοντα,

et quod frg. 26 aequales uidelicet Themistoclis dicuntur *εὐ-*

1) Pherecrates in fabula 'Chiron' inscripta hexametris, ut Cratinus in Legibus, Atheniensium illiberalitatem castigat frg. 153.

χροεῖν ὀρνιθοθηρᾶν σωφροεῖν², bona ualetudo priscis iu Amphictyonibus tribuitur 1, 15:

οἱ δ' ἀνθρώποι πόνους ἴσαν τότε καὶ μέγα χρεῖμα γιγάντων, σωφροσύνη autem a Cratino iu Chironibus, ubi ἀγανόφρονες ἡδυνόγῳ σοφία fuisse dicuntur. Sed ad recentiora etiam adducimur. Nam Plutarchus in uita Cimouis c. 10 (uide Bergk. rel. com. att. p. 199) narrat Cimouis liberalitate Saturniam uitam quodammodo Athenis reuixisse. Cratium autem in Diuitiis beatae uitae imaginem ad Lacedaemoniorum mores et consuetudinem adumbrasse Bergk. p. 197 ostendit¹⁾ et in hac re eum Cimonem Laconici moris studiosum ante oculos habuisse probabiliter conicit. Unde facile concludere possumus illum Saturniae aetatis reditum, quem Plutarchus commemorat, iam a Cimonis aequalibus uel ab ipso Cratio illius merito imputatum esse. Nam aureae uitae nomen ad suam aetatem adhibuisse etiam Eupolis nidetur iu fabula, quam 'Χρυσοῦν γένος' inscripsit, sed is quidem ironice. Nam frg. 290—92 acerba ironia in patriam snam inuehitur:

ὦ καλλίστη πόλι πασῶν, ὅσας Κλέων ἔφορᾷ,
ὡς εὐδαίμων πρότερόν τ' ἴσθα νῦν τε μᾶλλον ἔσει

— — —
ἔδει πρῶτον μὲν ὑπάρχειν πάντων ἰσηγορίαν

— — —
πῶς οὖν οὐκ ἂν τις ὁμιλῶν χεῖροι τοιαῦδε πόλει,
ἴν' ἔξεστιν πάνυ λεπτῷ κακῷ τε τὴν ἰδέαν — —.

Quam in titulo ponendo ironiam, humiliora ille quidem respiciens, Eubulus imitatur, qui uersibus ab Athenaeo XIV, 640 B (Mein. com. fr. III, 241) seruatis Athenarum urbis abundantiam ironice ita describit, ut bona et mala promiscue enumeret:

ἐν τῷ γὰρ αὐτῷ πάνθ' ἐμοῦ πωλήσεται
ἐν ταῖς Ἀθήναις· σῦκα κλιτῆρες βότρεις
γογγυλίδες ἄπιοι μῆλα μάρτυρες ῥόδα

1) κοπίδος et lescharum (frg. 164) admonet, poterat etiam frg. 162:

ἄρξει γὰρ αὐτοῖς διποδία . . . καλῶς

afferre, nam dipodium Laconicam esse saltationem Pollux IV, 101, quem Kockius non laudat, testatur.

μέσπιλα χόρια σχαδόνες ξρέβινθοι δίκαι
 πῦος περιιάτη μύρτα κληρωτήρια
 ἑάκινθος ἄρνες κλέψυδραι νόμοι γράφαι.

Inscripsit autem fabulam, qua hi uersns continebantur, Ὀλβία, Athenas nimirum significans quasi felicitatis sedem.

Iam traducti sumus ab ipsa aetate aurea ad auream uitam certo quodam loco positam. Quemnam Cratinus in Diuitiis frg. 164 significet locum, nescimus, hoc tantum sentimus Spartae similem esse uide p. 68. Orientis autem praecipue partibus beatam uitam tribuebant. Sic non solus Pherecrates in Persarum fragmento ab Athenaeo adlato Persidis imaginem fabulosam proponit; in Antiphanis Ocnomao siue Pelope homo aliquis Asiaticus tenuem Graecorum uictum cum maiorum suorum luxuria comparat (Mein. III p. 94):

τί δ' ἂν Ἑλληγες μικρογράπεζοι
 φυλλοτρῶγες δράσειαν; ὅπου
 τέτταρα λήψει κρέα μικρ' ὄβολου.
 παρὰ δ' ἡμετέροις προγόνοισιν ὄλους
 βούς ὤπτων σὺς ἑλάφους ἄρνας,
 τὸ τελευταῖον δ' ὁ μάγειρος ὄλον
 τέρας ὀπτήσας μεγάλῳ βασιλεῖ
 θερμῖν παρέθιξε κάμηλον,

ubi μεγάλου βασιλέως u. 7 commemoratio ostendit Persas significari. Totas autem, si non camelos, at boues a rege Persarum sibi appositas esse legati Athenienses apud Aristophanem Ach. 85 mentinuntur. In eiusdem Antiphanis Boeotia frg. 1 malorum, quae cum aureis Hesperidum malis comparantur, eo confirmatur praestantia, quod semen eorum a Persarum rege Athenas missum sit. Et tam sollempnis luxuriae notionis cum Persarum nomine coniunctio fuit, ut Metagenes eo quasi appellatio uti posset, cum fabulam, qua Thurinos luxuriantes inducebat, Thuriopersas inscriberet. Diuitiis autem potissimum ingentibus hanc terram praestare fingebant; quamobrem Pherecrates in Persis flumina iuris et carniū ibi e Pluti fontibus orientia facit, et Aristophanes Ach. 82 in hac terra montes aureos ponit, ubi rex per octo menses uentrem exonerauerit.

Luciaus denique dial. mort. II, quo Menippum diuitiarum uanitate castigantem inducit, tres Asiae reges Midam Sardauapallum Croesum ei illudendos dat, Persarum uero regem quasi summum specimeu diuitis hominis illos reges etiam superantem in Timone p. 154 ponit: 'ὦ Μίδα καὶ Κροῖσε καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα ὡς οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς Τιμῶνα καὶ τοῦ Τιμῶνος πλούτου, ᾧ γε οὐδὲ ὁ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἴσος'.

Sed cum Asiae miracula rumoribus tantum procul adlatis innotescerent, qui ipsi felicitatis fabulosae participes uellent fieri, eos comici in **Orcum descendentes** faciebant. Viuorum ad inferos descensu ponendo praeierat Homerus, cum Ulixem illuc mitteret. Hoc primum ad inferos iter Achacus tragicus in Aethouae satyrico oculis proposuit, qua in fabula satyros ipsos, Ulixem nimirum comitantes, ad inferos descendisse ex uersu 'χαῖρ' ὦ Χάρων, χαῖρ' ὦ Χάρων, χαῖρ' ὦ Χάρων' (frg. 11 N.) apparet, quem satyros pronuntiasse schol. Ar. Ran. 184 traditur¹⁾. Diuersae autem causae fuerunt, cur iter illuc susciperetur. Bacchus in Aristophanis Ranis descendit, ut e tragicis unum ad superos reduceret; idem poetarum mortuorum desiderium in Aristophanis Gerytade in causa fuisse uidetur, ut poetae tragici comici cyclici deliberatione facta legatos in Orcum mitterent, de qua legatione frg. 149. 50 refertur; et si re uera in Phrynichi Musis frg. 32:

ἰδοῦ, δέχου τὴν ψῆφον· ὁ καδίσκος δέ σοι
ὁ μὲν ἀπολύων οὗτος, ὁ δ' ἀπολλὺς ὀδί,

ut Meinekius et Bergkii suspicantur, ad certamen iuter Sophoclem et Euripidem institutum pertinet, hoc certamen necesse est in Orco factum esse, cum in eadem fabula frg. 31 Sophocles ut mortuus laudetur. Quae suspicio eo confirmatur, quod Phrynichi Musae una cum Aristophanis Ranis prodierunt, similis autem argumenti fabulis saepe comici concertabant; uelut una cum Nubibus Connus Ampisiae acta est, qua fabula chorus *φροντιστῶν* inducebatur et Socrates illudebatur.

1) Aliam explicationem, sed uix probabilem, uide apud Urlichs. in Phil. uol. I p. 559 sq.

Altera autem causa, cur descenderetur, maxima edendi bibendique commoditas fuit. Pherecrates in Metallicis frg. 108 eisdem deliciis epularibus, quas in Persis ipse Persarum terrae et in Amphictyonibus Teleclides uetustissimi temporis uitae tribuit (quapropter Athenaeus hunc quoque locum inter ἀρχαίου βίου exempla affert), Orcum instruit et feminam (u. 20) inducit, quae illinc reuersa tam iucundam rerum inferarum imaginem uerbis depingit, ut amica statim ipsa quoque in Tartarum desilire cupiat. Item in Aristophontis Pythagorista frg. 4 (III p. 362 M.) aliquis ex Orco reuersus de inferorum epulis rettulisse dicitur:

ἔφη δὲ καταβάς εἰς διαίταν τῶν κάτω
 ἰδεῖν ἐκάστους, διαφέρειν δὲ πάμπαν
 τοὺς Πυθαγοριστὰς τῶν νεκρῶν· μόνοισι γὰρ
 τούτοισι τὸν Πλούτωνα συσσιτεῖν ἔφη
 δι' εὐσέβειαν, —

dineras igitur epulantium cateruas uidebat, cum quarum una Pluto ipse erat. Simillima autem apud Eubulum de symposio aliquo narrantur:

— ἔτεροι δὲ θεοῖσι συμπεπλεγμένοι
 μετὰ Καράβου σύνεισιν, ὃς μόνος βροτῶν
 δύναται καταπιεῖν ἐκ ζεόντων λοπαδίων
 ἄθροος τεμαχίτας, ὥστ' ἐνεῖναι μηδὲ ἔν.

Quod cum ex fabula Ἀνασωζόμενοι inscripta hi uersus petiti sint (III p. 207 M.), non dubito quin haec quoque homines uel ex Orco uel ab insulis beatorum reuersi rettulerint; nonne enim plane auream Hesiodi uitam illic degunt?

Ξυναὶ γὰρ τότε δαῖτες ἔσαν, ξυνοὶ δὲ θύωκοι

ἀθανάτοισι θεοῖσι καταθνητοῖς τ' ἀνθρώποις (frg. 187 H.).

Hoc uno illi dei a Plutone dissentiunt, quod Carabi uoracitati coram adsunt, cum Pluto solos Pythagoreos, qui etiam post mortem

ἔσθίουσι

λάχανά τε καὶ πίνουσιν ἐπὶ τούτοις ὕδωρ (l. l. u. 7),

dignos habeat, quibuscum epuletur.

Descendere uero aliquem, ut ipse Orci cibus frueretur, Pherecrates in Crapatalis finxisse uidetur. Quod uel ipso titulo

einsque apud Pollucem explicatione ueri simile est. Nam Pollux IX, 83 refert: *λέγει δὲ τὸν μὲν κραπατάλον εἶναι ἐν ἄιδου δραχμῖν, ἔχειν δ' αὐτὸν ὀκτιῶ ψωθίας, τὴν δὲ ψωθίαν εἶναι τριώβολον καὶ δύνασθαι ὀκτιῶ κικκάβους*. Ad haec nummorum nomina Hesychii locos: *κραπάταλος, παρὰ πολλοῖς ὁ μωρός* et *ψωθιον, τὸ ἐποκάτω τοῦ ἄρτου* iam Meinekii hist. crit. p. 85 affert, *κίκαβος* autem a cicco ductum cum Plautino 'non ciccum' pro 'ne minimum quidem' comparandum est. Nihil igitur titulus significat nisi summam in Orco rerum omnium pretii uilitatem. At uero iter illuc ut suscipiat, aliquis frg. 81 admonetur:

*λίψει δ' ἐν Αἰδου † κραπάταλον τριωβόλου
καὶ ψωθία,*

et re uera eum in Orco nisum esse frg. 91 et 94 probatur. Quid autem potissimum cum commouerit, ex frg. 82 perspicitur, ubi cum grauitate quadam profitetur se ad boum carnes profecturum esse:

*μάχαιραν ἄρ' ἐνέθιγας; Οὔ. Τί μ' εἴργασαι;
ἀμάχαιρος ἐπὶ βόεια νοστήσω κρέα
ἀνὴρ γέρων ἀνόδοτος.*

Dubitatum est a Meinekio, num recte Pollux diceret Crapatalorum hoc fragmentum esse, cum extrema tria uerba *ἀνὴρ γέρων ἀνόδοτος* in Bekkeri anecdotis (406, 1) ut ex Corianno Pherecratis petita laudarentur. Sed ut concedamus Meinekio eiusmodi errorem Polluci tribui posse, quonam fundamento nixus negabit aliquis Bekkeri grammaticum errare potuisse, cum fere nusquam habeamus, quo huius testimoniorum fidem examinemus? Nam, ut exemplum afferam, Cratinum 31 locis laudat, quorum 23 testimonium eius solum exstat, 7, quae affert, nna cum Suida exhibet, sed cum semper fere ad uerbum congruant, Suidas et grammaticus ille omnino pro duplici fonte non sunt habendi; uno tantum loco Zonaræ testimonio adnotatio eius confirmatur, at uero Zonaras ex eisdem plerumque cum Suida fontibus hausit, itaque huc quoque pertinent, quae de Suidae cum grammatico consensu diximus. Ex Aristophanis fabulis, quae ad nos peruenerunt, unum tantum locum

adlato fabulae titulo laudat p. 444, 24, ut ex hoc testimonio, quamuis recto, de uniuersa fide eius iudicium non possimus sumere. Potest igitur Bekkeri grammaticus uel auctor eius saepe et uehementer in titulis fabularum afferendis errasse, nos nescimus. Ac ne necessarium quidem est statuere alterum utrum errasse et ad eundem locum utramque adnotationem pertinere. Nam si modo Pherecrates uocabulo *ἀνόδοτος* usus est, haec tria uerba coniuncta *ἀνὴρ γέρον ἀνόδοτος* nihil tam singulare continent, ut non possimus cogitare ea plus semel a Pherecrate adhibita esse. In cuiusmodi repetitione eo minus offendemus, quoniam mediae comoediae poetae magnum uersuum numerum in binis comoediis ponere non dubitabant, quod u. gr. Alexidem quinque senariis fecisse Athenaeus l. VIII, 340 C testatur, Antiphanem quattuordecim uersibus idem III, 104 A, Ephippum etiam uiginti uno VIII, 347 B. Quod autem grammaticus ille nnum locum Coriannus laudat, minime contendit solum esse eiusmodi locum. Nam plenam exemplorum copiam non affectasse grammaticum unum exemplum doceat. BA. 370, 19 laudatur uocabulum *ἀκαλήφρη* pro *κνίδη* positum duobus locis adlatis ex Aristophanis Phoenissis (frg. 560) et ex Pherecratis Automolis (frg. 24). Si plenus esse uoluisset, Eupolidem, quem p. 475, 12 una cum Pherecrate commemorat, hic quoque debuit laudare, cum Athenaeus referat: *τὰς κνίδας ὁ Εὐπόλις ἐν Αἰτωλίῳ ἀκαλήφρας ὀνομάζει* (frg. 60), Autolycum autem Eupolidis huic grammatico ad manum fuisse doceat p. 447, 1 — frg. 63. Sine igitur Bekkeri potius grammaticum errare statuimus siue ad diuersos locos utrumque spectare, nulla re cogimur Pollucis fragmentum a Crapatalis alienum iudicare. Coriannus argumentum fuisse senis eiusque filii erga eandem meretricem amorem statuit Bergkii in comm. de rel. com. att. p. 299 et epulas quoque apud illam institutas esse fragmenta docent. Possit igitur cogitari senem utpote dentibus carentem, cum ad has epulas iret, suum secum cultrum tulisse. Sed non minus apte eadem uerba ad Crapatalos trahuntur, qua in fabula senex in itinere ad inferos parando curat, ut etiam culter inter ea sit, quae secum laturus

est. Neque enim — ne quis hoc obiciat — summae illius edeudi et bibeudi apud iuferos commoditatis cibus paratis os circumuolantibus, qualis in Pherecratis Metallicis depiugitur, iu hac fabula locus est, quoniam sic de emptione rerum, cuius praecipuas partes fuisse ipse titulus docet, cogitari uequit. Apte autem seuex ad fruendam illam felicitatem demittitur. Nam senes potissimum iu Diuitiis quoque Cratini fabuloso illo loco (frg. 164) respiciuntur:

*ἐν δὲ ταῖς λέσχαισι φύσσαι προσπεπαταλευμένοι
κατακρέμανται τοῖσι πρῆσβύταισιν ἀποδάκνειν ὀδᾶξ,*

et iu Cratetis Feris (frg. 14) is, cui reducendae uitae aureae condiciones propouuntur, non recte intellectis alterius uerbis statim de seuum commoditate timet:

*ἔπειτα δούλον οὐδὲ εἰς κεκίσει' οὐδὲ δούλην,
ἀλλ' αὐτὸς αἰτιῶ δῆτ' ἀνὴρ γέρον διακονήσει;*

Habemus igitur in Crapatalis exemplum itineris cibus fruendi causa iu Orcum suscepti. Dubito autem au inter eas, quarum fragmenta exstant, fabulas Crapatali non sint sola, in qua aliquis uiuus ad epulas iu Orco instituendas descendit. Neque enim eam suspicionem suppressere possum **Tagenistaram** quoque **Aristophanis** idem argumentum fuisse. Nam Athenaeus in media eorum, quae comici de uita beata finxerint, euumeratione VI, 269 E **Tagenistas** **Aristophanis** commemorat utpote qui similem locum contineat, quem quasi notissimum non exscripserit. Cuiusmodi locus fuerit, ex maxima ceterorum omnium, qui ibidem laudantur, locorum similitudine facile concludi potest. Erat descriptio mirae cuiusdam et fabulosae ciborum potorumque abundantiae, ad quam fruendam ne minimo quidem labore opus esset. *Ταγηνισταί* autem ei sunt, qui epulis lautissimis delectantur, ut uerbum *ταγηνίζειν*, cum proprie significet 'iu sartagine frigere' (scil. pisces), latiore sensu pro 'luxuose uiuere' iam ab Eupolide frg. 351 *λακωνισμῶ* i. e. 'tenui uitae' opponitur. Et re uera epulas ipsas in scaena propositas fuisse magnasque carnm partes fuisse iu hac fabula ex magno fragmentorum unmero ad has pertinentium (496—98. 499? 502. 3. 6. 7. 11) colligas. Bergkiius, cum

commentationes de rel. com. att. scriberet, Saturnaliorum licentiam credidisse uidetur hac fabula oculis propositam esse, cum in hoc libro (p. 194) uersus comicos a Plutarcho sine poetae nomine adlatos (com. anou. frg. 305 M.), quibus serui Saturnalia ageutes describuntur, ex Aristophanis Tagenistis petitos esse censeret, causa sententiae suae non adlata. Sed Bergkii solo uersu frg. 491, 3:

ἔδωμεν εἰς τὸν δεσπότην ἐγκώμιον

ad hanc opinionem adductus esse uidetur. Adnotat enim (in Mein. ed.): 'facile aliquis coniciat, seruos potius choreutas fuisse'. Et per se bene poterat ad Saturnalia Saturnii acui memoria annecti, ut ad hanc felicitatis descriptio, quam Athenaeus uouit, pertineat, praesertim cum Athenaeus l. l. tales locos se allaturum esse profiteatur, quibus demonstretur aurea aetate seruorum usum non fuisse; hoc autem praecipue festis Saturnaliorum diebus reuocabatur (cf. Bergk. de rel. com. att. p. 193). At uero alteri interpretationi, quam Bergkii non nimis certo ore proponit, 'illos adlatos iuuenem dinitem tamquam seruos cum uideri coluisse' nihil obstat. Nam exemplum uocabuli 'δεσπότης' ab adlatore erga eum, quem colit, adhibiti Luciani diligentissimus Aristophanis imitator praebet, cum in Timoe p. 161 Philiadem *κολάκων ἀπάντων βδελυρώτατον* Timonem alloquentem facit: 'χαῖρε ὦ δεσπότη'!). *Κόλακες* igitur Tagenistae fuisse uidentur periude atque Eupolidis *κόλακες*, quos ille frg. 173 *ταγγυνοκνισοθήρας* appellat, et ad colaces bene quadrat frg. 491:

τί οὐν ποιῶμεν; χλανίδ' ἐχρῆν λευκὴν λαβεῖν.

εἰτ' Ἰσθμιακοὺς λαβόντες ὥσπερ οἱ χοροὶ

ἔδωμεν εἰς τὸν δεσπότην ἐγκώμιον.

Nam usitatum parasitorum uestitum ad festas actiones non fuisse aptum, sed albis uestibus, quae hic quoque desiderantur, tali occasione opus fuisse ex Pollucis loco IV, 119 apparet: *ἰσθῆτι ἐχρῶντο* (sc. in comoedia) . . . *οἱ παράσιτοι μελαινη ἢ φαῖα, πλὴν ἐν Σικωνίῳ λευκῇ, ὅτε μέλλει γαμεῖν ὁ παράσιτος*

1) Cf. etiam Ribbeck. 'Kolax' p. 100 (comm. soc. lit. Lips. 1893).

(cf. Ribb. p. 13). De seruis igitur Saturnalia agentibus cogitandum non est.

Sed ubinam parasiti illi cenauerunt? Frg. 488:

*καὶ μὴν πόθεν Πλούτων γ' ἂν ὀνομάζετο,
εἰ μὴ τὰ βέλτιστ' ἔλαχεν; ἔν δέ σοι φράσω,
ὅσῳ τὰ κάτω κρείττω' σὶν ὢν ὁ Ζεὺς ἔχει·
ὅταν γὰρ ἰσῆς, τοῦ ταλάντου τὸ ἔεπον
κάτω βαδίξει, τὸ δὲ κενὸν πρὸς τὸν Δία.*

*οὐδὲ γὰρ ἂν ἀποθανόντες ἐστειφανόμενοι
προὔκειμεθ' οὐδὲ βακκάρει κεχρημένοι
εἰ μὴ καταβάνας εὐθὺς πίνειν ἔδει.
διὰ ταῦτα γὰρ τοὶ καὶ καλοῦνται μακάριοι.
πᾶς γὰρ λέγει τις· ὁ μακαρὴς οἴχεται,
κατέδαρθεν· εὐδαίμων ὅσ' οὐκ ἀνιάσεται.
καὶ θύομεν † αἰτοῖσι τοῖς ἐναγίσμασιν
ὥσπερ θεοῖσι καὶ χοῆς γε χέομενοι
αἰτούμεθ' αὐτοῖς δεῦρ' ἀεῖναι τὰγαθά*

aliquis diserte alteri persuadere studet inferas regiones praestare superis. Neque enim hoc illo loco agitur, ut demonstretur mortem uitae esse praeferendam, quamquam Stobaei liber, ubi exstat, *σῆγκρισις ζωῆς καὶ θανάτου* iuscriptus est, sed mortuorum condicio ad firmandam sententiam magis uiuersam prioris fragmenti partis affertur. Quid uero existimamus causae esse, cur aliquis alii tanta industria demonstret inferorum uitam superis feliciorē esse? An ut illi mortis timorem adimat uel snadeat, ut ipse sibi manus inferat? Hoc si uoluisset, argumenta a mortuorum condicione sumpta non postposuisset eis, quae mortis commemorationem non continent. Neque autem tenor uerborum permittit, ut ex otiosa res inferas cum superis comparantium disputatione sumpta esse putemus, sed is, qui loquitur, alterius uoluntatem ad certam aliquam rem faciendam incitare studet, ut qui diuersissima argumenta neglecto ordine cum intentione quadam cumulet. Quid restat nisi ut credamus suaderi alicui, ut uiuus in Orcum descendat eiusque deliciis fruatur? Omnia enim, quae de mor-

tuis afferuntur, nihil probant nisi deliciis plenam in Orco uitam esse, et quod extremis uerbis sacrificia commemorantur, quae mortuis quasi deis fiunt, et preces, quibus petatur ab eis, ut bona in terram mittant, non ad honorem, quo fruuntur, laudandum adiuncta sunt, sed ut demonstretur deorum uitam illic secundum hominum opinionem agi et bonorum omnium abundantiam adesse. Quam eum aliam ob causam hoc potissimum efferi credamus, quod *τάγαθά* ab eis postulatur, nisi ut probetur eos uiuere *ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς*?

Ac re uera descensum esse ad inferos et partem fabulae in Orco actam esse probatur fragmentis 500 et 501. Scholiasta enim ad Ar. Ran. u. 293, ut demonstret Empusae nomine interdum Hecatam significari, affert hos uersus ex Tageuistis:

χθονία θ' Ἐκάτη

σπειρας ὄφρων ἐλελιζομένη,

et adicit: *εἶτα ἐπιφέρει· τί καλεῖς τὴν Ἐμπούσαν*; Quae uerba simplicissime sic interpretari licet, ut statnamus aliquem Hecatae mentionem uerbis adlatis fecisse, alterum autem moleste ferre, quod ille nomen timeudae deae proloquatur, sed in uituperando illo pro Hecata Empusae nomen adhibere, quasi Empusa nomen tantum aliud eius deae esset, quae proprie Hecata uocatur (sic enim intellegenda sunt uerba scholiastae, quae locum laudatum antecedunt: *ἔτιοι δὲ τὴν αὐτὴν τῆ Ἐκάτη* scil. *τὴν Ἐμπούσαν*, quae in lemmate est). Quocum optime consentit Hesychii locus, quem Fritzschi in commentario ad Ar. Rau. p. 162 laudat: *Ἐμπούσα· . . . Ἀριστοφάνης δὲ τὴν Ἐκάτην ἔφη Ἐμπούσαν*. Ex his apparet Bergkii coniecturam: *τί καλεῖς Ἐκάτην τὴν Ἐμπούσαν*; qua sumitur uituperari alterum interlocutorem propter uomen falso adhibitum, non modo superfluum, sed ue rectam quidem esse. Nam 1) Bergkii sumit eam, quae Empusa sit, falso ab illo Hecatae nomine appellari, cum contrarium appareat ex Hesychio (cf. Fritzschi. p. 163) 2) omnino de uominibus falso adhibitis in illo colloquio non disputatur, nam tunc scholiasta ipsam illam uituperationem commemorasset, cum re uera uerba eius ita instituta sint, ut docere nos uideatur, quomodo ex comparatione duo-

rum, quos affert, locorum appareat ab Aristophane haec nomina promiscue nsurpata esse. Neque Hesychius diceret ab Aristophane Hecatam Empusam appellari, si ipse Aristophanes huius usus reprehensionem indixisset. Mutatione igitur si abstinemus, haec uerba: *τί καλεῖς τὴν Ἐμπουσαν;* manifestum est dici ab homine mctuente, ne Empusa nominis sui appellationi oboediat, eo scilicet loco, ubi tale aliquid fieri poterat. Qui nero eiusmodi locus aptior se praebet Orco, quo loco Bacchum quoque in Ranis (u. 285 sq.) eiusdem nminis timore agitari uidemus?

Ut incertiora adinngamus, si frg. 493:

ἰρείδετον, κάγω κατόπιν σφῶν ἔψομαι

in longo et pericnoso ad inferos itinere a cautiore aliquo dici credimus, qui ceteros a tergo sequi malit, simillimam imaginem Lucianus in Menippo p. 471 praebet: *ἐπεὶ δὲ ἦμεν ἐν τῷ σκότῳ, προήει μὲν ὁ Μιθροβαρζάνης, εἰπόμεν δὲ ἐγὼ κατόπιν ἐχόμενος αὐτοῦ,* quae narrat homo in Orcum profectus. Et ut iam uidimus in Aristophontis Pythagorista et in Enbuli Anasozomenis de beatorum cenantium cateruis referri, fortasse frg. 492:

τί πρὸς τὰ Λυδῶν δεῖπνα καὶ τὰ Θετταλῶν;

τὰ Θετταλικά μὲν πολὺ κατανικώτερα,

non tam otioso de rebus procul remotis colloquio debetur, quam uiuo populorum segregatim epulantium aspectui, qui Tagenistis in Orco sese praebat. Distinctas quidem in Orco animas Eucrates quoque in Luciani Philopseude p. 51 nidit atque ibi quidem, Homericam locutione usurpata, *κατὰ φῦλα καὶ γρήτρης.*

In Achaei Aethone apud inferos cenatum esse Urlichsius Phil. nol. I, 561 credit et si recte Wilamowitzius Enpolidis in Taxiarchos post Phormionis mortem actam esse statuit, Phormionis cum Baccho prandium frg. 250 eodem delegandum est. Quid Nicophontis ἐξ Ἰλίου ἀνιών ibi uoluerit, nescimus. De uiuorum ad inferos descensu Amipsiac quoque fragmento inc. 23 agitur:

*εἰ μὴ θανοῦσιν ἔστι τις τιμὴ κάτω,
καταβῶμεν.*

Quo loco non uideo cur Meinekius 'μή' in 'μέν' mutauerit. Nam ei, qui descendendi ipsi consilium capiunt, non sunt *θανόντες*, sed *μη θανόντες*. Neque per se necessarium erat, si mortuis illic honores fierent, etiam uiuos aduenas eorum participes fieri. Nam ad insulas quidem beatorum si qui ante mortem deuenirent, non sine difficultate eis easdem cum beatis delicias concessas esse ex eis, quae nautae apud Lucianum (uer. hist. II p. 109) de suo in *Μακάρων νήσω* aduentu referunt, uidemus. *Ἐνετυγχάνομεν* narrant illi *τοῖς φρουροῖς καὶ περιπόλοις, οἱ δὲ δῆσαντες ἡμᾶς ῥοδίνοις στεφάνοις . . . ἀνήγον ὡς τὸν ἄρχοντα*. Iudicium ibi fit de compluribus, *τέταρτοι δὲ ἡμεῖς προσήχθημεν* καὶ ὁ μὲν (sc. *Ραδάμανθους*) *ἤρето τί παθόντες ἔτι ζῶντες ἱεροῦ χωρίου ἐπιβαίημεν* ἡμεῖς δὲ πάντα *ἔξῃς διηγησάμεθα. οὗτος δὲ μεταστησάμενος ἡμᾶς ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐσκέπτετο καὶ τοῖς συνέδροις ἐκοινοῦτο περὶ ἡμῶν*. Denique eis sententia aperitur: *τῆς μὲν φιλοπραγμοσύνης καὶ τῆς ἀποδημίας, ἐπειδὴν ἀποθάνωμεν, δοῦναι τὰς εὐθύνας, τὸ δὲ νῦν φητὸν χρόνον μείναντας ἐν τῇ νήσῳ καὶ συνδιαιτηθέντας τοῖς ἥρωσιν ἀπελθεῖν*. Neque autem eo nefas eorum constitisse, quod, cum homines essent, heroum sedem adirent, uel ipsa Rhadamanthi interrogatio: *τί παθόντες ἔτι ζῶντες . . . ἐπιβαῖεν* ostendit, praeterea ex beatorum enumeratione elucet, ubi Diogenes quoque cum Laide afferuntur, quae nomina sane non permittunt, ut heroas artiore sensu intellegamus, quam homines mortuos beatitudine donatos.

Orci summis deliciis abundantis imaginem, quam comici tantopere excoluerunt, alibi quoque deprehendimus. Lucilii uerba (XXIX, 87 M.):

et circumuolitant ficedulae . . . turdi
curati os

ex eiusmodi comicorum locis expressa esse F. Marx in studiis Lucilianis p. 46 probat, ubi uerba Lucilii sic constituit, ut exscriptissimus. Et imago comica fluminum inferorum potum suauissimum sponte praebentium (Pherecr. Metall. 108, 3; Pers. 130, 3) Dioscoridae (anth. Pal. VII, 31) obuersata est, cum Anacreontem mortuum his notis prosequeretur:

αὐτόματοί τοι χρῆναι ἀναβλύζοιεν ἀρκήτου
 κῆκ μακάρων προχοαὶ νέκταρος ἀμβροσίου.
 αὐτόματοι δὲ φέροισιν Ἴον, τὸ φιλέσπερον ἄνθος,
 κῆποι καὶ μαλακῇ μύρτα τρέφοιτο δρόσφ.
 ὄφρα καὶ ἐν Διῶς οἰνωμένος ἄβρὰ χορεύσῃς,
 βεβληκῶς χερσέην χεῖρας ἐπ' Εὐρυπύλῃν.

Et Socrates ad inferos tamquam ad conuiuium descendisse fingitur VII, 96:

Πινέ νυν ἐν Διὸς ὄν, ὦ Σώκρατες.

An uero animi tantum causa comici iu depingendis Orci deliciis uersati sunt? Credo, ut supra probauimus Cratetem, cum homines aureos cum feris paciscentes induceret, Pythagoreorum praecepta illuisse, sic iu hac quoque re Orphicos uel Pythagoreos (iam antiquitus confusos, uelut ab Herodoto II, 81 cf. Lob. Agl. 247), qui huius uitae abstinentiae praemia maximam apud inferos luxuriam sperabant, interdum carpi. Hoc suadet Platonis locus rep. II, 363 C a Lobeckio Agl. 806 laudatus, ubi Musaeus et Eumolpus — Plutarchus comp. Cim. et Luc. 1 haec de Orphicis dicta esse tradit — uituperantur, quia iustos post mortem ἐς ζῆδον ἀγαγόντες τῷ λόγῳ καὶ κατακλίναντες καὶ ξυμπόσιον τῶν ὀσίων κατασκευασαυτες ἐστεφανωμένους ποιοῦσι τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη διάγειν μεθύοντας, quibuscum conferas Aristophontis Pythagoristam II, 362:

*‘διαφέρειν δὲ πάμπολυ
 τοὺς Πυθαγοριστὰς τῶν νεκρῶν· μόνοισι γὰρ
 τοῦτοισι τὸν Πλούτωνα συσσιτεῖν ἔφη,
 δι’ εὐσέβειαν’*

et Aristophanis Tagenistas frg. 485, 6 sq.:

*οὐδὲ γὰρ ἂν ἀποθανόντες ἐστεφανωμένοι
 προῦκίμεθ’ οὐδὲ βακκάρει κεχρημένοι,
 εἰ μὴ καταβάντας εὐθέως πίνειν ἔδει.*

CONSPECTUS OPERIS.

	Pagina
Homerus aureae uitae colores praebens	3
Hesiodus	6
amplior olim Hesiodus	6
de aetatum eius ordinis inaequalitate	8
de aetatum numero apud uarios scriptores	8
de aetatum apud Hesiodum ordine contaminato	10
de diuersarum de prisca aetate opinionum contaminatione	12
carnium abstinentiam Hesiodo ignotam Pythagoreis deberi	13
Empedocles cur Veneri aureae aetatis regnum tribuerit	15
excursus de uoce <i>χρυσούς</i>	15
Plato a Pythagoreis pendens	19
de Cratetis Feris	20
Academici Pythagoreorum praecepta secuti	21
Theophrastus	21
Porphyrius de Theophrasti sententia fraudulenter testatus, sed parum astute	22
Theophrastus Hesiodi interpres	24
<i>ἀλληλογαγία</i>	25
Excursus de Ouidii met. XV, 75—478	26
Pythagorae orationem nouorum, qui dicuntur, Pythagoreorum disciplinae deberi ostenditur comparatis u. 75—175 cum Sotionis doctrina	28
u. 176—243 cum Alexandri Polyhistoris et Pseudocelli sententia	32
u. 252—360 cum Plinii, quos de mirabilibus habet, locis	36
u. 96—142 cum Plutarchi aliorumque locis	42
Stoicorum de prisca aetate sententia	43
Tacitus et Trogus ad Stoicos se applicantes	43
de Dicaearcho Porphyrius iterum testis parum ingenuus	45
Aratus Hesiodi imitator	47
Iustitiae persona	47 (84)
prisca aetas agrum colens	49
Aratus Pythagoreorum sectator	51

	Pagina
Theognis	52
poetae Alexandrini nouos colores inducentes	52
castitas	53
amorum felicitas	54
nauigationis absentia	55
agri cultura	55
tenuis uictus	56
bonorum communitio	56
Tragici contrariam de prisca aetate sententiam tuentes	57
fabula satyrica	58
Comici. seruorum absentia et <i>βίος αὐτόματος</i>	59
priscae uitae cum Orco et Elysiis similitudo	62
Pluto aureae aetatis auctor	62
quo tempore comici auream uitam finxerint	64
quibus locis eam posuerint	69
itineria in Orcum suscepta	70, 78
Pherecratis Crapatali	71
Aristophanis Tagenistae	74
Amipsiae frg. inc. 23	78
comica Orci imago apud posteriores	79
comici Pythagoreorum illusores	80

I N D E X.

Abii 3.	Aratus (phaen. 96 sq.) 9. 10. 47 sq. 55.
Academici 21.	(phaen. 131 sq.) 13. 51.
Accius (Med. frg. 7) 55.	Aristophanes (Ach. 82) 69. (Geryt.) 70.
Achaeus (Aethon) 70. 78.	(Ran.) 63. 70. (Plut.) 55. (Tagen.)
Aeschylus (frg. 190) 3. (Aetn. frg. 11.	62. 74 sq. 80.
Prom. 447 sq.) 57. (Pers. 222. Choeph.	Aristophon (Pythag.) 71. 78. 80.
147). 62.	Aristoxenus 42.
Aesopicae fabulae 19.	Athenio 23.
Aetna (u. 16) 53.	Ausonius (ep. 16, 27 sq.) 10.
Alexander Polyh. 28. 34. 36.	Auilius 50. 56.
Amipsias (frg. inc. 23) 78 sq.	Babrius prooem. 8. 19. 45.
anthol. Pal. (5, 31) 16. (7, 31) 79.	Bassari 24.
(7, 96) 80. (7, 97) 49 adn. (7, 121)	Bio Borysth. 17 adn.
20. (8, 124) 18. 67.	Blaesus 59.
Antiphanes (Oenom.) 69. (Boeot.) 69.	Calpurnius (ecl. 1, 44) 48.
Apoll. Rhod. (4, 1638 sq.) 16.	Cassius Dio (71, 36. 72, 15) 10.

- Catullus (64, 397 sq.) 53. (68, 153 sq.) 48.
 Cicero (Aratea) 51. 56.
 consol. ad Liuian (343) 18. 53.
 Crates (Ferae) 20. 61. 65. 74.
 Cratinus (Chirones) 67. 68. (Dluitiae)
 62. 64 sq. 68. 69. 74. (Leges) 66. 67.
 Cratinus iun. (Gigantes) 65.
 Critias tragicus 57.
 Dicaearchus 45 sq. 50.
Δίκαρχος 4. 9. 47 sq. 84.
 Diodorus 44.
 Dionys. Hal. 45.
 eleg. in Maec. (21 sq.) 51.
 Empedocles (417 sq.) 15. 42. 43. 51.
 Ephorus 4.
 Eubulus (Anasoz.) 71. 78. (Olbia) 68.
 (Titanes) 65.
 Eudoxus 52.
Εὐδοξὸς 54.
 Eupolis (Xp. γ.) 61. 68. (Tax.) 78.
 Fabianus 39.
 Germanicus 50. 56.
 Grattius (cyneq. 1, 2 sq.) 23.
 Heraclitus 32. 34.
 Hesiodus (theog. 510 sq.) 7. (op. 48 sq.)
 7. (op. 90 sq.) 8. (92. 105) 5 adn.
 (108) 6. (109—120) 6 sq. (117) 5.
 (120) 4. (130) 7. (134—39) 24. (146)
 13. (172.) 4. (225 sq. 290) 48. (frg.
 187) 5. 6. (schol. op. 92) 12.
 Homerus (A 272. E 304) 3. (δ 85 sq.)
 4. (δ 567) 5. (ζ 43) 5. (η 119) 5.
 (η 201 sq.) 4. (ι 108 sq.) 6.
 Horatius (sat. 1, 3, 100) 12. (c. 4, 2,
 21 sq.) 17. (ep. 2, 2) 55. (ep. 16, 51 sq.)
 9. 55. 60. 62.
 Iosephus (arch. 1, 3, 9) 6. 46.
 Iuuenalis (sat. 6) 9. 10. 12. 47. 53. (13,
 28 sq.) 8.
 Lucianus (Saturn. 7 sq.) 16. 61. (ep.
 ad Sat. 1, 20) 6. 16. (uer. hist. 2, 109)
 79. (ib. 115) 49. (dial. mort. 2) 72.
 (Timon) 72. (Menippus. Philops.) 78.
 Lucilius (29, 87) 79.
 Lucretius (5, 925 sq.) 12.
 Lydia 54.
 Macrobbii 7.
 Manilius (1, 75 sq.) 23. 55.
 Max. Tyr. (diss. 36) 10. 60.
 Menander Heracl. 56.
 Metagenes (Thuriop.) 69.
 Moschion (frg. 7) 25. 57.
 Nemesis 47 sq. 84.
 Nicophon (ἐξ Ἀδ. ἀν.) 78.
 Nigidius 28. 40 sq.
 Ocellus q. f. 33. 34. 36.
 Octauia (392 sq.) 9. 52. (412 sq.) 55.
 Orpbici 14. 80.
 Orphica (argon. 1113 sq.) 7.
 Ouidius (a. a. 2, 277) 17. (am. 3, 8, 43)
 55. (a. a. 1, 475 sq.) 15. (a. a. 2,
 621 sq.) 54. (met. 1, 89 sq.) 9. 43.
 (met. 1, 94) 55. (1, 100) 50. (1, 106)
 12. (1, 107) 5. (1, 138 sq.) 58. (1, 150)
 9. (15, 96 sq.) 15. 22. 26—43. (fast. 1,
 359) 22. (5, 197) 5. (ex P. 1, 6, 29) 52.
 Palaephatus 16 adn.
 Pandorae fabula 54.
 Paradoxographi 38.
 Peripatetici 20. 42.
 Pherecrates (Crap.) 71 sq. (Metall.)
 59 adn. 65. 71. (Pers.) 60. 69.
 Phrynichus (Mus.) 70.
 Pindarus (frg. 143) 5 adn.
 Plato (leg. 678 E sq.) 4. 19. (713 C) 19.
 (782 C) 14. 19. (Polit. 271 sq.) 5. 6.
 19. 43. 54. 60. (Prot. 322 A sq.) 6.
 47 c. adn. (rep. 2, 363 c) 80.
 Plinius (2, 224 sq.) 37 sq.
 Plutarchus (soll. an. 6, 4) 20. 21. (7, 5)
 42. (quaest. conu. 8, 8) 21. (q. f. de
 nob. 20) 56.
 Pluto 62 sq.
 Polemo 21.
 Porphyrius 42. (de abst. II) 15. 21.
 (IV, 2) 45 sq.

Posidonius 12. 43 sq.	Stolci 20. 35. 42. 43 sq.
Prometheus 7. 57.	Tacitus (ann. 3, 26) 43 sq.
Propertius (3, 3, 52) 53. (3, 7, 31) 55. (4, 12, 25 sq.) 54. 55. (5, 7, 60) 62.	Talos 16.
Pythagoras 15. 18. 26 sq. 33. 42. 52.	Teleclides (Amph.) 60. 65. 66. 68. (Pryt.) 67.
Pythagorei 14. 18. 19 sq. 21. 51. 80.	Themis 48.
Quintus Smyrn. (5, 49) 49.	Theocritus (12, 15 sq.) 15. 54.
Saturnalia 75.	Theognis (1141) 48. 52.
Saturnus 59. 62. 66.	Theophrastus 9. 10. 14. 21 sq. 46.
Seneca (ep. 90, 5 sq.) 12. 43 sq. (108, 17 sq.) 21. 28 sq. (115, 13) 17. (Med. 309 sq.) 55. 58. (331) 50. 56. (Phaedr. 530) 55.	Thoës 24.
Sextius 21. 28. 41.	Tibullus (1, 3) 55. 56. 60. 62. (2, 3, 39. 71) 55.
Sex. Empir. 14. 20. 25.	Trogus 44.
Sibylla 9.	Venus 15.
or. Sibyllina (1, 69 sq.) 7. (1, 88) 4.	Vergilius (ecl. 4) 55. 58. 60. (ge. 1, 126 sq.) 4. 44. 55. 56. (2, 336 sq.) 5. (2, 537) 51. (aen. 7, 203) 13. 43. (8, 313 sq.) 10. 12. 13. 45.
Simonides (frg. 36) 11. (frg. 58) 49.	Virtus 48 sq.
Sophocles (Inach.) 58. 63.	Xenocrates 21.
Sotion 21. 28 sq. 41.	

Quod p. 47 diximus Dices in Nemesis Hesiodæ locum successisse, memoratu dignum est in ipsis Hesiodi versibus op. 197 sq. ceteroquin ad uerbum exscriptis pro Nemese *Εὐνομίην*, quæ fuit Dices soror (theog. 901), positam esse in titulo quodam ap. Kaibelium (epigr. gr. ex lap. coll.) nr. 1110.

DE FONTIBUS QUIBUS
ATHENAEUS
IN REBUS MUSICIS LYRICISQUE ENARRANDIS
USUS SIT

SCRIPSIT

CAROLUS ALBERTUS BAPP.

Lyricae Graecorum poeseos reliquiis et historiae quicunque operam nauarunt, quantum in his rebus debeatur Athenaei Deipnosophistis, probe sciunt. Neque vero ignorant iidem de fide eorum, quae ab hoc scriptore tradita sunt, iudicare adhuc quam sit lubricum. Quo maiores enim doctrinae copiae nobis e Nancratita redundant, eo magis dolemus, quod fontium eius disquisitio vixdum inchoata est. Quam etsi plurimis difficultatibus intricatam neque ita iucundam esse sciebam, magnopere tamen necessariam arbitratus ad muniendam qua innitentes tute progredere uiam suscepi prouinciam hanc fore sperans ut lyricis meis aliquando nouae lucis nonnihil inde affulgeret. Pro isto meo consilio ut par erat profectus sum ab eis capitibus, quibus continuo ac fuso sermone res ad musicam lyricamque artem pertinentes data opera tractantur.

CAPUT I.

De Aristocle.

In disputatione illa libro quarto inserta, qua describuntur instrumenta musica — IV p.174b sqq. —, inter Athenaei auctores primus obuius est legenti *Ἀριστοκλῆς* (*ἐν τῷ περὶ χορῶν*). Hic apud Athenaeum saepius laudatur de rebus musicis atque satis grauis locuplesque huius materiae scriptor uidetur fuisse. Nec tamen tenebrae, quibus hoc nomen olim sane haud ignobile temporum iniquitate uelatum est, adhuc sunt disturbatae neque exstat fragmentorum eius plena diligensque collectio; nam quae K. Müller FHG IV p. 329 sqq. dedit, parum

sufficiunt. Nobis quae eius sint in Deipnosophistis partes enucleandum est.

Ac primum quidem quid ex ipso Athenaeo de Aristocle possit sciri quaeramus. Atque unum eundemque semper esse Athenaei Aristoclem facile cernitur. Nam ubique de rebus musicis citatur, plerumque cum titulo *π. χορῶν*, semel *π. μουσικῆς*, semel sine titulo (I p. 22a), ubi quin ex opere *π. χορῶν* inscripto uerba sint petita, nulla dubitatio obtinet. Quod uero IV p. 140 b laudatur *Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ προτέρῳ τῆς Λακωνῶν πολιτείας*, certissima emendatione Schweighaeuser correxit *Νικοκλῆς* coll. p. 140 d, ubi Persaei et Dioscuridae testimonia antecedunt Nicoeli, ut supra Aristocli. Nec denique usquam Aristocles cognomine aut patriae significatione addita ab aliis eiusdem nominis scriptoribus apud Athenaeum distinguitur.

Iam quo tempore uixerit Aristocles uideamus. Proficiscendum est ab ipso illo loco I. IV p. 174 c, ubi Aristocles testis est de homine quodam, quem sub secundo Energete h. e. Ptolemaeo Physcone uixisse dicit. Regnauit Physco annis 145—117 a. C. Hinc suo iure Schweigh. et Mueller terminum petiuere, post quem scripserit Aristocles; nempe post a. 117 neque ita paulo post. At oboritur difficultas ex alio Athenaei loco; nam XIV p. 636 f laudatur *Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ πρὸς τὴν Ἀριστοκλέους ἐπιστολῇ ἀντιγραφῇ*; loquitur autem Apollodorus de instrumentis musicis, ita ut dubitari nequeat, quin epistola fuerit eiusdem Aristocli, qui alibi de hac materia Athenaei auctor est. Apollodorus autem, cum nihil nomini addatur, notissimus uidetur esse Atheniensis ille, qui *χροικὴν σύνταξιν* scripsit editam intra annos 144—138 a. C. (uide Schaeferi QK.). Idem *πολὴν χρόνον* (Scymn. perieg. 16) scholis usus est Aristarchi, qui moritur circa Ol. 159/60 (uide M. Schmidtium Philol. uol. VII p. 368). Potuit ergo fortasse senex Aristocli, etiamsi post a. 117 hic scripserit, respondere; sed propter temporum angustias non satis uerisimile est. De aliis autem Apollodoris non licet cogitare neque inuenitur inter eos qui aliqua probilitate in Atheniensis locum substituatur. Atque fulcitur nostra

sententia etiam eo quod e Didymo laudari p. 634 Apollodorum potest demonstrari. Huius enim esse libri XIV caput 40 infra probabitur. In praesens cf. Hesych. s. u. *παριαμβίδες*· *Ἀπολλόδωρος παρὰ τοὺς λάμβονς αὐτὰ φησι πεποιῆσθαι, ὡς οἱ κίθαρωδοὶ ᾄδουσιν*; quae ex Didymo fluxisse periti non negabunt.

Nihil igitur restat ad remouendam difficultatem nisi ut epistolam illam aliquanto ante opus *κ. χορῶν* inscriptum prodidisse sumamus. Sed quibus hoc non probatur, iis alia uia spero persuasum iri, ut Apollodorum intellegant Atheniensem. Eteum dubitatum est — idque iure opinor — num recte traditum esset apud Ath. IV, 174 c Ctesibium illum hydraulici inuentorem ab Aristocle memoratum uixisse *ἐπὶ τοῦ δευτέρου Εὐεργέτου*. Aduersatur enim huic loco alius: p. 497 d, ubi sub lemmate *‘PYTON (poculi genus) legitur: ‘Ἡδύλος δ’ ἐν ἐπιγράμματι περὶ τοῦ κατασκευασθέντος ὑπὸ Κτησιβίου τοῦ μηχανοποιῦ ἑνὸς μνημονεύων φησί*· sequitur epigramma quo *ἑντὸν* quoddam describitur in Arsinoes templo seruatum, *Κτησιβίου σοφὸν εὔρεμα*. Atque cum nou de inuentione huius uasorum generis sed de uuo quodam tali poculo arte eximia iusigni agatur, nihil sane certi de Ctesibii aetate sequitur inde quod paulo supra Ptolemaeus Philadelphus I talia uasa narratur facienda curauisse, ut in Arsinoes sacris adhiberentur; quamquam cum Ctesibii *ἑντὸν* in Arsinoes templo depositum fuerit, secundum illud Ptolemaei edictum hoc uas factum esse uerisimile est. Sed habemus certum terminum, autem quem uixerit Ctesibius: nempe autem Hedyllum poetam; qui fuit Callimachi aequalis (uide Schueid. Callim. II p. 43, Meinek. anal. crit. Ath. p. 226, Iacobsium iu Anthol. ad Callimachi et Hedyli epigrammata); Callimachus autem obiit sub Euergete I. Iam uero Ctesibium hunc epigrammatis *μηχανοποιῶν* quis diuersum esse sibi persuadeat ab illo hydraulici inuentore, qui IV, 174 c dicitur sub Euergete II. Alexandriae habitasse? His causis adductum puto Ricardum Volkmanum, ut pro traditis uerbis *ἐπὶ τοῦ δευτέρου Εὐεργέτου* postularet *ἐπὶ τοῦ πρώτου*. Cui assentitur E. Rohde (de Pollucis fontibus p. 42) unicum argu-

mentum afferens illam temporum difficultatem ex Apollodori testimonio oriundam, quam supra largius exposuimus.

Ergo nihil iam obstat quominus Aristoclem Atheniensis Apollodori fuisse aequalem credamus.

Haec sunt quae ex ipso Athenaeo discantur. Age nunc circumspiciamus eiusdem nominis auctores ab aliis scriptoribus commemoratos, num forte inter eos sit quem eundem esse atque eum de quo agimus agnoscamus. Enumerantur uarii Aristocles apud Muellerum FHG IV p. 329. Atque librorum quos scripserunt argumenta si spectas, unus tantum illius similis est: laudatur ab Ammonio s. u. *Ἐπικίδειος: Ἀριστοκλῆς ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς*. En simul de eadem re nide citatum Tryphonem, qui etiam apud Ath. IV, 174 post Aristoclem de hydraulio testis producitur¹⁾. Quid igitur? unum esse eundemque hominem si statuerimus, num audaciae crimen subibimus? Immo aliter facere uix possumus. Haec coniectura si uera est, Rhodium fuisse discimus Athenaci Aristoclem. Neque repugnat quod ex Ath. IV, 174 Alexandriae eum scripsisse fortasse recte colligunt — fortasse inquam, quia istud *ἐνταῦθα ἐν τῇ Ἀσπενδία* potest ex eius mente dictum esse, qui laudat Aristoclem.

Rhodii autem Aristocles etiam aliunde noti sunt. Quorum unus apud Strabonem XIV p. 655 in claris Rhodiorum uiris recensetur inter grammaticos additis uerbis *ὁ καθ' ἡμᾶς*; aequalis igitur est Strabonis neque potest idem esse atque Athenaei Aristocles Apollodori aequalis. Nam Apollodorum hic a Strabone somnolentum in modum describi neque credit quisquam neque demonstrabit. Ceterum de Ammoniani Aristoclis temporibus nihil scimus; nisi quod recentissimi Ammonii auctores Augusti et Tiberii aetate uixerunt (Valcken. praef. p. XXIII)²⁾. Neque uero est, cur Strabonis Aristoclem ab Am-

1) Cf. Schmidt. Did. 24 sq.

2) Aelium enim Dionysium ab Ammonio usurpatum esse mihi non probauit Freyer (in Stud. Lips. uol. V p. 369 sqq.); qui illud *οἱ παλαιοί*, quo nititur, iam a Didymo adhibitum esse ipse concedit. cf. Naber. prol. ad Phot. p. 78: 'Ammonius usus est Tryphone, eodem Aelius Dion. = Phot.'

moniano non diuersum esse sumamus. Nam non unum huius nominis Rhodinum fuisse sed plures uel inde conicias quod Strabo addit ὁ καθ' ἑμᾶς, ita ut a priore quodam Aristocle item Rhodio aequalem suum distinguere uideatur.

Rhodium est is quoque qui apud Erotiauum in praef. lex. Hippocr. p. 12 Frz. commemoratur: τῶν δὲ γραμματικῶν οὐκ ἔστιν ὅστις ἑλλόγιμος φανείη παρῆλθε τὸν ἄνδρα (i. e. Ἰπποκράτη). Καὶ γὰρ ὁ ἀναλεξάμενος αὐτὸν Εὐφορίων πᾶσαν ἐσπούδασε λέξιν ἐξηγήσασθαι διὰ βιβλίων ἔξ· ἔτι δὲ Ἀρισταρχος· περὶ ὧν γεγραφοῦσιν Ἀριστοκλῆς καὶ Ἀριστοτέας οἱ Ῥόδιοι. καὶ μετὰ πάντας Ἀντίγονος καὶ Δίδυμος οἱ Ἀλεξανδροῖς. — Verba ἔτι δὲ Ἀρισταρχος M. Schmidt Did. p. 24 transponenda suadet post illa uerba οἱ Ῥόδιοι, fortasse recte, ut de unius Euphorionis libris, non item de Aristarchi studiis Hippocrateis scripserit Aristocles. Sed ante Didymum certe — Chalcenterum uidelicet, nam non est, quo τὸν νεώτερον intellegere cogamur — scripsisse indicandus est propter uerba sequentia καὶ μετὰ πάντας κτλ. Hunc Athenaei Aristoclem esse puto. Commendatur hoc eo quod et apud Varronem de ling. lat. X, 74 p. 261 M Aristocles et Aristetas grammatici coniuncti apparent et apud Athenaeum Ἀριστέας quidam, qui π. ζιθαρωδῶν scripserit, laudatur XIV, 623 d in Aristoclis uicinitate; unde Erotiaui loco pro tradito Ἀριστοτέας, quod procul dubio corruptum est, optima ratione Ἀριστέας restituit M. Schmidt l. l. studiorum socios semper fuisse ratus Aristoclem et Aristeam (ceterum Varronis testimonio non allato).

Rhodius denique est rhetor ille Aristocles apud Dion. iud. de Dinarcho cap. 8; sed de hoc nihil licet conicere.

Grammaticos praeterea nouimus huius nominis complures: quos, cum nihil sciamus quod commune habeant cum auctore musico, omnino missos faciamus. Reliqui denique Aristocles aut incertae prorsus aut nimis alienae aetatis sunt ¹⁾. Neque quidquam potest statui de eis qui Ἰταλικά, π. Γιγάντων, Παράδοξα scripsere.

1) In horum, non illorum numero est A. Messenius: errat enim M. Schmidt l. l., cum ignotam esse eius aetatem dicit; cf. Zelleri HPhG III², 1 p. 785 sq.

Iam reputemus nobiscum quae assecuti simus. Hoc teendum est: nihil obstare quominus Ammonii Athenaei Erotiani Varronis Aristoclem unum eundemque esse scriptorem iudicemus; Ammonii certe Aristoclem ab Athenaei auctore diuersum esse uix posse credi.

Alia uia augere studuit Aristoclis reliquias Val. Rose in Aristotele pseudepigrapho p. 615 sqq. Qui compluribus locis pro Aristotelis nomine Aristoclis nomen reponendum esse contendit. Atque id quidem certum est: interdum librariorum culpa Aristoclis ut ignoti eis nomen iu Aristotelis notissimum abuisse (e. g. fr. 3 apud Muell., fr. 4. 5, Varro de l. lat. X, 10 p. 550). Vides igitur iusta ratione non carere Rosii conamen; sed cauendum erat, ne quid immerito Aristoteli abiudicaretur. Nobis Aristoclem sub Aristotelis nomine latere non licet credere nisi ubi aut additum est ὁ Ῥόδιος — nam Aristotelem Rhodium scriptorem non nouimus — aut tempora obstant, quominus philosophorum princeps intellegatur, aut argumentum loci uel libri titulus magis Aristocli quam Aristoteli conuenit.

Primum illud accidit in fr. 9 Rosii: Procl. in Tim. p. 27 a Schn. ὅτι γε μὴν τὰ Παναθηναία τοῖς Βενδιδαίοις εἴπετο, λέγουσιν οἱ ὑπομνηματισταὶ καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Ῥόδιος μαρτυρεῖ τὰ μὲν ἐν Πειραιεὶ Βενδίδεια ἢ εἰκάδι τοῦ Θαρρηλιῶνος ἐπιτελεῖσθαι, ἐπεσθαι δὲ τὰς περὶ τὴν Ἀθήνην ἑορτάς. Hic Rosii correctio certa uidetur. Quamquam quod apud eundem Procl. p. 7 (οὕτω γὰρ Ἀριστοκλῆς κατασκευάζει Θεατήτων εἶναι τὸν ἀπόντα — Πτολεμαῖος δ' ὁ Πλατωνικός Κλειτοφῶντα — Δερκυλλίδης δὲ Πλάτωνα —) Usener (M. Rh. XXVIII p. 433; cf. XXV p. 614) eundem Rhodium intellegit, quem statuit commentarium scripsisse in Platonem, nescio an rectius Mueller Aristoclem Messenium philosophum peripateticum significari iudicet, ut alter addito cognomine 'ὁ Ῥόδιος' ab eo secernatur. Sed utut hoc se habet: utrum Rhodius hic Aristocles is sit de quo agimus an alius, e. g. Strabouis grammaticus, non liquet.

Alterum cadit in fr. 13: Bekkeri Anecd. p. 451, 31 Ἀσίας ἢ κισθάρα (ἀπὸ Ἀσίον τινός [καὶ Ἀσία καὶ Ἀσιόνη] ἢ ἀπὸ

Ἀσίας τῆς μητρὸς Προμηθέως¹⁾). Δοῦριν δὲ Ἀριστοτέλης φησὶ λέγειν, ὅτι ἐκλήθη Ἀσία ἀπὸ τῶν χρωμένων Λεσβίων οἵτινες οἰκοῦσι πρὸς τῇ Ἀσίᾳ· οἱ δὲ ἀπὸ Τυρρήνου Λυδοῦ εὐρόντος πρώτου τὸ τρίγωνον ὄργανον· οἱ δὲ ἀπὸ Τερπάνδρου. Hic aut Δοῦρις δὲ Ἀριστοτέλῃ aut Δοῦριν δὲ Ἀριστοκλῆς legendum esse apparet (cf. Muell. ad Aristot. fr. 259). Scimus autem Aristoclem et de instrumentis musicis egisse et peripateticorum imbibisse doctrinam, maxime Aristoxeni, id quod ex Athenaeo cernitur. Quid quod ante Apollodori mentionem apud Ath. XIV, 636f, cuius εἰς τὴν Ἀριστοκλέους ἐπιστολὴν ἀντιγραφὴ laudatur, Duridis de eodem quod Apollodorus respicit organo testimonium affertur: Δοῦρις δ' ἐν τῷ περὶ τραγῳδίας ὠνομάσθαι φησὶ τὴν μάγαδιν ἀπὸ Μάγδιος Θρακῶς γένος. Nonne Durin hic quoque Aristocli deberi in promptu est suspicari? Contra parum uerisimile est glossae auctori Aristotelis sententiam ex Duride sublectam innotuisse, cum in ipsis Aristotelis libris sine dubio magis pateret rerum musicarum studiosis. — Ceterum de origine huius glossae quaerentibus accuratius quam a Rosio factum est partes eius distinguendae sunt, quas singulas per lexicographos aliosque auctores licet prosequi. Atque de priore quidem notae parte (usque ad u. Προμηθέως) bene uir doctus 'cithara, inquit, una commemorari solebat ab iis, qui Homericum illud Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Il. B 461 explicarent'. Iam uero quis addiderit sequentia, Didymusne an alii, dubitari potest. Fuisse in Didymi lexico comico ad Aristophanis uocem Ἀσιάς explicationem ampliorem ea quam nunc legimus in schol. Thesm. 121: Ἀσι'δα τὴν κιθάραν λέγει, satis ueri est simile. Sed cum in glossa usus Aristophanei nulla fiat mentio — fit apud Et. M. et Suid. — sumendum esset illam explicationem seruatum esse ex ipso Didymi ad Aristophanis locum commentario, auctorem autem Et. M. et Suidam sua e lexico comico accepisse. Quae uero insunt in altera glossae parte, neque apud auctorem Et. M. aut Suid. neque

1) Verba () inclusa uncis ad uocem Ἀσία pertinere cognouit Rose; cf. Et. M. s. u. Ἀσία et Steph. Byz. ib.

apud Hesychium comparent. Quare Didymo neque hanc neque illam partem ausim tribuere. At deest aliquid in glossa Segueriana quod suppleri mente debet: nam qui ἀπὸ Τυρράρον Ἀυδοῦ Ἀσιάδα nominatam aiebant, quo iure nomen sic explicarint, non dicitur. Sine dubio autem eo nitibantur illi, quod Ἀυδία olim Ἀσία erat uocata. Sic enim Schol. Ap. Rhod. II, 277: Ἀσιδος· τῆς Ἀυδίας λέγει· Ἀσία γὰρ πρότερον ἐκαλεῖτο ἢ Ἀυδία· καὶ Ὅμηρος· Ἀσίῳ ἐν λιμῶνι· καὶ ἡ κισθάρρα Ἀσιὰς λέγεται, ἐπεὶ ἐν Ἀυδίᾳ πρῶτον εὔρεθῆν. Hoc scholion Didymo deberi cum probabilitate per se conicias: huiusne igitur doctrina latet in glossa Bekkeri? At haec quoque explicatio discrepat ab Hesychio et Et. M. (Hesychium enim cum dicat ἐν Ἀσιᾷ, significare urbem, non Lydiam, coll. Et. M. et Steph. Byz. manifestum est). Et. M. 153, 29 Ἀσία — Ἀσιάδος κρούματα· τῆς κισθάρρας· οὕτως Ἀριστογάνης — Ἀσιᾶτις· ἢ τριχορδος κισθάρρα οὕτω καλεῖται· εἴρηται δὲ ὅτι ἐν Ἀσιᾷ τῆ πόλει τῆς Ἀυδίας κεκμένη ἐν Τρωίῳ πρῶτον εὔρεθῆν. καὶ τὰς γοῶδεις δὲ ῥῶδὰς ὑπὸ Νιόβης καὶ τῶν Ἀυδῶν γυναικῶν εὔρεθίσας εἰς Ἑλλήνας ἀχθῆναι κτλ. — Steph. B. s. u. Ἀσία· πόλις Ἀυδίας παρὰ τῷ Τρωίῳ, ἐν ἣ τριχορδος εὔρεθῆν κισθάρρα, διὸ καὶ (Ἀσιὰς)· Ἀσία ἢ ἠπειρος· οἱ μὲν ἀπὸ πόλεως Ἀυδίας, οἱ δὲ ἀπὸ Ἀσίου τοῦ Ἀυδοῦ ἢ ἐκ τῆς Ἱερομηθέως γυναικός. — Hesych. s. u. Ἀσιὰς· ἢ κισθάρρα διὰ τὸ ἐν Ἀσιᾷ εὔρεθῆναι.

Quare si quid in his Didymo tribuendum, in Et. M. (ex quo Suid.) et Steph. Byz., qui nescio an Herodianum receperint, et in Hesychio seruatum est, non in glossa Segueriana.

Iam uideamus quid praeterea de glossae auctoribus queat enucleari. Duridis sententiam paene ad uerbum repetit non allato auctoris nomine Plut. de mus. cap. 6, quod ex Heraclide Pontico haustum esse satis probauit Westphal. Ac memorabile est quod Plutarchus uel potius Heraclides eam opinionem, quam glossa Segueriana sub altero illo οἱ δὲ exhibet, accuratius pleniusque profert; quam uides cohaerere cum Duridis doctrina. Sunt enim uerba haec: ἐποιήθη δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῆς κισθάρρας πρῶτον κατὰ Κηπίωνα τὸν Τερπάνδρου μαθητὴν, ἐκλήθη δὲ Ἀσιὰς διὰ τὸ κερῆσθαι τοὺς Λισβίους αὐτῆ κισθαρωδοῖς πρὸς

τῆ Ἀσίᾳ κατοικοῦντας. Turbavit igitur glossae auctor sententiarum nexum. Iam data est optio, utrum Heraclidem a Duride descriptum an Aristotelem ab utroque sumamus. Heraclidem uero cum in conscribenda Terpaudridarum historia ipsum fontes primarios, inscriptiones dico, adiisse sciamus¹⁾ neque constet, num συναγωγὴν suam post Aristotelis scripta musica ediderit, nostro iure nobis uidemur Aristotelem ab hac quaestione omnino remouere. Ceterum quod Rose 'cum Duride' inquit 'et de Amphione citharodiae iuuentore consentiebat Heraclides', sane quae apud Plut. de mus. c. 3 (cf. Plin. VII, 59) et in Et. M. p. 513, 23 illic ex Heraclide hic e Duride narrantur, non pugnant inter se; sed Duris cum citharam dicit nominatam esse ἀπὸ τοῦ Κιθαρώου ὅτι Ἀμφίων ἐκείσε ἔμουσικεύετο, num citharodiae iuuentionem Amphioni tribuit? Quae uero apud Et. M. p. 153, 28 de Niobe leguntur, neque ad eandem rem spectant neque, si ita esset, Duridi ea adiudicare liceret; nam quae antecedunt de cithara Asiatica, auctori glossae Seg. nequeunt deberi, utpote quae prorsus diuersam sequatur doctrinam. Neque quod apud Plut. cap. 15 similia de Niobe narrantur eis quae Et. M. praebet, inde concludi potest Heraclidis esse hanc sententiam: immo Plutarchi illud caput non esse ex Heraclide haustum Westphal docuit p. 16. 25.

His omnibus perpensis Aristoclis nomen glossae restituere non dubito.

Tertium fragmentorum genus est, quorum argumenta magis Aristocli quam Aristoteli conuenire uideantur. Ex his, cum Athenaei Aristocli praeter libros *περὶ χορῶν*, *π. μουσικῆς*, *π. ποιητικῆς* nihil confidenter tribuere liceat, non curamus nunc nisi fragm. 11 et 12 Ros., quippe quibus solis de re musica agatur. Atque fragm. 12 cur Aristoteli eripiamus non uideo; nisi forte quem Rosii uniuersam rationem iuuat probare. Sunt Procli uerba apud Phot. p. 320, 30: τὸν ἀρξάμενον τοῦ διθυράμβου Ἀριστοτέλης Ἀρλιωνά φησιν εἶναι, ὃς πρῶτος τὸν κίκλιον ἤγαγε χορὸν. Idem tradit et Suidas, quem ex Aristotele

1) Vide Westpb. ad Plut. de mus. p. 72.

talia accepisse probabile reddidit Volkmann de Suid. biogr. quaest. sel. p. 12, et Dicaearchus Aristotelis discipulus. — Nec magis Rose mihi persuasit de fragm. 11: Schol. Bob. in Cic. p. Arch. ed. Or. uol. V, 2 p. 358 'primus uidetur elegiarum carmen scripsisse Callinos. adicit Aristoteles praeterea hoc genus poetas: Antimachum Colophonium Archilochum Parium Mimnermum Colophonium; quorum numero additur etiam Solon Atheniensis legum scriptor nobilissimus'. Cur desunt, quaero, Philetas Callimachusque? Hoc per se patet, si recte legitur Aristoteles; perquam mirum est, si Aristocles auctor sumitur; qui illos non magis certe omisisset quam Procl. apud Phot. p. 319 b, quem Didymi doctrinam referre constat. At Quintilianus (X, 1, 54) Aristarchum et Aristophanem neminem sui temporis in numerum redeigisse tradit. Scio, sed uide eundem paulo infra (X, 1, 58): '— elegiam, cuius princeps habetur Callimachus, secundas confessione plurimorum Philetas occupauit'. — Ceterum Photii et aliorum quos laudat Rose scriptorum locis id quod ille contendit Didymum esse scholii fontem non probatur sed refellitur.

Itaque praeter fr. 9 et 13 Aristocli quidquam ex Aristotelicis uindicare non ausim. Hactenus de Rosii commentis.

K. Mueller uero non substitit in unius Aristotelis nomine cum Aristoclis commutando uerum etiam apud Ath. p. I, 20 d pro *Ἀριστόνικος* reponi uult *Ἀριστοκλῆς*. Aristonicum sane, qui de saltatione scripserit, ignoramus neque nomen alibi apud Athenaeum occurrit; contra optime quae hic narratur conueniunt Aristocli. Quid quod uerba inde a *καὶ τῆς σατυρικῆς* usque ad *Κρῆς ἣν ὁ Σίκιννος* congruunt cum eis quae XIV, 630 b ex Aristoclis libro *περὶ χορῶν* laudantur: *καλεῖται δὲ ἡ μὲν σατυρικὴ κτλ.* Haec uero Aristocles descripsit ex Aristoxeni libro *π. τραγικῆς ὁρχήσεως*; uide Bekk. Anecd. p. 101, 17 sqq., Phot., Et. M. s. u. *σίκιννος*¹⁾. Itaque aut Aristoxenum aut Ari-

1) Eadem doctrina apud Ammonium s. u. *κόρδαξ* et apud Eustath. ad II. Σ 605 p. 1167, 23 (ex Ael. Dionysio et Pausania). Turbas mouit Schol. II. Σ 617, unde Suid. s. u. *πυρρόχτυ*; qui perperam miscent lyricae et scenicae saltationis genera.

stoclem apud Ath. I, 20d adhibitum esse nequit negari. Sed quae de Bathyllo Pyladeque saltatoribus narrantur sub Aristonici nomine, Aristoclis esse non possunt, si quidem recte de temporibus eius statuimus; nam illi Augusti demum aetate floruerunt. Totum autem hoc Athenaei caput 37 ex uno libro desumptum esse discimus coll. Plut. Symp. Q. VII, 8; ubi de Pyladis Bathyllique saltatione fere eadem atque partim eisdem uerbis ¹⁾ praedicantur neque desunt *κόρδαξ* aut *ἐγκώμια ἃ Σωκράτης περὶ ὀρχήσεως διήλθε*. Hic ab eodem fonte pendere Athenaeum et Plutarchum apparet; quem plenius exhaust Athenaeus. Huic fonti sophista et Aristonicum et Aristoclem uel Aristoxenum debet itemque opinor Seleucum initio capitis laudatum. Seleucus enim uix potest alius esse nisi Tiberii illi conuictor; uide M. Schmidtium de uariis Seleucis disputantem Philol. uol. III p. 436 sqq. Aristonicus autem necessario secernendus a clarissimo illo homerico, utpote qui nondum de istis pantomimis potuerit scribere nedum prospicere quanti foret momenti noua ars.

Quare Aristocli in hoc capite nihil uindicarim nisi quae congruunt cum p. 630 b; Aristonici autem nomen intactum relinquo.

Cogitet quispiam de Aristoclis nomine eliciendo ex Ath. VIII p. 360 b: *Κορωνισταὶ δὲ ἐκαλοῦντο πτλ., ὡς ἴστορεῖ Ἄγνοκλῆς ὁ Ῥόδιος ἐν Κορωνισταῖς*. Nam Hagnocles siue Agnocles scriptor aliunde non innotuit, argumentum autem non alienum est ab eis quae Aristocles profert in libro XIV Athenaei. Praeterea titulus ille *Κορωνισταὶ* ualde mihi suspectus est, cum non nisi comoediae aptus sit; quo titulo rectam operis inscriptionem omnino loco esse motam malim credere quam corruptam esse e *π. Χορῶν*. Dummodo certior esset haec coniectura, porro oreretur suspicio Aristoclis testimonium a Pamphilo una laudato fuisse appositum.

1) Velut *ὑπόρχημα διατίθεσθαι* apud utrumque. Plutarchum in libello *π. μουσικῆς* inscr. Dionysium Hal. min. depilasse con. Westph. comm. p. 16.

Iam transeamus ad ea quae Aristocli apud Athenaeum deberi certum est.

In libro IV non nisi de hydraulo organo laudatur. Nomen legitur primum I p. 22 a, ubi testis est Aristocles de Teleste Aeschylī saltatore, qui Septem fabulam admirabilem in modum egerit. Hoc procul dubio narravit in libro illo *π. χορῶν*, ex quo etiam IV, 174 c testimonium eius petitur. Idem opus citatur XIV, 620 b, ubi docet Aristocles *ὅτι ἐκαλοῦντο οἱ ἑαψιδοὶ καὶ ὀμηρισταί*. His locis simpliciter *ἐν τῷ π. χορῶν* legitur; contra *ἐν α' π. χορῶν* XIV, 620 d de hilarodis disputasse dicitur. Sequitur: *καταλέγει δὲ ὁ Ἀριστοκλῆς καὶ τοῦσδε ἐν τῷ περὶ μουσικῆς κτλ. Ἀριστόξενος δὲ φησι*. — In duobusne igitur diuersis libris Aristocles egit de hilarodis, ambobus autem Athenaeus usus est? Credi nix potest. Quare Eruinus Rohde in doctissima de Pollucis fontibus commentatione, qua Athenaei quoque fontes attigit, a librariis perperam Aristocli nomini adscriptum putat titulum, quem deberent Aristoxeno (cf. p. 619 d *Ἀριστόξενος ἐν δ' περὶ μουσικῆς*); fortasse recte; nisi libri *π. χορῶν* pars fuere maioris *περὶ μουσικῆς* operis.

Octauus *περὶ χορῶν* liber laudatur p. 630 b de satyrica saltatione a quibusdam sicinni nominata. Magnus sane est librorum numerus sed num corrigendus sit dubito; nam satis amplam fuisse operis materiam e fragmentis, e. g. ex hydrauli copiosa mentione cernitur. — De hilarodis rursus Aristocles citatur p. 621 b sine titulo, uidelicet sicut supra ex libro *α' περὶ χορῶν*.

Hinc nascitur suspicio totam hanc de hilarodis magodis lysiodis disputationem ex Aristocle esse desumptam. Nam qui solus praeter istum de his artibus laudatur Aristoxenus, eum ab Aristocle adhibitum cum IV, 174 c et XIV, 630 b uideamus, non est cur hic aliter rem se habere iudicemus. Accedit quod post uerba illa *καταλέγει δὲ καὶ τοῦσδε ὁ Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ περὶ μουσικῆς γράφων ὡδε* non septem tantum Aristocli uerba exspectamus sed ampliorem catalogum. Quae uero de Sotade referuntur, Aristoxeni non possunt esse propter tempora. Neque Aristocli ausim tribuere quae inde a uerbo *ἤκμασε* uel

certe quae ab *ἐκπλεύσαντα γὰρ* leguntur, quia auctores in his nominantur Carystius Pergamenus (sub Eumene I. 263—41 regnante) et Hegesander Delphus (scr. post 168 a. C., uide Muelleri FHG IV p. 412). Quorum memoria apud Athenaeum tam trita est, ut suis oculis eos inspexisse uix queat negari. De Hegesandro cf. maxime II p. 83 a, b; fragmenta eius praeter unum soli debemus Athenaeo. Praeterea ista de Sotade narratione hoc loco satis est *ἀπροσδιόνυσος*.

Porro suadet ratio ut etiam quae praecedunt capite 12 de rhapsodis omnia eidem Aristocli assignemus; quem in initio huius disputationis uidet laudatum (*Ἄ. ἐν τῷ π. χορῶν*). Atque confirmatur haec coniectura eo quod in hoc capite complures auctores uel libri citantur alibi in Deipnosophistis non obuii: Chamaeleontis *περὶ Στησιχόρου, Ὀλυμπικός* Dicaearchi, Iason, Lysanias *περὶ λαμβοποιῶν* (redit non nisi VII, 304 b).

Iam qui egit de rhapsodis hilarodis magodis lysiodis, eundem de dicelistis autocabdalis ithyphallis phallophoris in eodem libro exposuisse nonne omnes probabilitatis numeros habet? Auctores laudantur in his capitibus (15. 16) Sosibius¹⁾ Laco, Callimachi aequalis, et Semus Delius, cuius aetas incerta est; apud Harpocratem una cum Phanodemo citatur; scripsit *περὶ Πηγάμου* (Suid.), unde Attalorum tempora uidisse putandus est (241—133); ex Apollodoro nisi fallor citatur apud Ath. IV p. 173 e, quippe qui praecipuus illorum capitum esse auctor et Demetrii quoque Scepsii testimonium apposuisse uideatur. Haec si uera sunt, Aristocles potest Semo usus esse.

Capitis 16 uerba inde ab *ἐκαλοῖντο δέ* usque ad Thebanorum mentionem nec Sosibii nec Semi uidentur sed eius esse, qui utriusque doctrinam coniungens de suo augeat; quem Aristoclem esse in promptu est suspicari. Eidem capita 12—15 tribuit Rohde causis non expositis (l. l. p. 43 not. 1).

De capite 17 certi nihil potest statui; nisi quod Aristeeae liber *περὶ κισσάρῳδων* Athenaeo fortasse ex Aristocle innotuit,

1) Idem de hyporchematia testis est apud Schol. Pind. P. II, 127 (*πυρρίστη*).

cuius popularis aequalis studiorum socius ille uidetur fuisse (uide supra p. 91).

Serupulum iniciat alicui illud *νῦν* p. 621 b; quod utrum ad Aristoclis an ad Athenaci tempus spectet, diiudicandum est. Aristoclis autem non esse hoc *νῦν* non iam contendet qui comparauerit p. 620 d, ubi legitur: *ἰλαρωδοί, οὓς νῦν τινες* ¹⁾ *σιμφιδούς καλοῦσιν, ὡς Ἀριστοκλῆς φησιν κτλ.* et infra cap. 29 init. et X, 429 a, ubi: *ἐν δὲ Μιλήτῳ ἔτι καὶ νῦν Θεόφραστός φησι τοῦτ' εἶναι τὸ νόμιμον.* Iam cum horum artificum post Sullae tempora ²⁾ mentio non iam occurrat, illud *νῦν* Athenaeo tribnere audacius est.

Aristoxeni de magodis lysiodisque sententia pertinet usque ad uerba *ἀνδρείοις λυσιφδόν*; iam continnatur Aristoclis oratio illi aduersantis. In sequentibus de sola magodia, non de lysiodis sermo fit secundum Aristoclis sententiam, qui contra Aristoxenum non diuersas esse has artes indicat. Sic Strabo quoque XIV p. 648 d cum initio *λυσιφδοῖς καὶ μαγιδούς* nominauerit, postea de solis *λυσιφδοῖς* loquitur ne ipse quidem discrimen statuens.

Nonnum Aristoclis fragmentum ineipit inde a p. 630 b: *καλεῖται δ' ἡ μὲν σατυρικὴ ὄρχησις ὡς φησιν Ἀριστοκλῆς ἐν ὀγδόῳ περὶ χορῶν, σίκιννις καὶ οἱ σάτυροι σικιννισταί.* Similiter Aristoteles illam de rhapsodis disputationem a nominis quod est *ὀμηρισταί* mentione ineohat itemque de hilarodorum nominibus praefatur priusquam de arte eorum agat. — Cohaerent autem artissimo uinculo capita 25—30. Etenim quae cap. 25 indicantur tria lyricae saltationis genera, eorum singulis describendis sequentia capita tributa sunt. Quare noli dubitare quin haec in uniuersum omnia Aristocli sint adscribenda. Aristoxeni uerba ab illo apponuntur. Seamonis ueriloquium (*σίκιννις ἀπὸ τοῦ σειεσθαι*) ut apud Ath. ita apud Et. M. et Hesych. s. u. *σίκιννις* cum Aristoxeni de saltationis generi-

1) Ab horum partibus stat etiam Strabo, qui XIV p. 648 d de *σιμφιδία λυσιφδοῖς μαγιδούς* cum copiose agat, *ἰλαρωδῶν* nomen ignorat. Ceterum de hoc Strabonis loco uide Hillerum M. Rh. XXX p. 68.

2) Plut. Sull. 36 *λυσιφδοῖς* memorat.

bus doctrina coniunctum exstat. Scamon^o autem satis netustus uidetur fuisse auctor (uide Muell. FHG I p. XXIV et IV p. 489). Nescio igitur an ab ipso Aristoxeno fuerit adhibitus. Clem. Alex. Strom. I, 74 p. 132S *ἐβρημάτων* scriptores enumerans primo loco Scamonem posuit.

Initium capitis 29 Aristoxeni est usque ad Philochori mentionem. Athidographum Athenaeo ad manum fuisse Rohde de Poll. font. p. 37 contendit, quia supra p. 628a testimonium eius disputationis cursum male interrumpat. Quod ego non concedo; quamquam Archilochi et Epicharmi versus aliunde inculcatos esse recte animaduertit. An ubi de musica in conuiuio τὸ σωφρονικὸν ἡμῶν seruante sermo est, non aptissime in priscorum hominum symposiis non modo Dionysiaca sed etiam Apollinea musicae locum fuisse commemoratur? Nec magis habemus, cum Philochorum capitis 29 Aristocli deberi negemus. — Sed restant ultima capitis uerba: *ἡ δὲ καθ' ἡμᾶς πυρρίχη διονυσιακὴ τις εἶναι δοκεῖ, ἐπιεικσιτέρα οὖσα τῆς ἀρχαίας κτλ.* Ac supra sane p. 630c illud *μέχρι καὶ νῦν* Aristoxeni est; sed hoc καθ' ἡμᾶς eiusdem esse nequit. Nam Aristoxeni doctrina sunt sine dubio, quae p. 630c, d de saltationis generibus narrantur; ubi: *ὁμοία ἐστὶν ἡ πυρρίχη τῇ σατυρικῇ ὁρχήσει· πολεμικὴ δὲ δοκεῖ εἶναι ἡ πυρρίχη κτλ.* Ab hac uero pyrricha, qualis fuit Aristoxeni temporibus (cf. Plat. legg. VII p. 815a sqq.), prorsus diuersa est illa capite 29 extremo descripta; quam Caesarum Romanorum aetati propriam fuisse scimus (cf. Apul. met. X, 29, Friedl. Sittenges. II³, 443). Quare neque Aristoxeno neque Aristocli haec tribuenda sunt sed aut ipsi Athenaeo aut — id quod malim credere — eidem auctori quem sequitur noster I p. 20 d de Pyladis Bathyllique saltatione.

Ceterum Aristoxeni ne ea quidem possunt esse, quae iuxta antecedunt inde a uerbis *ἡ δὲ πυρρίχη παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις Ἑλλήσιν οὐκ ἔτι παραμένει*; nam Athenienses bellare desierunt demum circa annum 263. Eadem scripta esse debent ante captam a Romanis Graeciam. Haec optime conueniunt in Aristoclem; cui totum caput assigno exceptis eis quae de

dionysiaca pyrricha^{*} narrantur. — Tertium pyrrichae genus neque *πολεμικόν* neque *ἐπιεικές* inter ridiculas saltationes recensetur p. 629f. Contra prisca illa memoratur paulo ante p. 629c. Diuersis hic fontibus uti Athenaeum Rohdii aciem non fugit. Sed de his infra¹⁾.

Capitis 30 initio prisca describitur *γυμνοπαιδική*²⁾. Sed rursus intermiscetur eiusdem auctoris doctrina, cui capitis 29 exitum deberi coniecimus; id quod cernitur e uerbis *ὥστε καὶ τὴν ὄρχησιν ταύτην εἰς τὸν Διόνυσον ἀναφέρεσθαι*. Quae sequuntur usque ad finem capitis ex Aristoxeno ab Aristocle excerpta esse autumo. Sub finem laudatur *Ἀριστόξενος ἐν ἀ συγκρίσειν*. Huic Aristoxeni operi Athenaeum nusquam alibi testimonium denuntiare Rohde p. 43 dicit. Sed ad idem referendum esse equidem suspicor quod legitur sub Aristoxeni nomine IV, 174e: *ὁ μέντοι Ἄρ. προοκρίνει τὰ ἐντατὰ καὶ καθαρὰ τῶν ὀργάνων τῶν ἐμπνευστῶν κτλ.* Item I, 22b: *ὀρχήσεις δὲ ἐθνικαὶ αἶδε· — ἃς προοκρίνει Ἄρ. διὰ τὴν τῶν χειρῶν κίνησιν*. Sic etiam eo de quo agimus loco gentium saltationes comparantur; cf. praeterea supra p. 631d: *βέλτιστοι δ' εἰσὶ τῶν τρόπων κτλ.* Atque latius etiam patere huius operis uestigia in capitibus his Aristocleis suspicaris coll. p. 621c: *φησὶ δὲ ὁ Ἀριστόξενος τὴν μὲν ἰλαριδίαν παρὰ τὴν τραγωδίαν εἶναι κτλ.* et p. 630d: *ἡ δὲ γυμνοπαιδικὴ παρεμμερής ἐστι τῆ τραγικῆ ὀρχήσει κτλ.* (cf. p. 621b).

Ex eodem Aristocle Aristoxeni testimonium etiam I p. 22b petitum esse primum inde ueri est simile, quod paulo ante ille laudatur de Aeschyli quodam saltatore. Idem ceteris

1) Non magni faciam quod, qui homo Laconicus hic audit, Pyrrichus apud Poll. Hesych. Schol. Pind. P. II, 127 Mar. Plot. de metris p. 2624 P est Cretensis. Nam Laconum musicam a Crota insula inita et incrementa cepisse notum est; cf. Schol. Pind. ad l. l. — Hesychius et Schol. Pind. in quibus consentiunt, Didymea agnoscas coll. Procl. ap. Phot. Pollux uel eius auctor unum ueriloquium eligere satis habuit; Iubae ne umbram quidem cerno in his (non item Rohde p. 52). — Obiter iuuat corrigere schol. ad Luc. Pisc. 36: *πυρριχέειν· εἶδος ὀρχήσεως ἢ πυρριχῆ σίντομος*, ubi lege *σίντομον*.

2) Cf. Suid. — Et. M. et Pausan. III, 11, 9.

capitis 39 et 40 auctoribus recentior est (de Phillidis aetate infra disputabimus); neque argumenta horum capitum in libris *περὶ χορῶν* praeteriisse existimari potest. Schweighaenser illud Aristoclis mentionem quod sequitur *φασὶ δέ* p. 22a mutandum suadet in *φησὶ δέ*, ut continuetur illius oratio; neque habeo quod obloquar. Agitur autem hoc capite 39 de Aeschyli arte orchestica. Neque uero Aeschylum sed saltandi artem praecipuum esse argumentum, cui subseruiant reliqua, inde apparet quod etiam antecedentibus capitibus et subsequenti de saltatione in uiuersum sermo fit. Hiuc licet concludere non eum, qui de Aeschylō scripserit, sed qui de saltatione, praecipuum esse huius capituli auctorem, cui debeantur reliqui. Aristoclis igitur fontem in Aeschyli arte orchestica enarrauda Chamaeleontis *περὶ Αισχύλου* librum fuisse statuo, quippe cuius nomen p. 21e laudetur. Quae uero in fine capituli ex Chamaeonte appouuntur, a sententiarum uexu ita abhorrent, ut ab ipso Athenaeo ista assuta quin siut non dubitem; qui eandem narratiunculam ex Chamaeontis *περὶ Αισχύλου* libro citatam aptiore loco protulit X p. 428 f¹).

De Homericā saltatione agitur capp. 24—27. Hic quoque subesse fontem Aristoclem conicias; sed cauendum est: id certo scimus, caput 15 ex Dioscoridis *περὶ τῶν παρ' Ὀμήρου νομίμων* libro esse desumptum, id quod docet Suid. s. u. Ὀμηρος, qui eadem quae Athenaeus, pleniora modo, modo artiora exhibet exordiens a uerbis his: ὅτι Διοσκορίδης ἐν τοῖς παρ' Ὀμήρου νόμοις φησίν, ἔτι ὁ ποιητῆς ὁρῶν κτλ. Unde suo iure Mueller FHG II, 192 etiam eorum, quae in sequentibus de uita heroum Homericorum copiose exponuntur, magnam partem ex Dioscoride fluxisse probabile esse iudicat. Laudatur autem Dioscorides sub finem capituli 18, sed ex subdolo Athenaei more ita ut non uisi de eis, quae proxime antecēdunt, testem eum

1) Idem de Aeschylō dictum refert Plut. Q. Symp. I, 1, 4. Lucian. encom. Demosth. 15 quod Callistheni hoc de Aeschylō iudicium tribuit, aut errori aut negligentiae obnoxius est. Nam Callisthenes, si recte ἀποφθεγγμάτων scriptorem illum intellego quem laudat Poll. IX, 6, 93, dictum illud non excogitauit sed ut alienum rettulit.

producere nideatur. Sed haec obiter tetigisse in praeseus pro meo consilio sat est.

Iam sicubi in illis libri XIV de musica et saltatione capitibus Aristoxenum et Chamaeleontem una uidebimus adhibitos, nonne ueri simile est Aristocli memoriam eorum deberi? Sic pnto expediendam esse ἀπορίαν illam quam dicit Rohde p. 45. Qui cum Aristoxeni doctrinam inesse in capitibus 23—26 et 31 recte perspexerit nec tamen ab Athenaeo, si ipse auctorem nobilissimum manu uersasset, uomen eius reticentia fore omissum credat, alium auctorem circumspicens, ex quo Aristoxenea ille hauserit, unum offerri dicit Chamaelcontem p. 628e laudatum de saltatione, qui p. 184d et 623f proferat Aristoxeneis quam maxime cognata. Et quamquam ipse coniecturae audacissimae diffidit merito, aliam tamen uiam soluendae difficultatis se non uidere fatetur. Quod uero ‘ipsas sententias Aristoxeni proprias esse fere omnes’ dicit, de illis quae ad musicae nim mitigandi atque medendi spectant, hoc sine limitatione nou admittam. Immo Aristotelicam adgnosco doctrinam neque Aristoxeno soli receptam sed etiam Theophrasto Chamaeleontis magistro et ‘creditam a plerisque et memoriae traditam’ (Gell. IV, 13). Quid quod iam Democritus ‘plurimis hominum morbis medicinam fuisse iuentiones tibiaram docuit?’ (Gell. l. l.). Neque igitur necesse erat Chamaelcontem Aristoxeni scriuia adire. Omnino in his rebus sententiarum similitudo nihil probat de artiore inter auctores necessitate, sed sola uerborum congruentia communis fons proditur. Si uero comparaueris Athenaei Plutarchi Dionis Chrysostomi locos, quibus nititur Rohde, summam in narrandis eisdem rebus uerborum discrepantiam cognosces. — Ceterum Theophrastum Chamaeleontis fontem depreudimus p. 624a.

Sed iam data opera de his capitibus uidendum est, atque Rohdii placita accurata epicrisi sunt aut stabilienda aut infriugenda.

Libri XIV capita 23—25, quibus ‘de ueteris musicae iudolce uirili et ad omnes uirtutes animum instigante’ agitur, Rohde dicit ceutonem Aristoxeneum et optime Aristoxeni

uestigia passim detegit¹⁾. Idem rectissime in cap. 26 inde a uerbis τὴν δ' ἀπόκλινον nouum excerptum a priore prorsus diuersum incipere statuit ex onomastico aliquo petitum. Caput 28 autem et sequentia duo Aristocli tribuit, iure, ut supra (p. 100) uidimus. Caput 31 rursus ex eodem opere depromptum putat, quod sophista uersus capitis 26 finem deseruerat; id quod et argumento et Aristoxeni mentione probatur.

Caput 32 et 33 'fortasse item Aristoxeno deberi' conicit. Quae obstant: memorabilem illam de uersibus acephalis doctrinam, Demetrii Byzantii testimonium, Dinonis narrationem ab Athenaeo ipso intempestiue inserta esse contendit. Dinonis locum non apte appositum esse non concedo, de Demetrio et de excursu metrico negari idem nequit. Quid quod eadem formula, qua hic Dinonis uerba introducuntur, Aristoxenus utitur p. 631 d, ubi legimus: εἰσὶ δὲ καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις ὡσπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι σπονδαῖαι καὶ φανῆλαι ὀρχήσεις. Dinonem igitur ab Aristoxeno aduocari non est cur negemus; nisi quem moratur, quod fere aequales fuerunt. — Demetrii Byzantii περὶ ποιημάτων librum Athenaeus ipse sine dubio non inspexit²⁾ sed intercedit auctor, qui data opera historiae musicae scriptores perlegerit. Neque metricam istam doctrinam de suo eum adferre quisquam crediderit. Quamquam referenda uidetur ad auctorem Caesio Basso et Heliodoro recentiore, quippe apud quos primos eam inueniamus (uide Rohd. p. 46 not.). Ceterum quod hic Phocylides inter eos nominatur, qui poematis non addiderint melodias, pugnat cum hac sententia Chamaeleontis illa quam legimus p. 620 c: μελωδηθῆναι οὐ μόνον τὰ Ὀμήρου ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου. ἔτι δὲ Μιμνέρμου καὶ Φωκυλίδου. Veram esse Chamaeleontis doctrinam Rohde 'Griech. Rom.' p. 141 not. demonstrat. Contra Bergk HLG II p. 130 not. 80 haec testimonia consociare studet infelici ratione; nam τῶν λοιπῶν οἱ μὴ προσάγοντες μελωδίαν

1) Ceterum Chamaeleontis in hoc capite non ea solum esse, quae cum nomine eius exhibentur, sed etiam illam de Hippoclide narratiunculam suspiceris coll. p. 273 c.

2) Clearcho debetur X, 452 d et XII, 548 d.

eis, quorum nomina antecedunt, nullo pacto opponuntur sed adduntur ueque omniuo sermo fit uisi de carminibus melodia non instructis.

Sed plura etiam cernere mihi uideor uestigia auctoris cuiusdam, qui inter Aristoxenum et Athenaeum intercedat. Capite 31 Aristoxenea contineri cognouimus. Huic ergo tribuimus illam de Asopodoro narratiuuculam. At quis est, qui addidit istud *οἶδα δὲ τινὰς τοῦθ' ἱστορήσαντας ὡς Ἀντιγενίδου εἰπόντος*? 'Confidentius' opinor loqueretur Aristoxeus Antigenidae aequalis admiratorque. Iam pergitur sic: *Καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς δὲ τέλος ποιοῦνται τῆς τέχνης τὴν παρὰ τοῖς Θεάτροις ἐνήμεριαν. Διόπερ Ἀριστόξενος — φησί κτλ.* Loqui apparet hominem Aristoxeno recentiore, quippe qui illius aetati opponat istud καθ' ἡμᾶς. Iam post Aristoxeni eclogam legimus: *ταῦτα μὲν ὁ Ἀριστόξενος· κάμοι δὲ διὰ τοῦτο φιλοσοφητέον φαίνεται εἶναι περὶ μουσικῆς· καὶ γὰρ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος τηλικαύτην δόξαν ἔχων ἐπὶ φιλοσοφίᾳ κτλ.* Haec honorificam Pythagorae mentionem ex Aristoxeno petitam esse statui non licet, quamquam Pythagoreorum ille erat discipulus autequam fieret peripateticus. Non sane nimis obstaret illud *ταῦτα μὲν ὁ Ἀρ. Κάμοι δέ*, nam solet Athenaeus talibus additamentis fontium uestigia et suturas dissimulare. Sed scimus Aristoxenum ipsam illam Pythagorae doctrinam, quae hic laudatur, acerrime impugnasse nec musicae rationes in uniuersum transferri passum esse (uide Rossb. et Westph. I p. 68). Iam si alium tibi auctorem dicam et Aristoxeni et Pythagorae cultorem, huic Athenaei hic esse fontem uonne probabile iudicabis? Nouimus autem talem rei musicae scriptorem; quem infra monstrabo. Ceterum Cliniam Pythagoreum memento memoratum esse p. 623 f. Cum uerbis inde a *τηλικαύτην δόξαν ἔχων* usque ad *μουσικῆς* cf. simillima 627 c d de Aeschylō, similia paullo ante de Alcaeo et Archilocho dicta. Id mihi etiam ex aequabili orationis genere certum est: unum opus *περὶ μουσικῆς* uel similiter inscriptum toti huic disputationi subesse, quae iust in capitibus 18—26. 31—33. Neque cum Rohdio, qui omniuo plus quam par est ipsi Athenaeo tribuit in legendo

atque colligendo, Aristoclem ab ipso sophista excerptum esse credo; immo in scriptore tam uetusto optimisque et uberrimis fontibus uso, cuius libri sine dubio maximam partem in posteriorum compilationes recepti erant, confidenter hoc negare nullus dubito. — Sed priusquam de auctore illo musico coniecturam proponamus, multae quaestiones huc pertinentes restant nobis instituendae et si dis placet soluendae.

CAPUT II.

De Tryphone.

Suid. s. u. *Τρύφων· Ἀμμωνίου Ἀλεξανδρεὺς γραμματικὸς καὶ ποιητὴς γεγονὼς κατὰ τοὺς Ἀγούστου χρόνους καὶ πρότερον.*

Id. s. u. *Αἰδύμος· γεγονὼς ἐπὶ Κικέρωνος καὶ Ἀντωνίου καὶ ἕως Ἀγούστου.*

Hinc Tryphonem concludas paulo posteriorem fuisse Didymo. Eiusdem discipulum eum fecit Lehrs ¹⁾, quem secutus est M. Schmidt praef. Did. p. 6, sed ueterum nemo tradidit. At Trypho si fuit Ammonii Aristarchei seu filius seu discipulus, qui potest floruisse sub Augusti imperio? Etenim Aristarchus moritur c. Ol. 159/60, nisi etiam prius (uide M. Schmidtium in Philol. uol. VII p. 368). Quare aut alius est Ammonius ille Tryphonis — aut Ammonius Aristarcheus non primus fuit Aristarchi successor, quae suspicio firmatur coll. Suid. s. u. *Ἀμμωνίος· Ἀμμωνίου Ἀλεξανδρεὺς, ὃς καὶ διεδέξατο τὴν σχολὴν τοῦ Ἀριστάρχου πρὸ τοῦ μοναρχῆσαι τὸν Ἀγούστου.* Frustra huius loci difficultatem aliter expedire studuit E. Rohde Mus. Rhen. uol. XXXIII p. 168. Nam ista aetatis definitio prorsus absurda et nulla esset, si multum liceret recedere ab anno 31 a. Chr. Idem p. 218 Tryphonem sumit uixisse circa 120—50 a. C. (Didymum c. 80—1), id quod cum Suidae testimonio nullo

1) De Arist. stud. hom. p. 341 not.

modo potest conciliari. Praeterea Suidam s. u. *Τρύφων* defendit contra Arthurum de Velsen (Tryph. fragm. coll. et disp. Berol. 1853 p. 2) Suidas s. u. *Δημήτριος Ἰξίων· γεγονώς κατὰ τοῖς Ἀγούστου χρόνοις*; nam huius aequalem fuisse Tryphonem — nisi posteriorem — sequitur ex Apoll. de pron. 114b (uide Rohd. l. l.). — Certe hac nia nemo nobis poterit persnare Didymo antiquiorem esse Tryphonem¹⁾.

Contra Tryphonem Didymi sententias modo testimoniorum loco apposuisse modo impugnasse e fragmentis eius tam certo potest demonstrari, ut dubitationi nullus maneat locus.

Schol. Il. N u. 450: *Κρήτη ἐπίουρον· μέμνηται δὲ καὶ ὁ Δίδυμος τῆς ἀποδόσεως καὶ Τρύφων· ἐκείνο δὲ προστίθεισιν ὁ Τρύφων, ὅτι* —. Vides Didymi copias a Tryphone auctas.

Schol. Il. Ω 557: *δασύει Δίδυμος τὸ ἕασας — Ἀρίσταρχος δὲ οὐδὲν ἀποφαίνεται — δύναται δὲ καὶ τὸ ψιλοῦμενον, ὡς φησι Τρύφων*. — Aduersatur Didymo Trypho.

Apollon. de adu. p. 569, 15 (Bekk. An. II): *ὥτάν· — γεγενῆσθαι δὲ οἱ μὲν παρ' ἐταιρικὴν ἐκφώνησιν, ὡς Δίδυμος ἔφη· καὶ παραλαμβάνει αὐτὸ παρὰ τὸ ἔτης μετὰ μορίου τοῦ ᾧ κλητικῷ. Πρὸς ὃν φησι Τρύφων, ὡς τὰ τῆς κλητικῆς οὐ κατασταίη — αὐτὸς γε μὴν φησιν, ὡς κτλ.* Trypho Didymum uituperans ipsa eius uerba repetit! (cf. Rohd. l. l. p. 215).

Et. M. p. 645, 1: *Ὅχεσθιν — ὁ μὲν Δίδυμος λέγει γεγενῆσθαι ἀπὸ τῆς ὄχεσι καὶ ὄρεσι δοτικῆς τῶν κληθντικῶν — ὁ δὲ Τρύφων ἐναντιοῦται αὐτῷ λέγων ὅτι οὐ δύναται ἀπὸ δοτικῆς γενέσθαι, ἐπεὶ κτλ.* Idem accidit.

Δίδυμος καὶ Τρύφων habes in Cram. Anecd. Paris. I p. 179, 29 et p. 188, 32. Ceterum nihil interesse, seu *Τρύφων καὶ Δίδυμος* seu *Δίδυμος καὶ Τρύφων* ponatur, docuit Naber prolegg. ad Phot. p. 14.

Denique chronologicum sine dubio ordinem nominum praebet Anon. de Comoedia in Cram. An. Par. I p. 7, 1: *ὑστερον δὲ (post Pisistratum Zenodotum Aristarchum) ταύτας ἀπάσας*

1) Duentzerum de Zenod. p. 19 Tryphonis libros a Didymo adhibitos statuentem recte refutat Stiehle, qui in Phil. uol. VI de Tryphone egit.

(scil. βιβλους) σκηνικός τε και ποιητικός πλείστον ἐξηγήσαντο Δίδυμος Τρύφων Ἀπολλώνιος Ἡρωδιανός κτλ.

Praeterea natus est Trypho Dionysii Thraciae, qui fuit Pompei, et Demetrii Ixionis, qui fuit Augusti aequalis, libris ¹⁾.

Tryphonem Didymo fuisse recentiorem praeter eos, quos supra laudavi, etiam Naber (prolegg. ad Phot. p. 10) sine ulla dubitatione ponit; idem multa Didymea per hunc grammaticum posterioribus lexicographis tradita esse ad summam probabilitatem adduxit ²⁾. Contrariae sententiae praeter Duentzerum nemo quod sciam existit auctor vel patronus nisi Eruinus Rohde. Qui praeclarae de Pollucis fontibus commentationis p. 47 de Iuba Mauretano et Tryphone disserens: 'michi non dubium, inquit, quin Athenaeus, quae ex antiquiore scriptore profert, recentiori debeat; qui est Iuba'. Idem p. 67: 'Iuba enim quin Tryphonis onomasticon adhibuerit, nequit dubitari'. Immo ne potuisse quidem adhibere indicandus est; nam Iubae libri praesto erant Didymo, id quod probe scit noster doctissimus; Didymi autem opera Tryphoni, ut vidimus; inde sequitur ante Tryphonem scripsisse Iubam. — Isto Rohdii errore factum est, ut spes, quam conceperam: fore ut laboris eius ingeniosissimi fundamentis meam de Athenaei fontibus disquisitionem superstruere possem, me falleret. Gaudeo autem quod libello nri clarissimi non prius mihi contigit potiri quam ipse de his rebus firmum ac liberum nactus essem iudicium. Iam quid ex illo ad Athenaei fontes eruendos redundaret, accnrata episcrisi diindicandum erat. Unde vicissim etiam Pollucis fontibus novae lucis aliquid additum iri confido. Ceterum quae debeam Rohdio, grato semper animo confitebor.

Redeamus igitur eo unde eramus profecti: ad Ath. IV p. 174 b. Hinc usque ad finem libri IV sophista musicorum

1) Contra Didymus usurpatus est iam ab Aristonico Homérico, Strabonis aequali.

2) Cf. etiam Freyerum de Schol. Aesch. fontt. 'Trypho, quem Augusti et Tiberii temporibus floruisse constat' Stud. Lips. V p. 373.

instrumentorum dat descriptionem. Statim post Aristoclis de organo hydraulico testimonium de eadem re laudatur Trypho: *Τρύφων δὲ ἐν γ' περὶ ὀνομασιῶν (ἔστι δὲ τὸ σύγγραμμα περὶ αἰλῶν καὶ ὀργάνων) συγγράψαι φησὶ περὶ τῆς ὑδραύλειως Κτησίβιον τὸν μηχανικόν. Ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα, εἰ περὶ τὸ ὄνομα σαφάλλεται.* Hic obiter contra Schweigh. illud ὄνομα non debere referrī nisi ad Ctesibii nomen adnoto; nempe sensus hic est: 'Ctesibius hydraulici inuentor secundum Aristoclem fuit *κουρεύς*; Trypho contra mechanicum quendam, qui de hoc organo scripserit, eodem nomine appellat nescio an falso'. Apud Vitruuium¹⁾ pater est tonsor, filius res pneumaticas excogitauit; fortasse inde Aristoclis et Tryphonis dissensio explicatur et componitur.

In sequentibus Tryphonis nomen semel redit, p. 182 e, ubi sententia eius cum Iubae doctrina coniuncta est. Sed non semper Athenaeus ubi Tryphone usus est, nomen eius apposuisse conuincitur comparatione inter p. 182 d et XIV p. 634 f instituta. Etenim posteriore loco eadem uerba sub Tryphonis nomine redeunt. Multo sane frequentius in his capitibus Iuba in partes nocatur; quem de instrumentis musicis ἐν τῷ τετάρτῳ Θεατρικῆς ἱστορίας egisse discimus e p. 175 d. Inde Rohde capp. 75—78. 79. 80. 81 tota deberi uni Iubae nimis confidenter ('quouis pignore')²⁾ affirmat eiusdemque copias Pollncem adiisse contendit, utpote qui in sua instrumentorum musicorum recensione passim cum Athenaeo consentiat, interdum ad uerbum congruat. Alios auctores praeter Iubam ab Athenaeo hic adhibitos esse Rohde negat. A Iuba igitur putat appositos fuisse Aristoclem Tryphonem Artemidorum Ameriam Neanthem Protagoridem Euphorionem Aristoxennm etc.

Esto, concedamus de omnibus: de uno tamen Tryphone non concedo; primum propter tempora: quid quod Didymum Iubae historia theatri usum esse Rohde ipse affirmat p. 35. 50 (cf. Hesych. s. u. βλήτυρι)? Didymum autem ante Tryphonem

1) Ed. Rose p. 160, 3 = VII, 14. 237, 5 = IX, 8, 2. cf. p. 5, 27 = I, 1, 7. 259, 18 = X, 12, 1. 260 = X, 12, 4. Plin. VII, 37.

2) De Poll. font. p. 34.

scripsisse supra uidimus. Dein Athenaeum eorum nomina, quibus praecipuis utatur auctoribus, aut reticere aut subdole, quasi minuta tantum eis debeat, interpouere solere, contra quos non ipse adierit sed apud alios inuenerit laudatos, semper in ore habere meminerimus. Tertium est quod Pollux, ouomastici auctor, multo commodius Tryphonis libro uti poterat quam ipsis Iubae uoluminibus, 'ut actum acturus fuerit, si praeter Tryphonis *ὀνομασίας* Iubae theatralem historiam consulere in animum induxerit', — nam sic conuersa ualere Rohdii uerba (p. 67). Etenim Trypho sine dubio Iubae copias non praeteriisse aut certe per Didymum eas recepisse censendus est. Atque usum esse Pollucem Tryphonis onomastico et Rohde probabile ducit ipse (p. 14. 17 med.! 66) et uestigiis haud raris proditur: cf. cum Tryph. apud Ath. 114 b (*πυραμοῦς* et *σησαμοῦς*) Poll. VI, 77; Tryph. apud Ath. p. 299 a s. u. *ἔγγελος* cum Poll. VI, 49 sq. — Tryph. apud Ath. XIV, 640 e (ex Dionysio eius filio) cum Poll. VI, 79 (*ἐπιφορήματα*); Tryph. apud Ath. XI, 503 c (*δίνον*, ex eodem) cum Poll. VI, 96 et ib. 99; Tryph. apud Ath. III, 110 e (*ὀρίνδην*, *ὀβελίας*, *ὀβελιαφόροι*) cum Poll. VI, 73; Ath. 114 e f cum Poll. l. l. (*ὕγιεια μάζα*); Tryph. apud Ath. XI, 503 d s. u. *ῥόδος* cum Poll. VI, 108 (de hoc uase nusquam alibi legimus). Maxime autem huc facit, quod *ῥόδων κατάλογος* apud Poll. IV, 53 sqq. cum eis, quae Ath. XIV cap. 10. 11 ex Tryphone profert, ita consentit, ut de communi fonte dubitari nequeat; id quod infra diligenter per singula probabimus. Quidni igitur de instrumentis musicis ubi eadem tradunt Athenaeus et Pollux, Tryphonem utriusque esse auctorem licet suspicari? A Iuba uero semel certe Pollux aperte dissentit: *λωτινὸς ἀλλός* apud Ath. p. 175 e auctore Iuba Aegyptiorum inuentum dicitur, contra p. 182 d Libyorum; cum posteriore loco consentit Pollux. Rohde (p. 25), qui eundem utroque loco auctorem ab Athenaeo descriptum esse putat, facere non potest quin sophistam parum accurate Aegyptiis 'Alexandrinorum ut laudem etiam aueret' inuentionem illius instrumenti tribuisse arguat. Sic 'non pugnare cum Athenaeo Pollucem' efficit. Sed qui libero iudicio rem considerauerit, Pollu-

ccm non cum Iuba sed cum eo scriptore facere confitebitur, quem p. 182d describit Athenaeus: hunc uero Tryphonem esse, cuius et uerba proxime antecedunt et nomen (interposito Iubae testimonio) sequitur, satis ueri simile est, praesertim cum de Alexandrinorum more agatur. Ac nescio an Alexandrinorum laudes Athenaeus in Tryphone Alexandrino inuenit. Sic rursus neglectitiae crimen ab eo defendimus.

Sed acrius statim castigatur Deipuosophistarum auctor a Rohdio propter alium Pollucis dissensum. Etenim de pandurae inuentioe quam Poll. § 60 Assyriis tribuit, Athenaeus p. 183f haec uarrat: *Πυθαγόρας ὁ γεγραμὸς περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης τοὺς Τρωγλοδύτας φησὶ κατασκευάζειν τὴν πανδοῦραν ἐκ τῆς ἐν τῇ θαλάσῃ φνομένης δάφνης*. 'Verum est, uehementer discrepant' inquit Rohde (p. 28). Iam confert Ath. XIV, 633f, ubi idem Pythagoras Parthos et Troglodytas uti refert sambuca (*χρησθαι* dicit, nihil amplius). 'Magnas alicubi turbas mouisse Athenaeum concedes'. At nec uideo Pollucem cum Athenaeo pugnare nec priorem huius locum cum altero; immo res diuersae nec tamen contrariae traduntur. Quod uero Rohde Euphorionem, ex quo utroque loco Pythagoras citatur, postquam p. 635a sambucam idem esse instrumentum, quod antea magadis appellatum fuerit, tradidisset, non potuisse narrare contendit Troglodytarum fuisse inuentum sambucam — nam magadis aut Lydorum aut Sapphus aut Tbracum *ἔϋρημα* —: primum de Troglodytis non Euphorio ipse sed Pythagoras testis est: Euphorio quid hac de re senserit, nescimus; dein non 'idem' esse organum magadiu et sambucam dicit ille sed *παλαιὸν μὲν τὸ ὄργανον εἶναι τὴν μάγαδιν, μετασκευασθῆναι δ' ὀψέ ποτε καὶ σαμβύκην μετονομασθῆναι*; transformata igitur est magadis ad sambucae similitudinem ideoque, sambucae nomen in eam translatum; denique inuentam esse pauduram aut sambucam a Troglodytis minime tradidit Pythagoras sed *χρησθαι, κατασκευάζειν* eos narrat; quis inueuerit, unde illi acceperint, tacet. Quare hic quoque Athenaeum culpae prorsus immunem esse contendo. Nam quod Pollux *ψιθύραν* a Troglodytis inuentam esse narrat, cur hoc iustrumento usi non

poterant aliis uti? Omnino non recte Rohde istud Pollucis testimonium tractauit. Legimus enim: *ψιθύρα τὸ μὲν εὐρύμα Λιβυκόν, μάλιστα δὲ Τρωγλοδυτῶν*. Hic ille, quia Libybes Troglodytae non noti sint, corrigit: *μᾶλλον δὲ Τρωγλοδυτῶν*, 'ut diuersas doctorum hominum sententias disceptet Pollux'. At mihi recta loci interpretatio haec una uidetur esse: 'psithyra inuenta illa quidem est a Libybus, maxime autem Troglodytarum est', i. e. Troglodytarum proprium, in usu apud Tr. — Eodem modo opinor pandura Assyriorum inuentum et sambuca a Lydis fortasse excogitata apud Troglodytas in usu esse potuerunt ¹⁾. Sed etiamsi inuentam esse a Troglodytis sambucam traderet re uera Athenaeus nel potius Pythagoras, ab omni uituperatione idem defendendus esset: quid quod Clem. Alex. Strom. I cap. 16 in catalogo illo inuentionum: *οἱ τε Τρωγλοδύται*, inquit, *σαμβύκην εὐρον ὄργανον μουσικόν*? Qui optimos fontes laudat *εὐρέσεων* scriptores Scamonem Aristotelem Theophrastum Philostephanum Stratonem alios (eosdem fere quibus utitur Plin. N. H. VII, 34). Iniuriam igitur Rohde fecit Athenaeo in turpes errores eum incidisse clamans.

Neque iure idem sophistam p. 636f ex ipso Iuba hausisse conicit propter Hesych. s. u. *σαμβύκη· οὐ μόνον τὸ μουσικόν ὄργανον, οὐ μένῃναι Ἰόβας· ἀλλὰ καὶ πολιορκητικόν, οὐ Βίτων* —; unde totum hoc Athenaei caput auctori alicui deberi apparet, qui et Iuba et Bitone usus sit ²⁾. Iuba igitur ne hic quidem ab Athenaeo ipse inspectus est.

Aristoxeni doctrinam agnosces in enumeratione tibiae generum p. 176f instituta coll. p. 634e. Superiore loco *τελείοις* et *ὑπερτελείοις* additum est nomen ambos complectens, quod est *ἀνδρείοι*. Cum his Athenaei locis comparandus est Poll. IV, 80—82, qui eandem doctrinam sed aliquanto uberiorem profundit. Quem simillimum fontem sequi et ex eorundem generum Aristoxeneorum mentione et maxime inde cernitur, quod quae apud Athenaeum praeterea memorantur genera,

1) Cf. p. 637b.

2) Sambucam et organum musicum et machinam Festus quoque commemorat p. 324. Cf. Suid.

redeunt pleraque apud Pollucem. Monendum autem neque id ipsum genus, de quo apud Ath. testis est Iuba, deesse apud Pollucem; sed cum Iuba *ἐλίμους αὐλοὺς Φρυγῶν εἶναι εὖρημα, ὀνομάζεσθαι δὲ καὶ σκυτάλια* tradat, Poll. § 76 eosdem inventores nominat, *σκυτάλια* autem § 82 demum commemorat neque quidquam de necessitate inter haec nomina intercedente addit. Hoc si Iubam uterque descripsit, nullo modo explicatur; contra si Tryphonem, Pollux Iubae testimonium ab illo appositum ex parte omisisse statuendus est, ut solet non curare testimonia; cf. Poll. § 75 cum Ath. p. 175 e (de monacho): Pollux Iubae verba omisit, ceteroqui cum Athenaeo, h. e. Tryphone, consentit (Rohde p. 26 nix eniquam persuadebit). Athenaeus autem *σκυτάλια* iterum nominare, id quod Tryphonem fecisse e Polluce discimus, dispersedit.

Ceterum Pollux et Athenaeus fere semper in his rebus etiam ubi sententias easdem proferunt, verbis ita discrepant, ut quasi consulto id fieri dicas; e. g. de Epigono Ath. IV, 183 d (ex Iuba) et Poll. IV, 59; de gindra Ath. 174 f et Poll. § 76. Quare non modo Iubam sed ne Tryphonem quidem ipsum ab utroque descriptum esse credo.

Iam apparere opinor Rohdii de Iuba sententiam esse mittendam. Nam si omnino de organis musicis uno fonte usus est Athenaeus, cui reliqui auctores fere omnes debeantur, is non potest esse Iuba, potest esse Trypho. Alii ex eis, quos laudat Athenaeus, in censum non veniunt. Restat autem ut quaeramus, utrum Iuba a Tryphone an uterque iuxta sit adhibitus ab Athenaeo vel eius auctore. Atque videmus Pollucem non modo de eis rebus cum Athenaeo consentire, quarum testem habeamus Iubam, sed etiam de aliis multis idque semel ita, ut cum Tryphone contra Iubam conspiret. Unde sequitur Pollucis auctorem et a Iuba et a Tryphone pendere. Quem si recte ipsum Tryphonem esse coniecimus, Iuba et apud Pollucem et apud Athenaeum Tryphoni debetur. Haec sententia egregie confirmatur eis quae legimus Ath. IV, 182 e: *Θηβαίων δ' εὖρημά φησιν εἶναι Ἴόβας τὸν ἐκ νεβροῦ κώλων κατασκευαζόμενον αὐλόν. ὁ δὲ Τρύφων φησὶ καὶ τοὺς καλουμένους ἑλε-*

φαντίνοῦς αὐλοῦς παρὰ Φοῖνιξιν ἀνατρύθῃναι. Vides Iubae de ὀστεινοῖς tibiis doctrinam a Tryphone de suo auctam; nam illa καὶ coniunctione respicit Trypho ad Iubae uerba ¹⁾).

Priusquam progrediamur uia, paulum in ista de organis musicis disputatione libet commorari.

Mirum sane in modum ab hydraulici descriptione Athenaeus transsilit ad γιγγραῖνοῦς tibiis sola γάρ particula adnectens rem prorsus diuersam. Sed cf. de huius uoculae usu p. 176 f: τοῦς γὰρ ἑλίμους αὐλοῦς —; unde de transitu ad alium fontem facto non esse cogitandum apparet; neque neglegentiae culpandus erat auctor.

Ceterum p. 174 f pro ὁ Ξενοφῶν, cuius nominis de his rebus scriptorem non nouimus, nescio an ὁ Τρύφων sit restituendum; nisi forte idem ille est Xenophon, qui scripsit περὶ Θεόγγιδος ²⁾).

Ad ea, quae p. 176 c—e et 182 e de tibiis e calamis et ex ossibus factis narrantur, cf. Poll. X, 183: καὶ αὐλοῦς ὀστεινοῦς καὶ καλαμινοῦς Ἀριστοφάνης ἔφη — grammaticus sine dubio, nam sequitur Callimachi testimonium. Quid si Aristophanes Byzantius, ut e. g. ὀνομασίας ἡλικιῶν et περὶ συγγενικῶν ὀνομάτων scripsit, etiam in tibiis generibus recensendis Tryphoni praeierit? Quem illius copiis studiose usum esse et Naber docuit in Proleg. ad Phot. et e Pollucis cum Aristophanis fragmentis comparatione, quam instituit Rohde (p. 15 cum notis, p. 16. 17!), elucet. Grauiissimus est locus Ath. XIV, 619 b, de quo infra peculiarem quaestionem instituemus.

Neanthis ἴσθρι cum non nisi p. 175 d e apud Athenaeum obuii sint, hoc testimonium a Iuba, qui ante eum laudatur, appositum fuisse Rohde non sine probabilitate coniecit. Sed σαμβύκην, quam Neanthes inuentam esse tradit ab Ibyco, Iubam tribuisse Syris non debet colligere ex Athenaei uerbis procul dubio corruptis. Nam uerba τὸν καλούμενον λυρογοῖνικα σαμβύκην neutiquam posse coniungi sed lacunam esse

1) Pollux satis habuit priorem observationis partem sublegisse.

2) Bergk ad Bacchyl. fr. 53 coniecit Ξενοφάνης causis non additis. Xenophanes de Lydis testis est apud Poll. IX, 63.

statuendam post *λυροπολινικα* nemo non mihi concedet; diuersa enim sunt instrumenta. Nescimus igitur utrum Iuba etiam de sambuca testis sit uerue. Sed etiamsi hoc uerum sit, Rohde abusus est Suidae, qui s. u. *Ἰβυκος* consentit cum Neanthe, testimonio, ut Neanthen a Iuba adhibitum esse probaret. Nam Diouysius Halicarnassensis Hesychii Milesii auctor cum de Ibyco poeta lyrico scripturus esset, sine dubio non Iubae theatralem historiam euoluit sed eorum libros, qui *π. λυρικῶν ποιητῶν* egerunt. Idem ualet de Suida s. u. *Μαρσίᾳς* et Ath. IV, 184 a. — Accedit quod Suidas de trigoni inuentore dissentit a Iuba; hic enim apud Ath. IV, 175 d Syros, ille Sibyllam (cf. Scamonem apud Ath. XIV, 637 b) nominat.

Capita 83sq. diuersae sine dubio a prioribus originis sunt. Atque quicumque legerit libri XIV capita musica, eundem fontem — opus quoddam musicum amplum doctumque — utrobique subesse sentiet; nam simillimus est narrationis color, ab onomastici indole longe abhorrens, et eidem auctores peripatetici. Accedit uestigium quod detegitur p. 184 f collato schol. Pind. Pyth. II, 127 — *ὁ δὲ Ἐπίχαμος τὴν Ἀθηνᾶν φησι τοῖς Διοσκούροις τὸν ἐνόπλιον νόμον ἐπανλῆσαι, ἐξ ἐκείνου δὲ τοὺς Λάκωνας μετ' αὐλοῦ τοῖς πολεμίοις προσιέναι*. Quid igitur? Didymusne hic latet communis auctor? Eiusdem *πρὸς Ἴωνα ἀντεξηγήσεις* XIV, 634 e laudatur de rebus musicis. Ionis uersus secuntur illud Epicharmi testimonium apud Ath. IV, 184 f!

Transeamus igitur ad **librum XIV**, qui ob argumentorum affinitatem accurate cum libro IV comparandus est. Sophista post conscriptum librum IV nouas de rebus musicis fontes uidetur nactus esse, quibus ad retractandam ex parte materiam uberius et doctius, quam antea potuerat, adduceretur.

p. 616 e *περὶ ἀλλῶν* disputatio incipit. Praemissis uariis quibusdam obseruationibus Tryphonis fragmentum proponitur, ex quo onomastici eius indoles Polluci simillima bene potest cerni: *ἀλλήσεων δ' εἰσὶν ὀνομασῖαι, ὡς φησι Τρύφων ἐν β' ὀνομασιῶν, αἶδε* secuntur nomina alphabetico qui dicitur or-

dine prorsus neglecto; quibus additur: ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ἠύλειτο. Hunc ἀλλήσεων catalogum frustra quaerimus apud Pollucem, qui ἀλλήματα recenset alio ex consilio disposita et distincta. Sed omnes fere, quas Trypho exhibet, ἀλλήσεων ὀνομασίαι apud Pollucem in ὀρχήσεως generibus redeunt IV, 99sq. Hoc non miraberis, si additamenti illius (ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ἠύλειτο) memor comparaueris Pollucis explicationem uocis γίγγρας: πρὸς αὐτὸν ὄρχημα, ἐπώνυμον τοῦ ἀλλήματος; cf. § 105 τετράκιμος τὸ τῆς ὀρχήσεως εἶδος (apud Tryphonem est ἀλλήσις). Ael. Dion. (ex Tryphone uidelicet) apud Eustath. p. 1137, 23: ἐκαλεῖτο δὲ ἐμμέλεια καὶ τὸ ἐπὶ τὴν τραγικὴν ὄρχησιν ἐδόμενον ἄλλημα. Ex his non temere concludere mihi uideor Tryphonem bis haec nomina aulematis et saltationibus communia recensuisse, et in capite, quo περὶ ἀλλήσεων, et in eo, quo περὶ ὀρχήσεων egit: catalogum illum descriptum esse ab Athenaeo, hunc pleniorum et paulo aliter dispositum a Polluce. Quae nostra sententia optime firmatur eo, quod infra Athenaeum, ubi de saltationibus disputat, in omnibus fere cum Polluce consentientem uidebimus nisi quod omisit quae tanquam ἀλλήσεως nomina iam p. 618c recensuit; neque ulla earum Pollucis saltationum, quae Tryphonis aulematis saltationi coniunctis cognomines sunt, apud Athenaeum in saltationum numero recurrit, cum ceteroquin ab eodem auctore pendere utrumque luce clarius perito appareat et a Rohdio accurate per singula nomina demonstratum sit. Nec non diserte respicitur bis ad ἀλλήματα, p. 620e et f, sicut nice uersa apud Pollucem. — Ceterum egisse Tryphonem etiam de saltationibus nemo non pro certo habuerit; accedit ultro quod ille de schemate quodam χορικῆς ὀρχήσεως testis est apud Ath. p. 114f.

Quod uero Rohde Athenaeum caput 27 ex duobus dumtaxat libris exscripsisse putat, non possum ei assentiri. Verum est cum Polluce magis congruere posteriorem capitis partem (inde a uerbis παρὰ δὲ Συρακοσίαις). Sed etiam quae priore parte continentur, fere omnia ac plerumque eodem ordine redeunt apud illum, ut ipse dicit uir doctus. Quas autem

castigat repetitiones et pugnantes iuter se sententias, nullae sunt. Velut ἀπόκινος quod postea μακτρισιμός nominatus est, iude non sequitur μακτρισιμόν nou posse autea diuersum ab ἀποκίνω fuisse (cf. p. 635 a de magadide et sambuca). Porro quae de telesiade narrantur duobus locis, non pugnant sed diuersa sunt atque coniungenda; praeterea ex diuersis auctoribus citantur, quorum alter Hippagoras non occurrit nisi hic, alter Marsyas ab Athenaeo uidetur appositus esse, nam Pollux (et Hesychius s. u. τελεσιάς· ἢ μετὰ ξίφους ὄρχησις ἀπὸ τοῦ ἐφρόντος Τελεσίτου) non nisi Hippagorae explicationem nouit. — Θερμαστρίς quod primum inter ὄρχησις μαγιώδεις, dein rursus inter σχήματα ὄρχησιως (τραγικής, ut ex Polluce discimus) enumeratur, quid offendit? immo neutrubi deesse poterat. — Contra pyrrhicha quod p. 629 f in ridiculis saltationibus, supra p. 629 c in seneris diguisque recensetur, Rohde ipse alio loco recte iude explicat, quod priora illa omnino non ex onomastico sicut posteriora sed ex Aristoxeno (uel potius Aristocle) fluxerint. — Ex onomastico igitur, quod quidem Tryphonis esse e causis expositis persuasum habeo, omnia hausta puto quae inde a p. 629 c (τῶν δὲ ἀπόκινων) usque ad p. 630 a proferuntur excepto Marsyae de telesiade testimonio, quod etiam locum obtinet inopportuno¹⁾.

Restat ut Athenaeum, quamquam parum accurate auctorem suum descripsisse nou potest negari, tamen ab 'incredibilis negligentiae' culpa, quam Rohde ei iniungit p. 30, hic quoque defendamus. Nam quod inter ἰωνικὸν ὄρχημα et illud, quod Artemidi Siceliotae saltant, Athenaeus discernit, Pollux non item, nonne magis est ueri simile confusionem errore esse admissam quam disiunxisse aliquem quae coniuncta inuenerat?

Pollucis explicationem uocis ὄκλασμα· ὄρχημα περσικὸν καὶ σύντονον ex Iuba descriptam esse Rohde iude concludit, quod schol. Thesmoph. 1175 (βαρβαρικὸν καὶ Περσικὸν ὄρχημα ὄκλασμα καλεῖται) Iubam in theatralli historia de hac saltatione

1) Mirum saltationis nomen est illud κρεῶν ὀποκοπή p. 629 f. Corrige: κρεῶν ἀποκοπή coll. Poll. § 105: Μιμητική, δι' ἧς μιμοῦντο τοὺς ἐπὶ τῇ κλοπῇ τῶν ἐύλων κρεῶν ἀλσκομένους.

profuse egisse testatur primumque explicasse, quid istud sit τὸ Περσικὸν ὄκλασμα. Nos qui Iubam a Didymo, Didymum a Tryphone usurpatum esse persuasum habemus, non Iubam ipsum sed qui recepit (fortasse per Didymum) doctrinam eius, Tryphonem a Polluce excerptum esse statuimus. An credibile est Pollucem ex μακρῷ λόγῳ, quem Iuba de hac saltatione instituerat, nihil nisi tria uerba recepturum fuisse, si ipse reuera Manretani thesauros adiisset? Hoc non explicatur nisi excerptoris excerptor fuit.

Ceterum non unum auctorem sequi Pollucem in saltationibus describendis satis perspicuum est.

Sed tandem nos conuertamus ad capita quaedam Athenaei, quae cum propter argumentum ex Iubae theatriali historia petita esse nequeant, et Tryphonis nomine signata sunt et cum Polluce comparata communem Naucratarum fontem aperte produnt: capita dico libri XIV *declinam* et *undeclinam*, quibus carmina popularia recensentur. Statim post ἀλλήσεων catalogum ex Tryphone desumptum eiusdem ᾠδῆς ὀνομασίας sophista adnectit. Distinguendae autem sunt quattuor dumtaxat capituli decimi particulae, quae repetitionibus aut discrepantiis diuersam prae se ferunt originem:

I. Tryphonis: ἱμαῖος ἢ ἐπιμύλιος. ἱστορηγούτων ᾠδῆ ἔλινος (Ericharmus). ταλασιουργῶν ἴουλος.

II. Semi Delii: τοὺς ὕμνους τοὺς εἰς τὴν Δήμητρα οὐλους καλοῦσι καὶ ἰούλους· ἄλλοι δὲ φασιν ἐριουργῶν εἶναι τὴν ᾠδὴν.

IIIa. αἱ δὲ τῶν τιτθεουσῶν κτλ. (Ericharmus).

b. ἢ δ' ἐπὶ τοῖς θανάτοις — ὀλοφρημός· αἱ δὲ ἴουλοι καλ. ᾠδαὶ Δήμητρι καὶ Φερσεφόνη πρέπουσιν· οὐπιγγοὶ δὲ αἱ εἰς Ἄρτεμιν.

IV. Aristophanis Byz.: ἱμαῖος μυλωθρῶν. — ἐν δὲ πένθεσιν ἰάλεμος· λίνος δὲ καὶ αἴλιμος οὐ μόνον ἐν πένθεσιν κτλ.

Iam quaeritur, Tryphonis catalogus utrum non nisi e tribus illis nominibus (ἱμαῖος ἔλιμος ἴουλος) constet an plura, fortasse totum caput complectatur. Illud uel per se non probabile est; hoc et ex enumerationis ratione usque ad finem capituli sibi

constanti et ex Epicharmi mentione duplici uerisimile. Age nunc comparemus, quae Pollux de uariis cantilenarum generibus praebeat (IV, 53 sqq.).

Nomina sine ulla explicatione dat haec: ἴουλοι οὐλαμοὶ οὐπυγγοὶ λίνος. Sequitur ἐπιμύλιος ᾧδὴ ἱμαῖος· καὶ ἱμαλῆς· ὁ δὲ ζῆδων ἱμασιδός (cf. VII, 33 μύλων θρός, μύλων, μύλη, ἐπιμύλιος ᾧδὴ· καὶ προμύλαια θεὸς καὶ εὔνοστος). — Ἀλλήτις ἄσμα ταῖς αἰώραις προσεδόμενον, Θεοδώρου ποίημα τοῦ Κολοφωνίου = Ath. 618 ef. — ἐπιλήγιον deest apud Ath. sicut οὐλαμοί; neque ᾧδὴ sed ἀλῆμα dicitur. ἀλῆματα sunt etiam quae secuntur: πτιστικόν (cum comicorum testimoniis diuersis ab eis quae Ath. de πτισσοισῶν ᾧδῃ affert); ἐρειτικά (desunt apud Ath.); ποιμενικά, ποιμενικόν apud Epicharmum = Ath. βοικολιασμός — μνημονεῖει δ' αὐτοῦ Ἐπίχαρμος. Συβωτικόν (ἔχει μόνον δακτύλοις ἀλλήτικοῖς) deest apud Athenaeum. Denique quod apud Pollucem de Tyrrhenis ex Aristotele narratur: πικτεύουσιν ἔπο ἀλῆ κτλ., breuius apud Ath. IV p. 154 a sub Eratosthenis nomine (ex Posidonio, ut uidetur) exstat, ita ut Eratosthenem haec ex Aristotele hausisse cognoscamus. Pollucem uero non Aristoteli sed Eratostheni uel potius recentiori auctori Eratosthenis copiis uso sua debere nemini non certum erit¹⁾. Eratosthenem autem etiam apud Athenaeum hic deprendimus coll. schol. Apoll. Rhod. 1972:

ἴουλοι δὲ καλοῦνται ἢ πρώτη ἑξάνθησις καὶ ἑκαυσις τῶν ἐν τῷ γενεῖφ τριχῶν· ὁ μέντοι Ἐρατοσθένης ὄνομα ᾧδῆς ἐριθῶν ἀπέδωκεν ἐν τῷ Ἐριθῆ λέγων οὕτω·

ἦν χερνήτις ἐριθος ἐφ' ἑψηλοῦ πετεινῶνος
δενδαλίδας τευχούσα καλοῦς ἴειδεν λούλους.

Οὐκ ἔστι δὲ γῆσι Δίδιμος, ἀλλ' ἕμνος εἰς Δίμητρα, ὡς ὁ οὐπυγγος παρὰ Τροίχησις εἰς Ἄρτεμιν. ἔστι γὰρ οὐλος καὶ ἴουλος ἢ ἐκ τῶν δραγμάτων συναγομένη δεσμῆ καὶ Οὐλὸν ἢ Δημῆτρε· λέγεται δὲ ἴουλος καὶ ζῶόν τι, Θηρίδιον πολέπουν κτλ.

Quod igitur apud Athenaeum ἐριουργῶν uel ταλασιουργῶν ᾧδῆ dicitur ἴουλος, Eratosthenis haec sententia est. Hanc Di-

1) Cf. de Eratosthenicis apud Poll. Rhodium p. 17. 21 sqq.

dymus Semum Delium secutus refutauit. Trypho Didymum descripsit tacito Eratosthenis nomine. Ex eodem Didymo uides fluxisse, quae Ath. p. 619b exstant: αἱ δὲ ἴουλοι — Δίμητρι πρέπουσιν — οὐπιγγοὶ δὲ αἱ εἰς Ἀρτεμιν. Hanc de οὐπιγγοῖς notam praeter Tryphonem (apud Ath.) unus seruauit Photius, nescio an ex Tryphone receptam; qui s. u. ἴουλος docet: — καὶ ᾠδῆς τι γένος ἴουλος· καὶ ὁ προσφιλὴς τῇ Ἀρτέμιδι; ubi restituendum esse patet: καὶ οὐπιγγος ὁ πρ. τ. 1.¹⁾

Semum autem a Didymo adhibitum esse etiam p. 617f — 618b suspicor, ubi duae diuersae συναυλίας definitiones proponuntur, quarum altera Semi est. Utraque enim exstat in schol. Ar. Eq. 9: Συναυλία καλεῖται ὅταν δύο αὐληταὶ τὸ αὐτὸ λέγουσιν ἄλλως· ξυναυλία λέγεται ὅταν κιθάρα καὶ αὐλὸς συμφωνῇ. Item apud Pollucem IV, 83 et schol. Greg. Naz. Stel. II p. 106. Quare Didymo haec omnia tribuere non dubito. — Contra p. 109f, ubi Semus quin ex Tryphone laudetur, uix dubium est, num intercedat Didymus, nequit diiudicari. Tryphonis auctor Semus etiam apud Ath. III p. 109f; cf. 109b.

Consimili ex fonte Pollucem et Athenaeum hausisse ᾠδῆς ὀνομασίας elucet etiam examinata ἱμαίων explicatione. Erant

1) E re uidetur, quomodo 'eundo crenerit' aut mutata 'sit Didymi nota, obiter examinare. Trypho cum rerum uocabularium, non glossarium scriberet, alias uocis ἴουλος significationes missas fecit. Seruauit pro suo consilio Hesychius; qui quae addidit: τινὲς δὲ καὶ τὸν ἐπὶ ταῖς ὕδρῃσι γινόμενον ὄνον — ἴουλον λέγουσιν, cum paene ad uerbum expressa apud Photium redeant (apud quem post γινόμενον excidisse ὄνον apparet), ex Atticistis assumpsisse putandus est; quam uero insuper affert etymologiam: ἀπὸ τοῦ ἰέναι αὐτὰς (τὰς τρεῖσας) οὐλάς, Herodianum sapit neque deest apud Et. M. 472, 26, ubi Didymi nota exhibetur uariis pannis circumdata. Photius autem ex peculiari quodam fonte Didymeis addidit: ὁ ἐν τοῖς ἀρπέλοις σκώληξ et τὸ ἐπὶ ταῖς καρταῖς ἄνθος. Eustath. p. 1221 ad II. Σ 555 quae adiungit ἴουλον explicationi ex Athenaeo petita, aut ex Atticistis aut ex ipso Et. M. desumpsit. Namque apud Atticistas de his rebus copias uberes prostitisse etiam ex Eust. ad II. Σ 570 cognoscitur, ubi Athenaei I. XIV cap. 10 expillasse se confessus: ὡς δὲ καὶ πολλοί, inquit, ᾠδαὶ ἦσαν, ὅσον ἴουλος κτλ., ἐστὶ σὺν καὶ ἄλλαις ἐκ τῶν παλαιῶν ἀναλιξασθαι. Idem ad u. 572 de uocibus μολπὶ et σκαίρειν, ad u. 576 de uerbis δόναξ et ὑπολέριον Aelium Dionysium laudat. Dionysium testatur Et. M. s. u. κίνδαφος.

enim diuersa duo carminis genera, quorum alterum *ἱμαίων*, alterum *ἱμαῖος* audiebat. De illo testis est schol. Ar. Ran. 1332: *ἱμονιοστρόφου οἶον σχοινοστρόφου μέλι, ἃ εἰκόσ ἀνδρα ὕδατα ἀφόμενον ἕδειν· ἱμονία γὰρ καλεῖται τὸ τῶν ἀντλημάτων σχοίνιον, καὶ τὸ ἕσμα, ὃ ἕδουσιν οἱ ἀντληταί, ἱμαίων. Similiter Suidas: ἱμαίων ἕσμα τὸ ἐπὶ τῇ ἀντλήσει λεγόμενον· παρὰ τὸ ἱμᾶν [οἱ δὲ τὸ μνωθρικόν]. Καλλιμαχος Ἐκάλῃ. Καὶ ποῦ τις ἀνὴρ ὕδατηγὸς ἱμαίων ἕδει. Idem s. u. ἱμονιοστρόφου μέλι· ἱμονία καλεῖται τὸ ἀντλητήριον τῶν φρεάτων, ἱμαίων δὲ τὸ ἕσμα· ἱμονιοστρόφου δὲ τοῦ εὐτελέος. Atque Suidam ut eundem fontem sequi, quem scholiastam, ita noui uidisse ipsum scholium manifestum est.*


Alterum carmen commemorant: Suidas gloss. praecedenti: *ἱμαῖος· ἐπιμύλιος ῥῶδή*; idem postquam *ἱμαίων ἕσμα* explicauit, addit οἱ δὲ τὸ μνωθρικόν, prae confundens diuersa. Turpius etiam rem turbauit Hesychius, qui inter pistorii carminis explicationes intrudit uocem *ἐπάντλαιος*: *ἱμαῖος ῥῶδή ἐπιμύλιος [καὶ ἐπάντλαιος] καὶ ἐπίνοστος· ἱμαῖος ἢ ἐπιμύλιος ῥῶδή ἢ σταφύλης εἶδος· ἱμαῖα τὸ ἐπίμετρον τῶν ἀλεύρων κτλ.* — Contra neque Athenaeus neque Pollux aquariorum carmen ullo uerbo attingunt; nec magis Photius, quamquam *ἱμονία* et *ἱμᾶν* ab explicatur; qui uihil praebet nisi haec: *ἱμαῖος· ἢ ἐπιμύλιος ῥῶδή* et *ἱμαιοῖδος· ἢ ἐπιμύλιος ῥῶδή· ἱμαῖα γὰρ ἢ τροφή καὶ τὰ ἐπίμετρα τῶν ἀλεύρων* (uerba noui utique sana). Photium autem hic ut saepius Tryphonis doctrinam ex Aelio Dionysio recepisse docuit Naber p. 78 (cf. quae de *οὐπίγγη* supra diximus). Iam patere puto necessitudinem, quae inter testes hos omnes intercedat, esse haec:

ἱμαίων ἕσμα Didymus explicauerat in commentario Aristophaneo, Callimachi uersum adnotans. *ἱμαῖος* qualis sit cantus, enarravit Trypho Aristophanem Byzantium secutus. Didymi uotam seruauit schol. Rau., Tryphonis Ael. Dionysius, Pollux, Athenaeus. Ex Aelio Dionysio sua hauserunt Photius atque ex parte Hesychius et Suidas; qui alteram partem lexico Didymeo uidentur debere.

Iam quid comparatione inter Naueratitas instituta doce-

mur? Pollucem uidimus in plerisque cum Athenaeo conuenire; nisi quod ex parte de nomiibus solis inter eos conuenit, cum *ἀλλήματα* ille, hic *ῥῥῆς ὀνομασίας* receuseat. Mirum tamen in his quoque eodem ordine uti utrumque: *Ἀλητίας· πτισσοῦσῶν* = *πιστικόν· βουκολιασμὸς* = *ποιμενικόν*. Hic memineris quaeso Athenaeum supra iu saltationum numero non ponere, quae tanquam *ἀλλήσεως* genera antea enumerauerat, Pollucem autem haec quoque inter saltationes referre. Inuersa ratione quas Athenaeus cantilenas dicit, Pollux modos auleticos uocat. Quid igitur? Num dno sumamus auctores, quorum hanc ad tibias utique respicientem Athenaeus iu saltationibus, illum iu cantilenis, Pollux hanc in cantilenis, illum in saltationibus enarrandis adhiberit? Nemini scio istud probatum iri. Immo res primo obtutu mira facile explicatur eadem ratione, qua supra usi sumus: uempe si ea nomina, quibus et saltationes aut cantileuae tibiarnm uoci iunctae et tibiarnm modi significabantur, a Tryphone et iu *ῥρχήσεως* aut *ῥῥῆς ὀνομασίαις* et in *ἀλλήσεων* catalogo enumerata fuisse statuimus, Athenaeum autem et Pollucem (nisi potius eorum auctores) modo hanc modo illam tabulam pro suo quemque consilio maluisse describere. Cf. quae p. 61 notauimus, praeterea Poll. IV, 82 *οἱ δὲ ταῦτα οὐκ ἀλλῶν ἀλλὰ μελῶν εἶδη λέγουσιν*. Hesych. s. u. *τετράκωμος· μέλος τι σὺν ῥρχήσει* (Poll. *ῥρχήσεως εἶδος*, Ath. *ἄλλημα*); idem s. u. *κῶμος· ῥρχησις· ῥσμα*.

De undecimo autem Athenaei capite difficilior est iudicare. Apud Pollucem ex his non nisi Nymphidis narratio occurrit sed in paucissima uerba contracta et alinnde aucta; quae cum Athenaeo congruunt, haec sunt: *Βῶρμος Μαρτιανδύων γεωργῶν ῥσμα, ὡς Αἰγυπτίων Μανέρως*. Ceterum cf. schol. Ap. Rhod. B 781: *ἰδίως τὸν Φρηνούμενον Πριόλαόν φησι, τῶν ἄλλων Βῶρμον λεγόντων τὸν Τιτίου υἱόν, ὡς Νύμφης καὶ Καλλιστρατος*. Eu habes Alexandriorum doctrinam a Didymo, ut uidetur, propagatam, Athenaeo Pollucique per Tryphonem suppeditatam. — Aristoxenum uero Clearcho (ut alibi quoque in Deipnosophistis) deberi inde suspiceris, quod illius testimonia e diuersis duobus libris petita sunt, Clearchum



contra in Ἐρωτικῶν libro carmina amatoria data opera collecta exhibuisse consentaneum est. Athenaeus autem, cum Clearchi libros studiose eum uoluisse manifestum sit, haec quoque propria manu decerpisse mihi uidetur; neque igitur mirum quod desunt apud Pollucem.

Pollucem priusquam missum faciamus, breuiter quae de eo probasse nobis uideamur, comprehendere libet. Westphalii sententiam, qui 'quaecumque de arte iustrumentisque musicis doceat ille, ex Tryphone hausta esse edixit', defendimus contra Rohdium (de Poll. font. p. 66) comparatione Athenaei eadem, qua hic nititur, ut Iubam a Polluce descriptum esse euincat, accuratius et amplius instituta. Quae autem Rohdii argumenta silentio praeterii, ea refutatione non iam egere arbitratus sum. Praeterea Pollucem multis in rebus uidimus peudere a Didymo. Errat igitur Rohde 'Pollucem uel tantum ex Didymo hausisse negans atque pernegans' (p. 8) et 'eosdem fere ac Didymum auctores secutum esse Pollucem' contendens. Hoc solum concedo: ueque ex uno neque ex ipso Didymo Pollucem sua delibasse; sed recepit Didymea per Tryphonem; quem Didymi commentariis usum esse malim credere quam lexico Didymeo.

Pauca notanda sunt de Hesychio contra ea, quae Rohde disputauit p. 51 sqq. Qui ut Athenaeum Pollucemque sua ex eodem utrumque libro transscripsisse, e Iuba nimirum, probaret, et Pollucem et Athenaeum in rebus musicis orchestisticis describendis crebro consentire cum Hesychio demonstrans, cum Iubae doctrinam Didymo debere Hesychium dubitationi exemptum esset, causae propositae satisfacere sibi uisus est. Contra nos couseusum istum sic arbitramur explicandum esse: Eandem Iubae doctrinam Polluci et Athenaeo ex Tryphone (et Didymo), Hesychio ex Didymo affluxisse. Nihil Rohde attulit, quod contra faciat. Immo quod nititur e. g. Hesychio s. u. τετρακῶμος· μέλος τι σὺν ὀρχήσει πεποιημένον εἰς Ἑρακλέα ἐπινίκιον· ἐκαλεῖτο δὲ τέσσαρες κῶμοι coll. Pollucis § 105 ὁ δὲ τετρακῶμος, τὸ τῆς ὀρχήσεως εἶδος, οὐκ οἶδα εἴ τι προσῆχον ἦν τοῖς Ἀθήνησι τετρακῶμοις, οἳ ἦσαν Πειραιεῖς Φαλη-

ρεις Ξυπεταιίους Θυμοιτάδαι — eandem sane uterque sequitur coniecturam, sed Hesychius confidenter profert, Pollucis auctor addubitat: uides Didymi doctrinam a Tryphone cum dubitationis significatione receptam. — Porro mihi fauet, quod satis crebro Pollux et Athenaeus consentiunt cum Photio, quem in his rebus a Tryphone pendere probauit Naber. Sic in explicanda uoce *Θερμαστρίς* (Rohd. p. 53), *σκοπός* et *σκώψ* (id. p. 30); *μεσόκοποι ἀλλοί· οἱ ἐποδεέστεροι τῶν τελειῶν, μέσοι* (Phot. = Hes., cf. Ath. 176f. 182c; Poll. nudum nomen praebet); Phot. s. u. *ἱμαῖος* coll. Tryphone apud Ath. 618c (uide supra disputata). Ad Phot. s. u. *σκώπενμα· σχῆμα σατυρικόν* cf. Poll. § 105 *σιμῖν χειρα· σχῆμα τραγικόν* = Hesych. s. u. De Athenaei cum Photio consensu plura dicemus infra.

Quod uero nonnunquam Pollux et Athenaeus ubertate superantur ab Hesychio, non potest probabiliter explicari, si illi Iubam ipsum describere, Hesychius Didymum. Etenim parcere chartae licet interfuerit Pollucis, at non Athenaei intererat. Immo haec est causa: Hesychii fons, Didymi copiae, illis non iam plenae fluebant utpote per Tryphonis cribrum transmissae. Neque igitur Rohde communis Polluci Athenaeo Didymo fontis documentum petere debuit ex Hesychio s. u. *διποδία· ὀρχήσεως εἶδος — οἱ δὲ διποδισμός· καὶ εἶδος Λακωνικῆς ὀρχήσεως* coll. Ath. p. 630a et Poll. § 101, quorum diuersam uterque huius glossae partem exhibet: etenim apparet Athenaeum et Pollucem non iam e plenis Didymi horreis sua deprompsisse.

Praeterea in explicandis eis instrumentorum nominibus, quae Athenaeus in libro IV recenset, Hesychius saepe nullam cum illo similitudinem habet; quo ex numero sunt e. g. *ἔλμοι γίγγρας πανδοῦρα φώτιγξ*. — De clepsiambis et Athenaeus et Hesychius Aristoxenum laudant sed prorsus diuersa narrant. De pyrrhicha supra (p. 102 not. 1) demonstrauius nihil Iubae posse uindicari. Trypho quid de ea docuerit, nescimus; cum uero Pollux et Hesychius consentiant ac simul discrepent ab Athenaeo, qui non sequitur hic Tryphonem sed Aristoxenum, illi sua uidentur Tryphoni debere et Didymo.

CAPUT III.

De Didymo.

Omissis capitibus Aristoxeneis statim ad l. XIV c. 34 sqq. accedamus, ubi subito Athenaeus ad instrumenta musica redit. De sambuca diximus. Sequitur de magadide, quam IV, 182 d—f paucis attigerat, ampla et docta disquisitio: *πότερον αὐλῶν εἶδος ἢ κιθάρας ἐστίν;* Post catalogum eorum, qui *περὶ αὐλῶν* scripserint nec tamen tibiae genus esse magadin tradiderint, Tryphonis nomine laudantur eadem, quae auctore non nominato leguntur 182 d. Atque magadin tibia dixisse discimus et Aristarchum et Tryphonem. *Λύσειν* autem *τῆς ἀπορίας* dat *Δίδυμος ὁ γραμματικὸς ἐν ταῖς πρὸς Ἴωνα ἀντεξηγήσειν;* qui *μάγαδιν αὐλὸν ἀκούει τὸν κιθαριστήριον κτλ.* Proficiscitur enim disputatione ab Ionis uersu quodam et eius explicatione Aristarchea. Licet corrupta sint uerba *πρὸς Ἴωνα*: hoc tenendum est, in commentario Didymum sententiam suam protulisse. Quid igitur ueri est similis quam Didymum et ipsum ad Ionis uersum sua adnotasse *ἀντεξηγούμενον*? Quapropter uerba, quae sunt *ἔλλείπειν οὖν δεῖ παρὰ τῷ Ἴωνι τὸν τε συνδεσμόν κτλ.*, sine ulla dubitatione Didymo tribuo. Difficilius est de sequentibus iudicare. Sed prius quaerendum, quae ratio intercedat inter caput 35, quod Aristarchi et Tryphonis sententiam continet, et caput 36, quo Didymi doctrina refertur. Primum minime aduersari haec capita inter se contendo contra Rohdinm (p. 47); immo quae in illo proponitur *ἀπορία*, soluitur in hoc. Neque Didymus 'tibiae ullam speciem unquam hoc nomine significatam esse' ullo uerbo negat. Pollux autem non nisi de psaltica magadide loquitur: *μάγαδιν δ' ὀνομάζει Ἄνακρέων, τὴν δ' εὔρεσιν αὐτῆς Κάνθαρος (comicus) Θερξῆι* (item Duris apud Ath. XIV cap. 40) *προστίθεισιν.* Haec si non minus sunt Tryphonis quam quae apud Athenaeum ille docet de magadide tibia — neque est cur de utroque instrumento quin exposuerit, diuersis fortasse locis, dubitemus — non certe Tryphoni debemus. quae leguntur p. 634 f: *ἡ γὰρ μάγαδιν ὄργανον*

ψαλτικὸν Λυδῶν τε εὔρημα. Suntne igitur haec quoque Didymi? Non uideo quid obstet neque Rohde habet, cur 'ante capitis 36 (sic uoluit, non 37) finem' Didymi fragmentum desinere statuatur. Attamen equidem non audeo paginae 635 quidquam ipsi Didymo uindicare nisi Theophili locum¹⁾. Nam ad sententiam eius firmandam reliqua omnia nihil ualent. Quid quod eis quae p. 634f ille docuit: *Λυδῶν εὔρημα* esse magadin, repugnat quod p. 635 b ex Menaechno narratur: Sappho eam inuenisse. Didymus sine dubio suum addidisset iudicium: hic lectori permittitur delectus. Ceterum infra p. 635 e non 'innentam' a Sappho esse *πηκτίδα* (= *μάγαδιν*) Menaechnus dicitur tradidisse sed *πρώτην* illam *χρησασθαι τῇ πεκτίδι*. Haec si accuratius dicta snnt, Menaechnum cum Didymo ita licet reconciliare, ut Lesbiam a Lydis instrumentum illud accepisse sumamus: cf. p. 637 b, ubi diserte distinguitur inter inuentorem sambucae et eam, quae prima usa sit hoc organo.

Sed ut non pugnent sententiis inter se caput 36 et 37, mira tamen est eorundem sententiarum et auctorum repetitio. Atque Rohde cum caput 36 totum Didymo deberi sibi persuaserit, facere non potest quin caput 37 ex 'libro aliquo, in quo de musicis instrumentis ita agebatur, ut Didymi ἀντεξηγήσεις, ubi res ferebat, tantum non uerbo tenus transcriberentur', desumptum esse fingat. Huic 'compilatori' tribuit p. 635 e—636 e = capp. 37—39. Atque laudatur sane in fine capitis 39 rursus Didymus, quem Aristophanis nersum quendam de crepitaculis testem excitasse discimus. Unde Rohde non debebat colligere haec non iam ex ἀντεξηγήσεις sed ex commentario Aristophaneo hausta esse. Nam aperte Didymus dicitur Aristophanem produxisse testem — unde non ad ipsum illum comici uersum ea, quae hic de ostracis traduntur, adnotata sed alio loco exposita fuisse mihi certum uidetur. Nec musicum auctorem, qui hanc Didymi notam seruauit, ex commentario Aristoph-

1) Cf. Hesych. s. u. *μαγάδεις*: *ἀλλοὶ καθαριστήριοι· ὄργανον ψαλτικόν, ὃθεν καὶ τὸ ψάλλειν μαγάζειν λέγουσιν· Ἰων Ὀμφάλῃ κτλ.* Quae ex Athenaeo esse sumpta nemo credet (Schmidt Quaest. Hes. p. CXXV).

phaneo eam expiscatum esse crediderim; sed sumpsit ex continua quadam et copiosa Didymi de rebus musicis commentatione; qualcm in ἀντεξηγήσειν illum condidisse uideamus. At schol. Ran. u. 1305 eandem exhibet Didymi animaduersionem. Quid mirum? Bis eam protulit, fortasse etiam saepius, uidelicet ubi res ferebat — cf. Rohd. p. 51 not. 1. — Praeterea caput 39 artius cum praecedenti cohaeret, quam ut ab alio auctore possit profectum uideri. Transitus fit his uerbis: τὰ μὲν ἑγχορδα τὰ δὲ ἔνιχα; iam illis ante enumeratis de his quae scienda sint, proferuntur. Quare si caput 38 e Didymo haustum esse probauerimus, caput 39 ad idem excerptum pertinere elucebit.

A Rohdio, quod caput 36 propius ad ipsius Didymi uerba putat accedere quam 37, 38, ne in hac quidem re possum non dissentire. Nam siue Didymus sine alius homo doctus fuit, qui primus hos Anacreontis Pindari Aristoxeni Menaechmi Euphorionis locos collegit in unum: sine dubio certo quodam consilio ductus hos potissimum delegit ac iuxta collocauit. Eiusmodi autem consilium Incide apparet in capitibus 37, 38; contra omnino non inuenitur in capite 36 (inde a p. 635 a) itemque ubi tertio excerptus est idem auctor: IV, 152 (cap. 80). Videamus, qua ratione capita 37, 38 sint disposita. Proficiscitur dissertatio ab ἀπορίᾳ quadam, quae insit in Anacreontis de magadide uersibus; etenim huius poetae aetate magadin dici nondum inuentam fuisse. Difficultatem falsa uia soluere conatum esse Posidonium; quem ignorasse magadin esse instrumentum Anacreonte antiquius; hoc autem elucere e Pindari uerbis, qui Terpandro pectidis notitiam tribuat; pectidem enim et magadin perinde esse testibus Aristoxeno et Menaechmo. Pectide autem iam Sappho usam esse, Anacreonte priorem; item Terpandrum Anacreonte antiquiorem fuisse testantibus Sosibio et Hieronymo. Denique omnino τὰ πολίχορδα τῶν ὀργάνων perquam esse uetusta secundum Euphorionem (quorum in numero sit etiam magadis). Esse tamen (cap. 38), qui differre inter se pectidem et magadin dicant, Diogenem tragicum et Phillidem Delium, qui inter alia organa

illas seorsum enumeret addita memorabili magadidis definitione. — Quae secuntur, nunc non curamus.

Contra quae in capite 36 leguntur, quamquam Euphorionis et Aristoxeni uerba pleniora exhibentur, nullo alio uinculo inter se coniuncta sunt nisi quod omnia ad magadin spectant. Praeterea ex parte misere turbata sunt, quae infra optime disposita habemus. Loci Pindarici explicatio (ex Aristoxeno petita) omnino intellegi nequit nisi in auxilium uocato capite 37; Phillidis uerba, quibus magadin describit, hic annexa sunt, ut explicent uocem ἀντίφθογγος; quam prorsus aliter accipiendam esse docet caput 37. Denique ineptum istud διόπερ post illud διό aperte prodit malam compilationem. — Paulo magis accurate ac minus obscurato consilio excerpta sunt, quae IV, 152 de magadide narrantur ex eisdem auctoribus ¹⁾. Euphorionis locus ne hic quidem satis plenus sed ex parte plenior quam duobus reliquis locis. In Aristoxeni uerbis λαμβάναι omissae sunt non nisi librarii errore.

Itaque siue Didymus est siue alius, cui debentur haec Aristoxeni Menaechmi Euphorionis fragmenta, capita 37 et 38 libri XIV aut ipsa exhibent eius uerba aut certe proxime ad ea accedunt; contra IV, 152 et XIV, 634e—635c ex eodem auctore neglecto hic magis illic minus sententiarum conexu male excerpta sunt. Plura de his infra.

Tandem uero priusquam progrediamur, de Didymi ἀντεξηγήσειν dicendum est. Laudatur enim p. 634e Αἰδύμος ὁ γραμματικὸς ἐν ταῖς πρὸς Ἴωνα ἀντεξηγήσειν. Offendit hic πρὸς praepositio, quippe quae nequeat significare quidquam nisi 'contra'. Nam Meineke quod eo confugit, ut Didymum Ionis dicendi genus impugnauisse sumat, quamquam praeter Hesych. s. u. σπῖλον Παρνάσιον etiam Ath. XI p. 468d uti poterat ad commendandam coniecturam suam, tamen ἀντεξη-

1) Nam quod catalogus ille organorum non Phillidis sed Aristoxeni nomine profertur, Aristoxenum Phillide nsum esse sumendum est; si modo fides habenda enumerationis ordini apud Censorin. de mus. GL VI p. 607 'hos secuti musici Timotheus et Polyidos et Hyperides (?) et Phillis et — Aristoxenus'. Ἀριστόξενος καὶ Φίλλης Schol. Plat. Gorg. 451E.

γήσεις Didymus non potuit nominare poetae, debuit interpretum castigationes. Περὶ Ἴωνος scripsit Bato Sinopensis, saec. a. C. II (Ath. X, 436 f); unde M. Schmidt olim: ἐν ταῖς πρὸς Βάτωνα ἀντιεξηγήσεις; sed nescimus num commentarium in Iona Bato scripserit; nam liber περὶ Ἴωνος inscriptus uitam potius poetae, fortasse artem eius enarrasse putandus est. Interpretatur Ionis quosdam uersus apud Athenaeum Ἐπιγένης grammaticus XI p. 468 c; ubi paulo post sequitur: βέλτιον δὲ λέγειν, ὡς φησὶν ὁ Δίδυμος ἐν τῷ τοῦ δράματος (Ἀγαμέμνωνος) ἐξηγητικῷ —. Quid igitur? Si legeremus ἐν ταῖς πρὸς Ἐπιγένη ἀντιεξηγήσεις, non miraremur. Sumamus ergo fuisse: ἐν ταῖς πρὸς Ἐπιγένη εἰς Ἴωνα ἀντιεξηγήσεις, ita ut Epigenis uel alius cuiusdam interpretis nomen omissum sit. Certe quam maxime fuit Didymi Aristarchi interpretationes contra aliorum commenta scrupulosque defendere, id quod hic uidentur fecisse. — Omni certe fundamento caret, quod Bergk proposuit: πρὸς Ἰξίωνα, h. e. Demetrium Ixiona grammaticum, Aristophanis interpretem. Idem iudicandum est de Schmidti, quam Did. p. 303 sq. protulit, coniectura: ἐν ταῖς πρὸς Ἰώβαν ἀντιεξηγήσεις. Nam ut de Iubae ἐξηγήσεις nihil nos comperitum habere omittam, ut, quod apud Athenaeum semper legitur Ἰόβας neque usquam alibi Ἰώβας (Ἰούβας apud Strabonem), nullius faciam momenti: nullo alio argumento nititur Schmidt nisi eo, quod Didymum Iubae et saepius de aliis rebus et semel de organo aliquo musico (u. Hes. s. u. βλίτινρι) aduersatum esse scimus. Rohdium uero, qui accepit Schmidti coniecturam, Iubae nimium tribuere apud Athenaeum supra satis cognominis eiusque argumenta, quibus p. 47 eam defendit, iam refregimus. Primum enim capita 35 et 36 minime inter se pugnant nec Didymum capitum 35 auctori suam sententiam opponere, ut eum castiget, debet statui; dein Tryphonem a Iuba non posse adhibitum esse demonstrauimus, unde apparet caput 35, si omnino, certe non totum Iubae esse.

Iam quis est auctor capitum 37 sqq.? Didymum esse illum persuasum habeo. Etenim spectat caput 37 ad Anacreontis uersum interpretandum item ut caput 36 ad Ionis; nterque

autem uersus capite 35 toti huic de magadide disputationi praepositus est; quae ab his uersibus primo obtutu inter se pngnantibus proficiscitur eo consilio, ut concilientur. Unde qui Ionis uersum interpretetur, eiusdem esse sequentem de Anacreonte disputationem mihi certum nideatur. Posidonii igitur sententiam a Didymo in ἀντεξίγησσειν referri et refntari statuo. Accedit quod ad caput 35 bis in sequentibus spectatur: ad Aristoxenum et ad Phillidem redit oratio. Quod uero ad Tryphonis testimonium non respicitur, Didymus hoc si nouisset, certe silentio praeterire nou potuit; sed non nouit. Athenaeum autem hoc de suo apposuisse facile concedes, quippe qui iam in libro IV hunc Tryphonis locum descriperit. Illic noluit nomen profiteri, quia praecipuo auctore utebatur Tryphone; hic ubi alios sequitur, speciem docti affectat. Reliqua capitis 35 omnia Didymo tribuere non dubito.

Capitis 36 alteram partem ex eodem libro excerptam esse nidimus, cuius uerba accuratius nec tamen plena scruiuit caput 37, 38. Athenaeus igitur, enim in priore excerpto sententiarum nexum se non enrasse intellexisset, alterum fecisse pntandus est¹⁾. — Contra IV p. 182e sqq. eandem Didymi dissertationem excerpit Trypho, quem Athenaeus sequitur in tota illa de organis musicis disputatione.

Caput 40 Rohde et ipsum Didymi ἀντεξίγησσειν deberi censet, quia post excursus alienum sermo redeat ad magadin. Ac profecto ut eundem auctorem hic subesse statuamus, quem in reliqua de hoc organo disquisitione Athenaeus sequitur, suadent omnia: doctrina peripatetica (Artemo, Duris), Aristoclis et Apollodori mentio, poetarum testimonia lyricorum tragicorumque.

Age nunc uideamus cui debeantur, quae in capitibus 34—40 non de magadide sed de aliis rebus musicis exponuntur. Capite 41 alterum Artemonis fragmentum exhibetur; prius, cum de magadide agat, Didymo uindicauimus; hoc uero de tripode

1) Similem in modum p. 621f ex parte antecapiuntur, quae p. 622b sq. pluribus exposita legimus.

sermo fit. Quid igitur? ueri dissimile nunc est Didymum eodem loco etiam de aliis organis musicis disputasse occasione simul oblata? Praeterea Posidonii illa uersus Anacreontei interpretatione Didymum de magadide quaerentem tripodis commonefactum esse satis probabile iudico.

De capite 34 supra diximus: ab eodem auctore nidi-
pendere Hesychium s. u. *σαμβύκη* et Athenaeum. Quem non
fuisse Iubam uel inde cernitur, quod, quae adduntur de sam-
bucina machina bellica, a libro de rebus musicis conscripto
aliena erant nec minus a rerum uocabulario; contra lexicum in-
doli optime conueniunt, quippe quo de nominum uariis signi-
ficationibus agatur; neque abhorrent a commentarii natura.
Quare Didymum hic quoque communem Athenaei et Hesychii
fontem esse arbitror.

Ad sambucam sermo redit p. 637 b (= cap. 40 II). Ibi
quae leguntur, ea in uno libro coniuncta fuisse cum Phillidis
de iambuca uerbis in cap. 35 relatis apparet coll. Hesych. s. u.
*λαμβάναι ὄργανα μουσικά, ἐν οἷς τοὺς λάμβους ἦδον· ἢ δὲ
σαμβύκη ἔτερον ὄψι* (cf. 635 a!) *ἐνερμένον* et Phot. s. u. *λαμ-
βύκη ὄργανον μουσικόν· εἴρηται δ' ἐν ἑτέροις καὶ ὠνομάσθη,
ὡς φασιν, ὅτι πρὸς αὐτὸ λάμβους ἦδον· ἢ δὲ σαμβύκη νεώ-
τερον καὶ ὄψι (!) ὑπὸ Σάμβυκός τινος ἐβρέθη*. Rohde hos
Athenaei locos 'ad auctorem ex Didymo pendentem pertinere'
ratus ad uerum adspirat. Huc facit etiam Semi Delii mentio
p. 637 b facta (uide quae supra p. 121 disputauimus). Ego uero
propter illud *ὄψι* apud Hes. et Phot. etiam Euphorionis uerba
p. 635 a eidem auctori tribuo. Iam cf. ad p. 637 b Phot. s. u.
φοῖνιξ· τὸ μουσικὸν ὄργανον διὰ τὸ ὑπὸ Φοῖνιχος ἐβρέθη; idem s. u. *Φοινικήτι γράμματα* laudat Scamonem *ἐν τῇ δευ-
τέρᾳ τῶν ἐνερμάτων*. Communis hic Athenaei et Photii auctor
quis potest esse nisi Didymus, cui Phillidis et Euphorionis
testimonia aliis de causis iam supra p. 131 adiudicauimus?
Cuius doctrinam Photius fortasse, ut alibi, Tryphoni et Atti-
cistis debet. — Quare nullus dubito, quin totum caput 40 Di-
dymo assignandum sit contra Rohdium.

E Didymo igitur hausta sunt capita 34—41.

Hic observa, quaeso, quae et in his libri XIV capitibus Didymeis et in libro IV p. 182f—183c (usque ad Iubae mentionem) recenseantur instrumenta, ea omnia in catalogo Aristoxeni (uel Phyllidis) utrobique exhibitio inueniri¹⁾. Unde colligas Didymum praemisso Aristoxeni loco singula organa ab illo enumerata deinceps descripsisse. — Platonis autem locus, qui non nisi in libro IV exstat, ubi quid sibi uelit prorsus obscurum est, apte cum illa Artemonis de Timotheo narratiuncula coniunctus fuerit.

Communis horum capitum originis etiam alia sunt uestigia. E. g. cum p. 635a *Θεόφιλος — καὶ τὸ τῆ μαγάδιδι διαψάλλειν μαγαδίζειν λέγει ἐν τούτοις* (= Hesych.) cf. eandem locutionem p. 636d: *Ἐρμιππος τὸ τούτοις κρούειν κρεμβαλλίζειν εἴρηκεν ἐν τούτοις.* — p. 636c *μαγάδιδας — καὶ ἄλλα δ' ἦν παρὰ ταῦτα καὶ βάρβιτος*: cf. IV, 182 *μάγαδις ὄργανον ἔντατον καθάπερ καὶ — βάρβιτος.* p. 636f *Δοῦρις φησιν ὠνομάσθαι τὴν μάγαδιν ἀπὸ Μάγδιος Θρακὸς γένος*: huc respicit p. 637a *οἶδα δὲ καὶ ἄλλο ὄργανον, ὃ τῶν Θρακῶν οἱ βασιλεῖς ἐν τοῖς δέλτοις χρῶνται.* — Ceterum quam lubricum sit apud Athenaeum ex dicendi generibus et locutionum similitudine fontium uestigia certa petere, periti norunt.

Apollodorum cap. 40 laudatum Didymi auctorem depredimus etiam apud Hesych. s. u. *παριαμβίδες· Ἀπολλόδωρος παρὰ τοῖς λάμβοις αὐτὰς φησι πεποιῆσθαι, οἷς οἱ κιθαρωδοὶ ἔδουσιν.* Didymi doctrinam per Tryphonem nidelicet receperunt Poll. IV, 83 *λάμβοι καὶ παριαμβίδες νόμοι κιθαριστῆριοι, οἷς καὶ προσήλουν* et Phot. s. u. *παριαμβοὶ· καὶ παριαμβίδες καὶ ἴαμβοι· νόμοι κιθαρωδικοὶ οἷς προσήλουν.* A pariambide non diuersa est iambuca, de qua Ath. XIV p. 636b eadem traduntur.

Didymus Athenaei auctor quantum debeat Iubae, non possumus discernere. Artemonis π. *ζωγράφων* librum Iuba uidetur adhibuisse secundum Harpocr. s. u. *Πολύγνωτος.* Cum Menaechmi de Sappho testimonio congruunt, quae legimus

1) *Παριαμβίς* p. 183c non diuersa est a iambuca.

epicedion et epitaphion. Nam epicedion est quod dicitur cadauere nondum sepulto, ut: 'Exstinctum nymphae crudeli funere Daphnin'. Epitaphion autem post completam sepulturam dicitur, ut: 'Daphnis ego in siluis hinc usque ad sidera notus'". Sed pro eo quod est *Θρηῆνος* opponit male epitaphion h. e. epigramma, non carmen (uide Hauthal. ad *ψ* Acron. apud Hor. *carm.* II, 1, 37). Ammon. in excerpt. Kulenk.: *ἐπιτάφιος ὁ ἐπὶ τῷ τάφῳ λεγόμενος ἐγκωμιαστικὸς παρ' αὐτῆ τῆ ταφῆ* cum spectet non ad epigramma sed ad laudationem funebrem, Seruio non repugnat. Ceterum quod hic *ἐπιτάφιος λόγος* eodem modo definitur, quo *ἐπικήδειος* apud Tryphonem, cf. Eust. l. l.: *συγγενῶς ἔχει ὁ ἐπικήδειος λόγος τῷ μνηματικῆ καὶ ἐπιταφίῳ*, quibus opponit *Θρηῆνον*. Paulo aliter rem informat Dion. Hal. *μέθοδ. ἐπιταφ.* (V p. 259 Reiske).

Nihil iuuamur scholio Hor. l. l., ubi naeniam *ψ* Acro *ἐπικηδείῳ*, Porphyrio *Θρηῆνω* comparat. Neque magis schol. Ap. Rhod. II, 782 aut schol. Dion. Thracis in Bekk. an. II p. 750 (ex Choerobosco). Omnia miscet Suidas s. u. *ἐπικήδειον*.

Certi igitur nihil ex his antiquae doctrinae ruinis nacti sumus nisi Didymi uestigia apud Proclum et Et. M. Quae paulo latius libet persequi; sunt enim aliae quoque apud Ammonium poesis generum distinctiones ad idem schema conformatae. Velut: *Γαμήλιος καὶ ἐπιθαλάμιος διαφέρει· ἐπιθαλάμιος μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐπὶ τῷ θαλάμῳ τῆς γαμουμένης γραφὴν ποιήμα· ὁ δὲ γαμήλιος οὐ περιώριστα χρόνῳ*. Haec ad uerbum repetit Eust. ad Od. ε u. 432. Minus dilucide Procl. § 21: *καὶ τὰ ἐπιθαλάμια τοῖς ἄρτι θαλαμνομένοις ἅμα οἱ ἦῆθεοι καὶ αἱ παρθένοι ἐπὶ τῶν θαλάμων ἦδον·* quibus opponit *ἕμεναῖον*, a *γαμηλίῳ* non diuersum, quem *ἐν γάμοις ζῆδεσθαι* dicit nec temporis angustiis circumscribit. Huc facit etiam Dion. Hal. V p. 247, quamquam de orationibus, non de carminibus loquitur: *ὁ ἐπὶ τῷ θαλάμῳ λεγόμενος λόγος εἰς καὶ αὐτὸς ὡν τῷ γαμικῷ πλὴν τῷ χρόνῳ διαφέρειν· ἐπὶ τετελεσμένοις τοῖς γάμοις λεγόμενος οὗτος κτλ.* — Apud Proclum id generis etiam exstat *ἐπινίκου* definitio, cui altera pars oppositionem continens deesse uidetur: *ὁ δὲ ἐπινίκος ἐπ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς*

νίκης τοῖς προτεροῦσιν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐγράφετο. Oppositum erat fortasse ἐγκώμιον.

Porro non alienum uidetur de eis quoque distinctionibus carminum disserere, quae non in temporis definitione nituntur. E quibus est apud Ammon. ὕμνος ἐγκώμιον διαφέρει· ὁ μὲν γὰρ ὕμνος ἐστὶ θεῶν, τὸ δὲ ἐγκώμιον ἀνθρώπων. Cf. Procl. 8: εἰς θεοὺς μὲν ἀναφέρεσθαι ὕμνον, προσόδιον κτλ., εἰς δὲ ἀνθρώπους ἐγκώμια, ἐπινίκια κτλ. et infra: ἐκάλουν δὲ ὕμνους καθόλου πάντα τὰ εἰς τοὺς ὑπερέχοντας γραφόμενα (sic lege pro ὑπερέτας coll. Orion. 155, 26); quae recte intelleguntur coll. Et. M. 777, 9 s. u. ὕμνος et Orion. 155, 22, qui copiosiores sunt et laudant fontem suum: Didymum ἐν τῷ περὶ λυρικῶν ποιητῶν. Dissentiunt igitur Ammonius et Didymus, nam ille omnino secernit ὕμνον et ἐγκώμιον (item Thom. Mag. s. u. κῶμος), hic ὕμνον notione comprehendit etiam ἐγκώμια tanquam generis species. Ceterum Didymus haec uidetur exposuisse, cum de Pindari epiniciis loqueretur: uide Eust. ad Dion. Perieg. 1181 sq. ἔστι γὰρ ὅτι ὁ ὕμνος καὶ ἄλλως λέγεται καὶ οὐ μόνον ἐπὶ θεοῦ ἐπαίνου· Πίνδαρος (Ol. II, 1) γοῦν τοὺς ἑαυτοῦ ἐπινίκιους ὕμνους καλεῖ· καὶ Ἀΐσχυλος — καὶ Ἡσίοδος — Εὐριπίδης δὲ — (Sept. 7. Opp. 66. Ion. 6). — Ea habes prorsus similem dissensum atque apud Ammon. s. u. ἐπικήμεος.

Praeterea non nullius pretii nobis erit Ammon. s. u. κίθαρις· κίθαρις καὶ κιθάρα διαφέρει, φησὶν Ἀριστοξένος ἐν τῷ π. ὄργανον (lege ὄργάνων) κτλ. Aristoxeni π. αὐλῶν καὶ ὄργάνων opus apud Ath. p. 634d. 174c. 182f. 184d laudatur atque p. 174c ex Aristocle, reliquis locis ex eodem aut e Tryphone, p. 634d e Didymo. Quid si hic quoque Aristocles uel Trypho Ammonii auctor fuerit, ut s. u. ἐπικήμεος?

Denique usui nobis est Ammon. s. u. κόρδαξ· κόρδαξ καὶ κάρδαξ διαφέρει κτλ.· καλεῖται δὲ ἢ μὲν τραγικὴ ὄρχησις ἐμμέλεια, σείκις δὲ ἢ σατυρικὴ, κόρδαξ δὲ ἢ κωμικὴ. Extrema ab Aristoxeno in libro π. τραγικῆς ὄρχησεως esse prolata docet Bekk. An. 101, 17; repetita autem erant ab Aristocle ἐν τῇ περὶ χορῶν: Ath. XIV, 630b coll. I, 20e (uide diss. nostr. p. 96 sq.).

Iam si disputationis summam reputamus, omnia fauent statueutibus nobis Tryphonem apud Ammonium s. ù. *ἐπικρί-
δειος* Didymi doctrinam proferre atque huic de suo opponere Aristocleam. Sic optime explicatur, cur apud uuum Eusta-
thium Aristoclis uerba redeant, quippe qui Ammonium de-
scripserit; nam reliquos auctores non a Tryphone sed ab ipso
Didymo pendere consentaneum est. Ammonium uero non
ipsum Aristoclis uerba apposuisse sed ex Tryphone accepisse
inde manifestum est, quod etiam apud Athenaeum Trypho et
Aristocles iuxta comparent; nam frustra circumspicimus tertium
auctorem, cui ambos debeat et Ammonius et Athenaeus.

Sed restat diiudicanda quaestio quaedam, quam mouit
Rohde p. 63 neque iusta ratione soluere conatus est. *Ἐμ-
βάρας* comicorum uocat histrionum calceamenta Pollux § 115,
tragicorum *ἐμβάδας*. Contrarium affirmant Ammonius p. 49
Valck. —; item Suid. s. u. *Ἀισχύλος*. Contra item ut Pollux
ἐμβάδας tragicis tribuit schol. ad Dionys. Thrac. in Bekk. An.
II, 746, 18.² Rohde hic quoque Iubam Pollucis auctorem esse
contendit. Sed quid faciamus Suida, qui in rebus scaenicis
Iubae doctrinam e Dionysii musica historia acceptam referre
solet putari (uide ipsum Rohdium p. 79)? Rohde Didymum
in hac re a Iuba dissensisse sumit; sed Ammonium et Sui-
dam Didymi esse sectatores non probauit. Immo illud si recte
dicit, Suidam et Ammonium Iubae sententiam, Pollucem e
Tryphone Didymeam recepisse statuendum est. Tryphonem
suae discipulumque eius Habrouem scimus in usum uocatum
esse a scholiastis Dion. Thracis (uide M. Schmidtium Philol.
VIII p. 247). — Reliqua, quae affert Rohde l. l., nos ita ex-
pedimus, ut Tryphonem a Didymo dissensisse statuamus.

Unum habeo addendum contra ea, quae Rohde p. 43 argu-
mentatur. Nam quod 'eorum quae de rhapsodis homeristis
hilarodis magodis ex Aristocle narrat Ath. p. 620 b — 621 d,
nihil omnino legitur apud Pollucem' quodque 'in p. 620 e.
621 b c. 622 a b quaedam narrantur a Pollucis placitis aperte
diuersa', minime idcirco sequitur etiam Iubae Aristoclem fuisse
ignotum, id quod per se satis incredibile est; sed ut omnino

de his rebus egerit Iuba nec dissentire potuerit in quibusdam ab auctore suo, Pollucem certe alium sequi fontem atque in his capitibus Athenaeum fateudum est: Tryphouem dico, quem saepius ab Aristocle diuersa tradere uidemus.

CAPUT V.

De libri I capitibus 24—36.

Dioscoridis de heroum moribus dissertationem sequitur inde a p. 14 a uaria de saltationibus et saltatoribus farrago, cuius initia scite homericis illis capitibus ita inserta sunt, ut a rei musicae, qualis prisca aetate fuerit, contemplatione sensim traducamur ad posteriora tempora et artes ipsas. Diuersis autem e fontibus Homericis illa et haec sequentia, quae Homerum iam nihil curant, orta esse per se patet. Illa enim ex auctore sunt petita, qui omnem herouum uitam describendam sibi sumpserat, haec ex libro de saltatione similibusque artibus conscripto. Atque tractatur I. σφαιριστική, II. ὄρχησις ἄνευ σφαίρας, III. πλάνοι et θανματοποιοί, IV. rursus saltationes usque ad p. 22 c.

Quibus in capitibus fontinum uestigia rara atque obscura sunt. Pag. 15 d qui intercalatur de τροπή ὑπορχηματικῆ excursus, peripateticam sapit doctrinam; hyporchema quod dicitur floruisse ἐπὶ Ξενοδήμου καὶ Πινδάρου, conuenit Plut. π. μουσ. 9^b W., qui ex Heraclide Pontico totus ibi pendet.

Pag. 20 c τὸν ἐφ' ἡμῖν φιλόσοφον ὄρχηστὴν Μέμφιν ἐκάλεσαν. Ad hunc locum Schweigh. affert Capitol. uit. Veri imp. cap. 8: 'habuit et Agrippam bistrionem, cui cognomen erat Memphi, quem e Syria nelut trophaeum parthicum adduxerat'. Ergo ἐφ' ἡμῖν est circa Veri tempora. Bellum autem parthicum gerebatur iutra annos 162—165; Verus † 169. Athenaeus autem scripsit c. 200 aut prius (uide Rudolphi de Aeliaui fontibus dissert. Lips. 1884 = Stud. Lips. uol. VII p. 5 sqq.). Negari igitur nequit potuisse ipsum sophistam adolescentem

Agrippae illius artem spectare; quod si uerum est, istud ἐφ' ἑμὴν Athenaeo ipsi abiudicare non ausim. Ceterum quod τὴν περὶ θαλάσσιον φιλοσοφίαν ostendisse dicitur saltatione sua Memphis ille, cf. quae infra p. 20 f de Socrate leguntur: hunc quoque talem (h. e. φιλόσοφον) ὄρχησιν adamasse; et memento eorum quae diss. nostr. p. 106 diximus.

Iuba laudatur p. 15 a de quodam ludi pilarii genere: ἐκαλεῖτο δὲ φαινίδα ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων ἢ ὅτι εἰρετις αὐτῆς, ὡς γησιν Ἰόβας ὁ Μανροῦσιος, Φαινέσιος ὁ παιδοτριβῆς· καὶ Ἀντιφάνης· φαινίδα παίζω νῆστις (sic Cobet pro ἦστις) ἐν Φαινέσιου (cf. paulo supra similem observationem de folliculo). Veriloquium ab inuentoris nomine petitum etiam Pollux exhibet sed nominis forma differt: IX, 105 φαινίδα εἴρηται ἢ ἀπὸ Φαινίδου τοῦ πρώτως εἰρόντος ἢ ἀπὸ τοῦ φενακίζειν κτλ. — Athenaei duplex explicatio ad uerbum fere expressa redit inter alias apud Et. M. s. u. Φέννης p. 790: παιδιὰ — ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων ἢ ἀπὸ τοῦ φενακίζειν (= Poll.) ἢ ἀπὸ Φαινέσιου τοῦ ἑφερόντος αὐτῆν. — Eust. ad Od. ♀ u. 372 ante Athenaei uerba ex integra, qua nos caremus, epitoma excerpta pilariae artis genera quattuor describit ita, ut fere omnibus numeris congruat cum Polluce atque etiam in ipso enumerationis ordine cum Schol. Plat. Theaet. 146 a. Atticistae igitur communis sunt fons horum auctorum. Quid quod illud ἀπὸ τοῦ φενακίζειν ueriloquium (apud Poll. et Et. M. et Hesych. u. ἑφετίνδα) Eustathius τοῖς παλαιοῖς tribuit uituperans. Τοὺς παλαιοὺς idem laudat ad Od. ζ p. 251, 20, ubi: ἑφετίνδα λέγεται, παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὅταν ἄλλω προδείξαντες τὴν σφαῖραν ἄλλω ἐφῶσιν; neque igitur mirum quod congruit Phot. s. u. ἑφετίνδα: uterque Atticistas sequitur. Dein pergit Eust.: ἰ, δ' αὐτὴ καὶ φέννης ἐλέγετο κτλ.; quae eisdem fere uerbis sed breuiora redeunt apud Phot. s. u. φέννης. Parcius etiam hanc uocem explicat Et. M. ex Orione, qui Helladium sequitur: φέννης· παιδιὰ διὰ σφαίρας. Naber ad Phot. l. l. Atticistas e Pamphilo putat hausisse. Ego de Pamphilo nihil spondeo sed malo de Didymo cogitare, praesertim propter Hesychium. Certe illa de φενα-

κίζειν etymologia cum apud Pollucem quoque exstet, quem Atticistas expilasse neque notum neque probabile est, antiquiori grammatico tribuenda est, Tryphoni dico uel Didymo¹⁾. Implicite inest eadem in Athenaei uerbis, nam ad illud ἀπὸ τῆς ἀφθέσεως intellegendum est *γενναικῆς*. — Utut uero est, artior inter Athenaeum et Pollucem necessitudo et ex communi inuentoris mentione et inde apparet, quod uterque cum ἀρχάζειν uel ἀρχαστόν uoce coniungit illud *φαινίνδα*. Simul artius cohaerent Ath. et Et. M. Quare Didymi uestigia hic apud Athenaeum cernere mihi uideor.

Haec quae de ludis pilariis narrantur, putares hausta esse ex opere aliquo *περὶ παιδιᾶς* inscripto, quale Suetonius con-diderat. Sed obstat quod *σφαιριστική* ars hic quasi pars orchesticae tractatur, ut ab illis capitibus, quibus de saltatione agitur, separari haec nequeant. Vide inprimis cap. 25 init., cap. 27 init.

Mimi *πλάνοι θανατοποιοί* quo ex fonte recenseantur, diindicandum est collatis libri XIV capp. 2—6, ubi rursus *γελωτοποιοί πλάνοι* alii id genus artifices enumerantur et redeunt complura, quae in l. I commemorata erant. Hanc materiam cum musicis capitibus non casu coniunctam esse inde concludas, quod et utroque loco illis adhaeret²⁾ et maxime ad scaenicam actionem spectat. Similia sunt quae XIV cap. 13sq. exponuntur de *ίλαρωδοῖς, δεικελισταῖς, αὐτοκαθδάλοις*. Cum eis, quae p. 19fsq. ex Aristoxeno laudantur de Eudico Stratone Oenona, compara XIV p. 635 b: *Ἀριστόξενος δὲ φησιν, ὡσπερ τῶν ἑξαμέτρων τινὲς ἐπὶ τὸ γελοῖον παρωδίας εὔρον, οὕτω καὶ τῆς κίθαρωδίας πρῶτος Οἰνώπας* (nomen alterutro loco corruptum) et uide nostr. diss. capituli III finem. Neque uidentur haec spectacula defuisse e. g. in Rufi musica historia; in qua agebatur *περὶ τε ὀρχηστῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς θεάτροις ἀγωνιζομένων*.

1) Didymum compilatum hic esse a Polluce etiam Freyer statuit Stud. Lips. V p. 359.

2) I, 34 ducit agmen *σφαιριστής!*

Ceterum multa, quae hic narrantur (eorum maxime, quae exstant in l. XIV), alienae originis sunt neque ex musico auctore petitae sed ex Hegesandro similibusue uariorum scriptoribus. Hegesandri testimonium etiam p. 621 a musicae disputationi infertum est¹⁾.

Extremis p. 20 a uerbis indicantur *πλάνοι*, de quibus in l. XIV plura docentur.

p. 614 d *Ἰεπόλυτος ὁ Μακεδὼν ἐν τῇ πρὸς Ἀγκέα ἐπιστολῇ*: haec tota prostat libri IV initio; ubi p. 130 c eadem leguntur.

Ib. *ἐν γούν τῷ Διομέων — πέμπωσιν αὐτῇ*: eadem Hegesandro teste VI, 260 b breuiora. Ceterum *Δημοσθένης ὁ ἤγτωρ ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς* errore dictum uidetur pro *Θεόπομπος ἐν τ. Φ.*, quippe qui p. 260 laudetur.

p. 614 e *Δημήτριος ὁ πολιορκητής*: eadem p. 261 b, ubi tamen alia narratio sequitur; 246 d. 253 a.

p. 615 a *Σύλλας — προεῖρηται*: VI, 261 c ex Nicolao.

CAPUT VI.

De libri XV capitibus musicis.

De scoliis commentatio orditur a libri XV p. 694 f. Laudatur de his *Ἀρτέμων ὁ Κασανδρεὺς ἐν β' βιβλίῳν χρήσεως*. Qui scripsit non ita paulo post annum 100 circiter a. Chr. (Ath. XII, 515 d. Suet. gramm. 7), fortasse ante annum c. 80, fortasse ante Iubam Mauretanum: uide Muellerum FHG IV, 340.

Artemonis uerba inde a *τριῶν γενῶν ὄντων, ἐν οἷς κτλ.* usque ad *σχόλιον ἐκλήθη* congruunt cum Dicaearchi sententia apud Schol. Plat. Gorg. 451 E tradita: *σχόλιον λέγεται ἢ παροίνιος ᾧ δῖ, ὡς μὲν Δικαίαρχος ἐν τῇ περὶ μουσικῶν ἀγώνων, ὅτι τρία γένη ἦν ᾧ δῶν, τὸ μὲν ὑπὸ πάντων ἀδόμενον, (τὸ δὲ)*

1) I p. 19 c Hegesandrum hausisse ex Aristodemi *γελοίοις ἀπομνημονεύμασι* cognosces coll. p. 244 f et 338 a. 345 d. 595 a. 246 d.

καθ' ἓνα ἐξῆς, τὸ δὲ ὑπὸ τῶν συνετιωτάτων, ὡς ἔτυχε τῇ τάξει· ὁ δὲ καλεῖσθαι σκόλιον. Dicaearchi igitur sententiam Artemo refert. Pergit schol.: ὡς δὲ Ἀριστοξένος καὶ Φίλλης ὁ μουσικός, ὅτι ἐν τοῖς γάμοις περὶ μιαν τράπεζαν πολλὰς κλίνας τιθέντες παρὰ μέρος ἐξῆς μυρρίνας ἔχοντες ἢ δάφνας ἴδον γνώμας καὶ ἐρωτικὰ σύντονα· ἢ δὲ περίοδος σκολιὰ ἐγένετο διὰ τὴν σύνθεσιν τῶν κλινῶν [ἐπὶ οἰκημάτων πολυγώνων οὐσῶν καὶ τοῦτω καὶ τὰς ἐπ' αὐτὰς κατακλίσεις παραβύσιους γενέσθαι]!). — Οὐ διὰ μελοποιίαν οἶν, διὰ δὲ τὴν τῆς μυρρίνης σκολιὰν διάδοσιν, ταύτη καὶ τὰς ῥόδας σκολιὰς καλεῖσθαι. Ex his apud Ath. redeunt illa: σκόλια δὲ καλοῦνται οὐ κατὰ τὸν τῆς μελοποιίας τρόπον ὅτι σκολιὸς ἔην· λέγουσι γὰρ τὰ ἐν ταῖς ἀνειμέναις εἶναι σκόλια. Deest Aristoxeni sententiā.

Varias scoli uocis etymologias dederat Didymus secundum Et. M. 718, 35: διαφόρους ἐτυμολογίας φησὶν Δίδυμος ἐν γ' τῶν Συμποσιακῶν. Ex his num sit una illa, quae interposito Ori nomine addita est: ἀπὸ τοῦ μεθύουσι καὶ σκολίως ἔχουσι τὰ αἰσθητήρια ζῆδεσθαι, dubium potest uideri; certe tale quid aliunde attulisse, non ipse inuenisse putandus est Didymus. Expectamus autem Dicaearchi et Aristoxeni placita illi non esse praetermissa. Quaeramus igitur, numquid e Didymi copiis seruatam sit apud schol. Aristophanis.

Schol. Ar. Nub. 1367 Df: — Δικταρχος ἐν τῷ περὶ μουσικῶν ἀγώνων· ἔτι δὲ κοινόν τι πάθος φαίνεται συνακολουθεῖν τοῖς διερχομένοις εἴτε μετὰ μέλους εἴτε ἄνευ μέλους, ἔχοντας τι ἐν τῇ χειρὶ ποιεῖσθαι τὴν ἀφήγησιν· οἳ τε γὰρ ζῆδοτες ἐν τοῖς συμποσίοις ἐκ παλαιᾶς τινος παραδόσεως κλῶνα δάφνης ἢ μυρρίνης λαβόντες ζῆδουσιν. Videmus Dicaearchum alio libri περὶ μουσ. ἀγώνων loco rem paulo aliter enarrasse; neque tamen ullo modo pugnat secum.

Schol. Vesp. 1231: — οἳ δὲ φασιν ὡς ἔθος ἔην τὸν μὴ δυνάμενον ἐν τοῖς συμποσίοις ζῆσαι, δάφνης κλῶνα ἢ μυρρίνης λαβόντα πρὸς τοῦτον ζῆδειν. ἔνιοι δὲ φασιν ὡς ἐκ τοῦ ἐναν-

1) Desunt haec apud Suidam; uncis seclusi ut interpretamentum alienum ineptumque.

τιον προσηγορεύθησαν σκόλια τὰ παροιμία μέλι· ἀπλᾶ γὰρ αὐτὰ ἔχρηγ' εἶναι καὶ εὐκόλα ὡς παρὰ πότον ἡδόμενα. οἷκ' εὖ δὲ τοῦτο· τὰ γὰρ δύσφημα ἐπὶ τὸ εὐφημότερον μεταλαμβάνεται, οὐ μὴν τοῦμπαλιν· ἀλλ' ὅτι οἷκ' ἀπὸ τοῦ ἔξης ἡ λύρα τοῖς συμπόταις ἐδίδοτο ἀλλ' ἐναλλάξ, διὰ τὴν σκολιὰν τῆς λύρας περιφορὰν σκόλια ἔλεγτο. — Habes secundo loco posita uerba Dicaearchi illis apud Schol. Nub. simillima; ceterum ante ἦσαι excidisse uerba πρὸς κιθάραν manifestum est; uide Hesych. s. u. *μυρρίνης κλάδος* ¹⁾). Ipsius Didymi uocem agnoscis in uerbis οἷκ' εὖ δὲ τοῦτο, quibus solet ille uti aliena impugnans. Quae claudit agmen explicatio, eam Didymus ipse uidetur tueri; discernenda autem est ab illa, quam Dicaearchus apud schol. Plat. (= Ath.) dat; nam ἐναλλάξ et ὡς ἔτυχεν prorsus diuersa significant: illud enim certum ordinem, hoc nullum.

Didymo etiam Hesychium sua debere nostro iure suspicamur. Qui praebet: σκόλιον ἡ παροιμία ἡδὴ, οὐ διὰ τὴν μελοποιίαν· ἀλλ' ὅτι οὐχ ἅπαντες ἴδον αὐτὰ ἀλλὰ μόνον οἱ συνετοί. Posteriora non ipsius Didymi sed Dicaearchi sententiam continent; priora autem reiciunt omnes etymologias a musica carminis indole petitas, ita ut complectantur damnatione eam quoque, quam Didymus apud schol. Vesp. singulariter refutat, explicationem ἐκ τοῦ ἐναντίου· ἀπλᾶ γὰρ καὶ εὐκόλα —: cf. Ath.

E Didymo pleraque quae de poesis generibus disputat, hausisse Proclum constat. Qui haec profert: τὸ δὲ σκόλιον μέλος — ἀνειμένον ἐστὶ τῇ κατασκευῇ καὶ ἀπλούστατον μάλιστα· σκόλιον δὲ εἴρηται οὐχ ὡς ἐνίοις ἔδοξε κατὰ ἀντίφρασιν (τὰ γὰρ κατὰ ἀντίφρασιν ὡς ἐπίπαν τοῦ εὐφημισμού στοχάζεται, οἷκ' εἰς κακοφημίαν μεταβάλλει τὸ εὐφημον). ἀλλὰ διὰ τὸ προκατελιμμένων ἤδη τῶν αἰσθητηρίων καὶ παρειμένων οἴνω τῶν ἀκροατῶν τηρικαῦτα εἰσφέρεισθαι τὸ βάρβιτον εἰς τὰ συμπόσια καὶ διονυσιαζόντα ἕκαστον ἀκροσφαλιῶς συγ-

1) Verba scholiastae simul cum isto errore recepere Hes. s. u. ἄδων πρὸς μυρρίνην, Zenob. I, 19, App. Prou. I, 5.

κόπτεσθαι περὶ τὴν προφορὰν τῆς ῥόδης· ὅπερ οὖν ἔπασχον αὐτοὶ διὰ τὴν μέθην, τοῦτο τρέψαντες εἰς τὸ μέλος σκόλιον ἐκάλουν τὸ ἀπλούστατον. — Primo loco quae describitur μελοποιίας indoles, conuenit cum eis, quae apud schol. Vesp. et Athenaeum leguntur. Nominis autem deriuatio inde petita statim refutatur eadem causa allata atque in schol. Vesp., ut Didymus quin hic quoque lateat, dubitioni exemptum sit. Iam uero commendatur illa explicatio, quam inuenimus apud Et. M.; quae uidetur inter alias a Didymo apposita sed non, opinor, probata esse.

Eam, cui Didymus aduersatur, sententiam — scilicet nomen deriuandum esse a μελοποιίας indole siue, quod uere σκολιά sit, siue ἐκ τοῦ ἐναντίου h. e. eodem modo, quo lucum a non lucendo deriuant — praeter eos, qui apud schol. Vesp. audiunt ἔνιοι, et eos, de quibus Athenaeus loquitur, tuentur schol. Plat. alterum (Oxonienſe), Suidas, Eustathius. Suidas autem sine ex fonte aliquo hausit, qui coniecta exhibebat utriusque scholii Platonici argumenta sed uerbis modo pluribus modo paucioribus prolata.

Propria quaestione eget Plutarchi locus Q. Symp. I sub finem: — τὰ σκολιά φασιν οὐ γένος ἁσμάτων εἶναι πεποιημένων ἀσαφῶς, ἀλλ' ὅτι πρῶτον μὲν ἦδον ῥόδην τοῦ θεοῦ κοινῶς ἅπαντες μιᾷ φωνῇ παιανίζοντες, δεύτερον δ' ἐφεξῆς ἐκάστῳ μυρσίνης παραδιδομένης, ἣν αἴσακον, οἶμαι διὰ τὸ ἄδειν τὸν δεξάμενον, ἐκάλουν· ἐπὶ δὲ τοῦτο λύρας περιφερομένης ὁ μὲν πεπαιδευμένος ἐλάμβανε καὶ ἦδεν ἀρμοζόμενος, τῶν δ' ἀμούσων οὐ προσιεμένων σκόλιον ὠνομάσθη τὸ μὴ κοινὸν αὐτοῦ μηδὲ ῥάδιον. Ἄλλοι δὲ φασὶ τὴν μυρσίνην οὐ καθ' ἑξῆς βαδίζειν ἀλλὰ καθ' ἕκαστον ἀπὸ κλίνης ἐπὶ κλίνην διαφέρεισθαι· τὸν γὰρ πρῶτον ἄσαντα τῷ πρῶτῳ τῆς δευτέρας κλίνης ἀποστέλλειν, ἐκείνον δὲ τῷ πρῶτῳ τῆς τρίτης, εἶτα τὸν δεύτερον ὁμοίως τῷ δευτέρῳ· καὶ τὸ ποικίλον καὶ πολυκαμπές ὡς ἔοικε τῆς περιόδου σκόλιον ὠνομάσθη.

Initio uides reici illam ἀπὸ μελοποιίας explicationem. Sequitur Dicaearchi doctrina clarius largiusque quam alibi exposita; atque σκολίων nomen ab illo eis solum carminibus dari

cognoscimus, quibus cithara succinat. Denique de secundo cautum couuiualium genere accuratiora quaedam traduntur; quae, simillima sunt Aristoxeni uerbis apud schol. Plat. prolatis — nam quod hic *ὄ καθ' ἑξῆς ἀλλὰ καθ' ἕκαστον*, illic *παρὰ μέρος ἕξῆς* legitur, nou re sed sola locutione differt. Nec minus pungit oculos consensus, qui intercedit inter illa Plutarchi et extrema Schol. Vesp. uerba; nisi quod his de lyra, apud illum de myrrhina sermo fit; optime autem conuenit illud *ἐναλλάξ* cum Plutarchi *ἀπὸ κλίνης ἐπὶ κλίην*, nam *ἐναλλάξ* uocabulo certus quidam ordo significatur, nou *ἀταξία* (Ath.). Unde apparet errore factum esse, ut apud schol. Vesp. de lyra diceretur, quod de myrrhina erat praedicandum. Nempe ad lyram cum non omnes sed periti solum cauerent, certus ordo non poterat teneri. Aristoxeni igitur doctrina latet etiam in schol. Vesp. sed corrupta nec intellecta.

Pollucis loco VI, 108 quid faciamus, non liquet; ceterum cf. quae diss. nostr. p. 111 de *ψῆδος* poculo diximus. — De schol. Luc. pro lapsu 10 uide Muellerum (FHG) ad Dicae. fr. 43. Photius ad uerbum congruit cum Dicaearchi et Aristoxeni sententiis apud Suidam traditis; quas scholiastae Platonis et Photio e lexico Platónico (Boethi) affluxisse probabile est (cf. Nab. ad Phot. s. n. *σκόλιον*)¹⁾.

Omnes quas recensuimus scoli explicationes a Didymo uidentur appositae fuisse, nam comparent apud eius sectatores; qui, cum alius aliam retinuerit, consentiunt in damnanda illa etymologia a musica carminis indole petita. Atque etiam Plutarchum a Didymo pendere inde praesidium acquirit nouum, quod *αἴσακος* ille redit apud Hesychium: *ὁ τῆς δάφνης κλάδος, ὃν κατέχοντες ἔμνον τοὺς θεούς*. Athenaeus autem cum et eos nituperet, qui *διὰ μελοποιίαν σκόλιον* uocatum istud carminum genus putent, et afferat Dicaearchi sententiam, prorsus congruit cum Hesych. s. u. *σκόλιον*; iam Artemouem inter Didymi auctores deprehendimus apud Ath. XIV, 636 e, nisi uos una cum Rohdio fefellit coniectura diss. nostr. p. 131 prolata.

1) Pausaniam laudat de scoliis Eust. ad II. B' u. 711.

Quid igitur? Dicaearchi sententiam uonne Didymus Artemoni, Athenaeus Didymo debere iudicandus est? Fortasse non casu accidit, quod etiam p. 636 (b) Dicaearchi testimonium praecedit.

Post pretiosa illa de scoliis capita orditur quaestio, Aristotelis in Hermiam carmen paeauumue sit an scolorum generi attribuendum. Atque enumerantur *παιᾶνες* multi, qui cum habeant τὸ παιανικὸν ἐπίρρημα, pro certo huic poesis generi uindicantur. Deiu a seriis carminibus ad lasciuiora trausitus fit iocosus. Iam resuscitatur quaestio supra p. 669 et 671 indicata: quid sit ὁ σαρβηγέων χορός? Responsum datur Clearchi uerbis p. 697f (iude a *λείπεται* uoce usque ad *Θεαίης*). Qui uero subsequitur Matronis parodi locus, quo modo cum antecedentibus cohaereat, omnino non uideo. Quare falso arbitror Schweigbaeuserum dicere: 'Matronis locus Clearchi, non Cynulci est' (C. is est qui loquitur deipnosopbista). Est autem hoc alicuius momenti ad fontium analysin recte iustituendam; uam sequitur disputatio de parodiarum scriptoribus nullo alio uinculo adnexa nisi illo Matronis parodi testimonio; quod ex eodem libro desumptum puto, ex quo parodorum euarratio fluxit, non igitur ex Clearcho, nam de parodis laudatur Polemo. Maxime certe mirum esset propter parodi alicuius mentionem fortuito factam in Clearchi uerbis statim doctam de parodis dissertationem adici; quod minime mirum, si ex eodem haec excerpta est libro, cui debentur, quae de colabris aliisque lenioribus poesis generibus narrantur supra. Hic memineris quae etiam in libro XIV p. 638sq. de parodiis et de cantibus lasciuis iuxta sermonem fieri; ibidem Clearchus testis. Non temere igitur hic de eodem atque illic fonte cogitabimus.

Interposita de lampadum uocinibus commentatione, quam ex oromastico desumptam esse patet, redit sermo ad illud ἐν παιῶν ἐπίρρημα, de quo Clearchi sententiae opponuntur Heraclidis commenta; quae cum reiciantur praeter illa, si etiam refutationem hanc Clearcho tribuimus, non uimis audaces uidebimur. Denique Ariphronis εἰς Ὑγίειαν παιῶν commemoratur, post quem fuitur liber in extremis lacuosus et gra-

uiter corruptus. Hanc alteram de paeane commentationem cum priore illa olim coniunctam fuisse atque utramque ex uno libro apud Athenaeum excerptam esse per se probabile est. Ac Val. Rose (Arist. pseudep. p. 598) Didymum putat de paeanibus deque Aristotelis in Hermiam carmine egisse in libro *περὶ ποιητῶν* inscripto neque aliunde sna petiuisse Athenaeum. Cui coniecturae fauet, quod in scolorum illa definitione Didymi uestigia detegere nobis contigit. Neque qui cum Nabero 'quidquid snperest e Polemone, Didymo deberi' persuasum habent (praef. ad Phot. p. 12) ¹⁾, ea quoque, quae de parodis discimus, Chalcentero uindicare dubitabunt. Didymus autem usurpauit fortasse inter alios Semi Delii *περὶ παιάνων* librum (cf. diss. nostr. p. 120 sq.). Ceterum Didymum ipsum ab Athenaeo inspectum esse non credo ²⁾ neque quae de scoliis, paeanibus, carminibus Loericis, parodiis profert, ab ipso e diuersis fontibus congesta esse mihi persuadebo. Immo haec omnia iuxta inuenisse putandus est in libro aliquo musico, qualem expilauit etiam, cum libri XIV capita musica Didymea et Aristoclea doctrina repleret.

CAPUT VII.

De fontibus primariis.

Peracto itinere si iam redimus nobiscum in memoriam, hae uidentur distinguendae in Athenaei de rebus musicis commentationibus partes:

1) Cf. M. Schmidt. praef. Did.

2) Negat idem Rohde p. 18. Ex auctore quodam symposiaco Didymi ecloga illa IV, 139c — 140d (de gentium conululiiis) petita est. Herodianum sapit Didymi uituperatio XI, 486d. *Διδυμος καὶ Πάμφιλος* XI, 487c. Cum Apione et Diodoro, qui XIV, 642e ex Pamphilo citantur, Didymus laudatur p. 501e. XV, 689b interpretatur Achaei uersum (formula *μήποτε λέγει* usus, ut 70c) in commentatione illa *περὶ μύρων (καὶ στεφάνων)*, quam uniuersam procul dubio uni auctori Athenaeus debet, nescio an Pamphilo. Lexici sunt reliqui loci: 368b. 371f. 392f. 468d. 481f. 56d. 70c.

- I. Tryphoniana: IV cap. 75—83. XIV, 10. 11. 26 med.—27.
 II. Protrepica: IV, 84. XIV, 18—28 med. 31—33.
 III. Aristoclea: I, 37—40. XIV, 12—17. 28—30. 42—43.
 his cognata: XV, 53—56.
 IV. Didymea: XIV, 9. 34—41. XV, 49—52. 62—63.
 V. Mimi, scurrae etc.: I, 34—35. XIV, 2—6.
 VI. *σφαιριστική*: I, 25—26. Iuba. Didymus?

Saepius nobis orta aucta confirmata est suspicio haec capita pleraque iam ante Athenaeum coniuncta exstitisse in opere quodam musico ampliore. Etenim ut Tryphoniana reponamus, Didymea semper cum secunda et tertia quam statuimus serie sic inuenimus conexas, ut de communi origine uix queat dubitari¹⁾. Idem ualet de serie quinta²⁾. Accedit quod talis auctoris, qui intercedat inter Athenaeum et Aristoxenum Aristoclem Didymum, in unaquaque serie inuenimus uestigia (exceptis Tryphonianis capitibus): uide diss. nostr. p. 96sq. (Bathyllus, Seleucus), p. 101 sq. (*διονυσιακή πυρρίχη*), p. 105 (Caesius Bassus), p. 106sq. (Pythagoras. cf. p. 139sq.).

Quae uestigia si unius eiusdemque sunt scriptoris musici, uixit is post Bathyllum ac Caesium Bassum pioque animo coluit Pythagoram. Talem uero se praebet ultro quaerentibus **Dionysius Halicarnassensis**: uide Rossb. et Westph. I, 2 § 4sqq. p. 75. 84. Iam compara cum Athenaei capitum musicorum argumentis indicem epitomae Rufianae apud Phot. cod. 161: nonne mirum foret, si aliunde sua petuisset Athenaeus? Porro memineris eorum, quae de Suida Dionysio Menaechmo diximus p. 134. Atque cum eis, quae Ath. I p. 20d de Pylade saltatore narrat (uide diss. nostr. p. 97 cum nota) cf. Suidam s. u. *Πυλάδης*: *Κίλιξ ἀπὸ κώμης Μησαρῶν, ἔγραψε περὶ ὀρχήσεως τῆς Ἰταλικῆς, ἣτις καὶ ὑπ' αὐτοῦ εἰρέθη ἀπὸ τῆς κωμικῆς ὀρχήσεως, ἣ ἐκαλεῖτο κόρδαξ, καὶ τῆς σατυρικῆς, ἣτις ἐμμέλεια* (extrema sunt mutila): facile opinor concedes haec non ex pleno Athenaei libro sed ex ipsa *μουσικῇ ἱστορίᾳ*

1) Vide diss. nostr. p. 116. 134. 141. 147. 148.

2) Vide diss. nostr. p. 141.

esse sublecta. Idem s. u. Σωτάδης ea, quae Ath. XIV p. 620 e de poetis cinaedicis refert, ex eodem fonte exhibet pleniora.

Tryphoniana Dionysio tribuere non ausim. Pamphilo Athenaeum debere, quaecunque 'de organis musicis eodem atque Hesychius modo tradit', M. Schmidt censet Q. Hes. p. LXXI sqq. Contra quae recte Rohde (p. 53 not. 2) Weberum secutus de Pamphilo ex Hesychio nihil posse concludi statuit. Debebat Didymum ponere Schmidt pro Pamphilo. Trypho autem praeter Didymum etiam Iubae copias ipsas adiit: nam nonnulla instrumenta, de quibus e Iuba refertur, non commemorantur ab Hesychio (μόναλος p. 175 e, ψαλτήριον et επιγόνειον p. 183 e)¹⁾. Nec scio an ea quoque Iubae testimonia, quibuscum consentit Hesychius, ex ipso Iuba hauserit Trypho; nam uerbis satis utique discrepant Athenaeus et Hesychius (τριγωνον p. 175 d, λυρογοίτιξ ib. et 183 e, ἔλυμοι 176, φώτιγξ 175 e, σκυταλαι 177 a). Certe e Didymo sunt desumpta Ameriae et Artemidori testimonia, id quod apparet coll. Hesych. s. u. τιτύρινος (cf. Rohd. p. 34). Contra cum p. 175 e μόναλος et φώτιγξ simul e Iuba laudentur, apud Hes. non nisi φώτιγξ comparet.

Per Hesychium igitur licet mittere Pamphilum, neque omnino illo egemus. Sed ne potest quidem Pamphilus Athenaei fuisse fons in organis musicis aut saltationibus describendis. Nam Pamphili lexicon ita fuisse institutum probauit Weber, ut in singulis capitibus *περὶ σταθμῶν, περὶ ἐκπιωμάτων*, similiter inscriptis uoces *κατὰ στοιχεῖον* decurrerent. Iam in aliis sane Athenaei partibus, quas e Pamphilo haustas esse tantum non certum est (uelut capita *περὶ μύρων καὶ στεφάνων, περὶ δευτέρων τραπέζων*), ordo qui dicitur alphabeticus prorsus deletus ac subuersus est itemque turbatus in capite illo *περὶ ἐκπιωμάτων* inscribendo. Sed uidimus Athenaeum et Pollucem in recensendis cantilenarum generibus ex parte eodem uti enumerationis ordine eoque non alphabetico; idem accidit

1) Hesychius autem uniuersum recepit Didymum: cf. Rohd. p. 8 sub finem.

in saltationum et in instrumentorum enumeratione (uide Rohd. p. 24. 29 not. 2. 30). Hoc nullo pacto explicari potest, si Pamphilum ab Athenaeo hic excerptum esse statuimus; si Tryphonem, facillime¹⁾.

Cogitet quispiam de Pamphili prato, quod recte mea sententia ab opere *περὶ ὀνομάτων καὶ γλωσσῶν* iuscripto discernunt Meier Bernhardt Weber, ab Athenaeo usurpato. Sed quamuis probabilis sit haec coniectura, persuadeudi uim non habet.

Denique pauca dicenda sunt de tertio quodam auctore, qui uuperrime primarius Athenaei fons declaratus est. Etenim Felix Rudolph in diss. 'de fontibus quibus Aelianus in uar. hist. componenda usus sit' inscripta (Stud. Lips. VII 1884) p. 109: 'Tandem, inquit, uerus Athenaei et genuinus fons detectus est: sunt *δειπνοσοφισταί*, si summam spectas, excerpta lexicī Fauoriniani in formam sermonum conuiuialium reducta'. Hic primum statuendum est 'lexicon Fauorinianum' Rudolphi esse commentum idque fallacissimis niti artificijs argumentationis. Sed largiamur Rudolpho fuisse tale lexicon: quid iam de Athenaeo sequitur? Sola 'argumenti aequalitate', quae inter Athenaeum et Fauorium intercedat, nihil probatur. At Aelianus, qui ex Fauorino pudet fere totus, interdum 'fontis communitate cum Athenaeo coniuuctus est'. Videamus locos a Rudolpho collatos.

Ath. XII, 518f—519b et Ael. V. H. XII, 15 de hominibus aetate proeectis sermo est, qui cum puerulis ludere soliti sint. Una ex his narrationibus utriusque communis est, de Archyta illa Tarentino. Hanc uero Aelianus, qui non modo alibi passim Athenaeum describit sed etiam in ipso libro XII ex deipnos. libro XII p. 541bc hausit (uide Rud. p. 14), cur non debeat Naucratis, non uideo, praesertim cum ad uerbum fere congruant.

Ath. I p. 10a. 28e. 31b. 32b—e uina uaria recenset, item Ael. V. H. XII, 31. De communi fonte dubitari uequit. Sed

1) Praeterea uide diss. nostr. append. III.

ipse Rudolphus aliam Fauorini commentationem Aelianum, aliam Athenaeum compilasse ponit propter discrimina haud leuia. Iam cum mihi non ueri sit simile bis in Fauorini lexico uina esse tractata, et s. n. *οἶνος* et s. u. *τρυνή*, malo equidem de communi non Aeliani et Athenaei sed Athenaei et Fauorini fonte cogitare (uelut Pamphilo), ut Fauorinus non nisi s. u. *τρυνή* de uinis egerit.

Nilil igitur Aeliani comparatione demonstratur de Fauorino Athenaei fonte. Sed sunt in Athenaeo, quae cum Fauorini fragmentis apud alios scriptores seruatis concinant.

Ath. I (9e et) 24f utitur uersu ex Od. 9 120 et 121 conflato. Eodem Aristotelem usum esse tradit Fauorinus apud Diog. La. V, 9. Inde Fauorinum ab Athenaeo usurpatum esse tum demum poterit concludi, ubi Aristotelem primum constabit illos uersus contaminasse, id quod cuius in promptu erat. Quidni Athenaeus aut suo Marte aut ex consuetudine uulgari sic uersus contraxerit?

Quae Stephanus Byz. s. u. *Βησαλία* narrat additis uerbis *ὡς Θεόπομπτος ἱστορεῖ καὶ Φαβωρίνος*, Athenaeus ex Theopompo refert IV, 401 a. Iam quod antecedunt apud Athenaeum quaedam de Chelidoniis *λαγώσις*, apud Steph. autem s. u. *Χελιδόνιοι* prorsus alia sub Fauorini nomine leguntur, num iude uel umbra argumenti peti debebat, quo Athenaeum a Fauorino pendere demonstraretur?

Ath. XI capp. 112—120 propter Gell. XIV, 3 cum probabilitate Fauorino a Rudolpho tribuuntur. Reliqua eius argumenta nihil ualent, utpote per quae liceat Aristotelem communem Athenaei et Fauorini de dialogi inuentione auctorem ponere. Sed hoc teneo: non e 'lexico Fauoriniano' haec descripsisse Athenaeum, sed ex ipsis *ἀπομνημονεύμασι*, quae landat Diog. La. III, 48 de eadem re. Idem ualet de Ath. VIII, 354 e coll. Diog. La. VIII, 477 et Galeu. π. ἀριστ. διδασκ. p. 131, 26: nam hic quoque ex philosophico quodam Fauorini scripto hausisse Athenaeum consentaneum est.

Iam uenimus ad eam quaestionem, quae uobis grauissima est: Athenaei capita musica num Fauorinum sapiant? Duo

tantum sunt loci, e quibus pendet iudicium. Alter est Ath. XIV p. 620 a, ubi de rhapsodis agitur: — *τοὺς δὲ Ἐμπεδοκλέους καθαροὺς ἐρραψώδησεν Ὀλυμπίᾳσι Κλεομένης ὁ ῥαψωδός, ὡς φησι Δικαίταρχος ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ*. Confert Rudolphus Diog. VIII, 63 (de Empedocle): *Αὐτοῖς δὲ τοῦτους τοὺς καθαροὺς ἐν Ὀλυμπίᾳ διαρραψωδῆσαι λέγεται Κλεομένης τὸν ῥαψωδόν, ὡς καὶ Φαβωρίνος ἐν ἀπομνημονεύμασιν*. Nos supra p. 99 Athenaei caput Aristocli tribuimus, nec nunc habeo, cur contra dicam. Quid? Dicaearchi Olympicum adiasse eum, qui de rhapsodis scriberet, nonne multo probabilius quam qui de Empedocle? At sumpsit sua Athenaeus e Faurini lexico s. u. *ῥαψωδοί*. Sed ista ratione omnia in capax illud lexicon poteris infercire. Et ne sic quidem intellegitur, cur adierit Faurinus Dicaearchum; nam *ἀπομνημονεύματα* ante omnigenam historiam (h. e. lexicon illud) scripsisse eum Rudolphus probavit. Quare et Dicaearchum et Faurinum eandem sequi traditionem antiquam statuo. Confirmatur haec sententia altero de eodem Empedocle testimonio Athenaeo et Faurino communi, quo bouem immolasse aromaticis repletam uictor Olympiaci certaminis ille dicitur: Ath. I p. 3e; Diog. VIII, 53 *ἐγὼ δ' εἶρον ἐν τοῖς ὑπομνήμασι Φαβωρίνου κτλ.* Hanc narrationem propter sententiarum apud Athenaeum conexum ad omnigenae historiae uocem *ἑστίασις* reuocat Rudolphus. Ego uero arbitror aut de Faurini *ὑπομνήμασιν* ab Athenaeo usurpatis aut de communi quodam utriusque fonte (Empedoclis uita?) cogitandum esse; neque quidquam Faurino tribuo nisi quae de Empedocle narrantur.


Alter locus est Ath. XV, 696 a, ubi disputatur de Aristotelis carmine in Hermiam, utrum sit paeon necne. Confert Rudolphus Diog. La. V, 5: *Ἀριστοτέλης — ὑπεξήλθεν εἰς Χαλκίδα Εὐρυμέδοντος αὐτὸν τοῦ ἱερογάντου δίκην ἀσεβείας γραψαμένου ἢ Δημοφίλου, ὡς φησι Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, ἐπειδὴ περ τὸν ἕμνον εἰς τὸν προειρημένον Ἐρμείαν ἐποίησεν· ὁ δὲ ἕμνος ἔχει τοῦτον τὸν τρόπον*. — Ibidem paulo infra: *τοῦτον (Ἀριστοτέλη) πρῶτον Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ λόγον δικανικὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ συγγράφαι φησὶν*

ἐπ' αὐτῇ ταύτῃ τῇ δίκῃ καὶ λέγειν ὡς 'Ἀθήνησιν' ὄγγη ἐπ' ὄγγῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σῦκῳ. Iam audi Rudolphum: 'Ex (lexici Fau.) inciso παιάν inscripto uidemus habere Athenaeum libri XV capp. 51 et 52, Aristotelis hymnum Laertium; hic autem dictum eius philosophi quod subiunxit, ex alio quodam lemmate fortasse uoce πρώτος aut δικανικός aut λόγος insignito uidetur deprompsisse'. At qua tandem re adductum putas Diogenem, ut ista lemmata euolueret, si de Aristotele aliquid quaerebat? Sine dubio utrumque testimonium apud Fauorinum eodem loco inuenerat, siue de Aristotele siue de philosophorum accusatoribus ibi sermo fuit; cf. ipsum Rud. p. 51: 'Wilamowitz „uelut unum, inquit, quasi caput efficiunt ea quae de accusatoribus philosophorum sunt (apud Diog. ex omnigena historia)“'. Quibus tacite ibi assentitur Rudolphus. Praeterea Fauorini uerba e capite παιάν inscripto petita esse nullo uestigio proditur. Immo hoc ipsum, quod apud Athenaeum rei cardo est, deest apud Diogenem, qui de Aristotelis 'hymno' loquitur nullo dubitationis signo addito. — Quare ne hic quidem quidquam potest affirmari nisi ex eodem de Aristotelis uita auctore pendere (intercedentibus aliis scriptoribus, fortasse Didymo) Athenaeum, ex quo Fauorinum. Negandum uero est strenue Fauorini lexico uel potius historia omnigena usum hic esse Naucraticam.

Nihil ergo nos cogit inter Athenaei de rebus musicis lyricisque fontes referre Fauorinum.

Ἐπὶ τοῖτοις καταπαύσωμεν τὸν λόγον.

Superest, ut primariorum auctorum stemma proponam, quod compares cum ea, quam Rohde libello suo subiunxit, imagnucula.



APPENDIX.

I. Aristoxenus.

Nullum adhuc locum inuenimus, ubi ab ipso Athenaeo inspectus uideretur. Restant pauci; de quibus idem potest probari.

Libro X agitur de hominum gentiumque uictu. Praecipuus fons sunt Clearchi βίαι. P. 418e: *καὶ Πυθαγόρας δ' ὁ Σάμιος μετρία τροφῆ ἐχρῆτο, ὡς ἱστορεῖ Λύκων ὁ Ἰασεὺς ἐν τῷ περὶ Πυθαγόρου. οὐκ ἀπειχετο δὲ ἐμψύχων, ὡς Ἀριστόξενος εἴρηκεν. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ ἀριθμητικὸς (non nisi hic laudatus) καὶ Θῦσαι φησὶν αὐτὸν κτλ.* Vituperatur Aristoxenus, uidelicet a Lycone; cf. II, 47a, ubi Aristoxeni uerba a Lyco (Λύκος sine dubio = Λύκων) testimonio firmantur.

In lexico Pamphileo Aristoxenus laudatur p. 467a s. u. γραμματικὸν ἔκλωμα.

p. 545b Ἄρ. ὁ μουσικὸς ἐν τῷ Ἀρχύτα βίῳ citatur aut ex Clearchi βίαις (cf. 546a) aut ex Hegesandro, qui saepius de Dionysio tyranno testis est.

XIV, 648d post Epicharmi testimonium: τὰ δὲ ψευδεπιχάρμεια ταῦτα ὅτι πεποιθήσιν ἄνδρες ἔνδοξοι Χρυσάγονος τε

ὁ ἀλλήτης, ὡς φησιν Ἄρ. ἐν τῇ πολιτικῶν (fort. π. ἀλλητικῶν?) νόμων, τὴν Πολιτείαν ἐπιγραφομένην. Φιλόχορος δὲ — ὁμοίως δὲ Ἱστορεῖ καὶ Ἀπολλόδωρος. Omnia sine dubio ex Apollodori π. Ἐπιχάρμῳ libro ¹⁾.

Ex Panaetio Rohdio inter τοὺς περιτιθέντας Σωκράτει δύο γαμέτας γυναῖκας commemoratur Ar. (Callisthenes Demetrius Phal. Satyros Aristoteles) p. 556 a, cf. 556 b (= cap. 2 sub fin.). Ibidem Athenaeus fatetur Hieronymi Rhodii librum se non habere.

II. Iuba.

Ex Θεατρικῇ Ἱστορίᾳ sine dubio petita sunt, quae p. 660 e Iubae nomine et p. 659 a cum Aristophanis Byzantii mentione uarrantur: cf. Poll. IV, 150 et Hesych. s. u. *Μαίρων* et *Τέτιξ*; Rohd. p. 57. Sed Athenaeus omnia inde a p. 658 f usque ad p. 663 d ex opere culinari quodam uel de coquis commutatione hauserit.

VIII p. 343 f Iubae epigramma quoddam affertur ex Amaraniti π. *σκηνῆς* libro. Amarantus praeterea X, 414 f occurrit, ubi Rohde ex eodem Iuba eum pendere contendit. Eisdem de Herodoro et Aglaide fabellas, quamquam haud leuiter immutatas, habet Poll. IV, 89 sq., quem et ipsum Iuba usum esse Rohde autumat. At si re uera, ut ille ait, 'tanquam fauus' crescunt numeri in eiusmodi narratiuuculis, Pollux recentiore sequitur auctorem quam Athenaeus; nam ille bis, hic semel habet maiorem numerum. Sed huic rei equidem nihil tribuam momenti. Athenaei autem caput cum praecedentibus (4—7) ex Theodori Hieropolitani π. *ἀγώνων* libro p. 412 e et 413 b citato haustum uidetur, id quod non modo ex argumentis sed etiam ex Posidippi in his capitibus crebra mentione concludo, utpote quem praeterea ter tantum Athenaeus laudet neque ipse inspexerit. Iam si Posidippi uerba p. 415 b Theodoro debentur, is primus coniunxit illam de Aglaide fabellam cum ea, quae est de Herodoro. Accedit quod Pollux ea quoque refert, quae

1) Apollodorum etiam *περὶ Ἀλκαῶνος* scripsisse colligas ex III p. 51 f coll. XIV, 646 a.

apud Athenaeum Nestoris nomine narrantur; Nestorem autem scriptorem, qui ante Iubam uixerit, non nonimus sed finxit sibi Rohde; nam Tarsensis est Strabonis aequalis, poeta epicus etiam recentior. Denique ut concedamus Rohdio, quae antecedant apud Pollucem, ex Iuba esse petita, tamen ipse illud quod subsequitur *περὶ κηρίων* caput Iubae strenue abindicat; hoc uero arte cohaeret cum tubicinum memoria.

III. Trypho.

Index Schweighaenseri et Meinekii mancus est: deest III, 78a *ἐν β' γυτῶν ἱστορίας* et 109b *ἐν τοῖς γυττικοῖς*. Ceterum hi libri non uidentur fuisse partes Onomastici (ut illi *π. ἀλῶν καὶ ὀργάνων*). Inde explicandum est, quod Pollux in panum enumeratione ab Athenaeo discrepat; qui hic ut alibi Onomasticum usurparit.

Titulus *π. ὀνομασιῶν* apud Ath. non nisi in capitibus musicis occurrit atque in his nullum aliud Tryphonis opus. Contra *ἐν τοῖς ὀνομαστικοῖς* XI, 503d in lexico Pamphileo; 503c *Διονύσιος (ὁ τοῦ Τρυφῶνος) π. ὀνομάτων*.

CONSPECTUS CAPITUM.

Caput I. De Aristocle	p. 57
" II. De Tryphone	p. 107
" III. De Didymo	p. 126
" IV. Aristocles et Trypho	p. 134
" V. De libri I capp. 24—36	p. 139
" VI. De libri XV capitibus musicis	p. 142
" VII. De fontibus primariis	p. 148
Appendix	p. 155

Coniecturae proponuntur de locis his:

Ath. IV, 175 d	p. 115
VIII, 360 b	p. 97
XIV, 629f	p. 118 not.
" 634e	p. 129 sq.
" 648d	p. 155
Phot. s. u. <i>ζουλος</i>	p. 121 et not.
Bekk. Anecd. p. 451, 31	p. 92 sqq.
Schol. Lucian. Pisc.	p. 102 not. 1
" Plat. Gorg. 451 E	p. 143 not.
" Ar. Vesp. 1231	p. 143 sq. 146
Procl. apud Phot. 5	p. 137

INDEX.

- Aelianus 151 sq.
 Agnocles 97.
 Amarantus app. II.
 Amerias 110. 150.
 Ammonius 90 c. not. 134 sqq. 136 sqq.
 — Aristarchens 107.
 Apion 148 not. 2.
 Apollodorus 88 sqq. 99. 131. 133.
 app. I c. not.
 Aristarchus 126. 130.
 Aristaeus 91. 99.
 Aristocles 110. 118. 131. 134. 148 sq.
 cap. I. IV.
 Aristodemus 142 not.
 Aristicus 96.
 — homericus 109 not.
 Aristophanes Byz. 115. 119. 122.
 app. II.
 Aristoteles 92 sqq. 104. 120. 152.
 Aristoxenus 93. 96 sqq. 100 sqq.
 104 sqq. 110. 113. 118. 123. 125.
 128. 129 c. not. 131. 133 sq. 137.
 141. 143 sqq. 149. app. I.
 Artemidorus 110. 150.
Quorum glossographorum, quos Etymologus exscribere potuit, lexicogr. V. Bekk. statim abiciemus, cum eius doctrinam Etymologus iam p. 599, 9 suam reddiderit et, quamquam ille admodum inepte lexicon condebat, tamen certe non ita sana mente caruerit, ut quae paulo ante ex aliquo libro sumpserat, eodem fere dixerim momento ex eodem auctore repeteret. Quibus perspectis alteram Etymologi glossam certe fluxisse ex altero fonte etiam tum statuendum esset, si Photii λέξεων συναγωγῇ perisset. Neque enim ex Hesychii lexico neque ex Harpocratiois opere, quorum expositionibus dissimilis est Etymologi iste alter articulus, sed solo ex Photio fluxit, qui fortasse sua habet ex illorum operibus. Unum uerbum extremum πρόσφατος Etymologum M. aliunde u. e. ex Hesychii glossa νεαλεῖς· πρόσφατοι adinnoxisse satis est uerisimile.

Photio igitur in hac quoque littera agnita haec documenta addam, e quibus idem apparebit.

Compara glossam Etymologi M. p. 612, 30 et Photii de sudore, quem uocant, sicco: ξηρὸς ἰδρώς· ὁ μὴ ἐπὶ λουτρῶν, ἀλλ' ἐπὶ γυμνασίων καὶ πόνων γενόμενος; utrumque ad uerbum consentire uidebis, ceteris lexicographis nihil exhibentibus.

Neque minoris pretii est Photii expositio de uoce ὄτρυν-γηφάγον· τὸν κριθοφάγον· Ἀρχιλόχος κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο·

τρύγη γὰρ ὁ Δημητριακὸς καρπός, quae paulo mutata redeunt apud Et. M. p. 637, 24 s. u. ὄτρυγηφάγος· τρύγη, ὁ Δημητριακὸς καρπός· ἐξ οὗ τρυγηφάγος· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ο ὄτρυγηφάγος omissis uerbis Photii τὸν κριθοφάγον· Ἀρχιλόχος.

At dixerit quispiam Etymologum sua ex Photio uix sumpsisse, cum etiam ab Hesychio uel Herodiano petere ea poterit. Sed tu ipse glossas aspicias. Primum Hesychius haec praebet s. u. ἀτρυγηφάγου· πολυφάγου. τρύγη γὰρ ὁ Δημητριακὸς καρπός, quorum sola in Etymologico M. conspicis uerba nouissima, quae tamen nequiquam, cum ea sub littera α reperiantur, ab Etymologo secundum morem excerpenti in componenda littera ο descripta, sed fortasse in alterum articulum, qui est p. 167, 21 s. u. ἀτρεύετος, translata sunt. At uero ne haec quidem sententia stare potest, cum ibi auctorem appellet Etymologus Herodianum: ἀτρεύετος· ‘παρὰ θιν’ ἀλὸς ἀτριγέτιο’. παρὰ τὸν αἰγιαλὸν τῆς θαλάσσης τῆς ἀκαταπονήτου καὶ πολλῆς· ἢ τῆς ἀκάρτου. εἰ μὲν παρὰ τὴν τρύγην, ὡς ἔνιοι, οὐ πλεονάζει· [τρύγη δὲ ἐστὶν ὁ Δημητριακὸς καρπός, ὡσπερ ὄνου κήλωνος ὄτρυγηφάγου] ἀπὸ τοῦ κριθοφάγου, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο, ὡς ἐπὶ τοῦ κροῖεις ὀκροῖεις. ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ, τρύγαν οὐκ ἔχουσαν· ἢ μὴ τρυγωμένην· οἱ δὲ, ἄδενδρον·] εἰ δὲ παρὰ τὸ τρέειν, πλεονάζει. ἄτρευετος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ, ἀτρεύετος. οὕτως Ἡρωδιανός. Huc referuntur uerba uncis inclusa, quae, id quod nomen Herodiani in fine appositum declarat, ex huius opere [scil. περὶ παθῶν], una tamen cum uerbis εἰ μὲν παρὰ τὴν τρύγην, ὡς ἔνιοι, οὐ πλεονάζει et εἰ δὲ παρὰ τὸ τρέειν, πλεονάζει fluxerunt, quare Lentz fere totam glossam inde a uerbis εἰ μὲν π. τ. in Herodiani fragmenta recipere debuit, non sola uerba tom. II. p. 174 uncis inclusa (iure omissis illis ἢ μὴ τρυγωμένην· οἱ δὲ, ἄδενδρον), et tom. II. p. 284 uerba, quae uncis secuntur: παρὰ τὸ τρέειν πλεον. Nam quominus illa uerba εἰ μὲν π. τ. τρ. cett. Herodianeae esse putemus, uix impediatur illud ‘ἔνιοι’, quod iam apud Herodianum legi potuit. Itaque ex Herodiano Etymologus deriuauit, quae sub littera α, ex Photio, quae sub littera ο exstant, ita quidem, ut his glossis

(id quod ex illo manifestissimo exemplo sub uoce *νεαλής* elucebat) ab Etymologo, si duas glossas in lexico praebet, duos libros esse usurpatos, optime confirmetur. — Quae autem Hesychius sub littera *ο* exhibet: *ὀτρυγηφάγου· περιττὸν τὸ ο. τρύγη γὰρ ὁ σίτος καὶ ὁ χόρτος*, ea sententiam nostram non perturbant.

Pluribus uerbis demonstrare in medio Etymologico M. uestigia Photiana inesse cum non iam opus sit, tamen de duabus glossis uerba faciam, quibus, ut hoc iterum iterumque premam, adnectere poteram multas alias Etymologi obseruationes, quae, etsi concordant et cum Photii et cum aliorum u. c. lexicographi Bekk. uel Bachm. glossis, tamen summa cum uerisimilitudine Photio tribuendae sunt.

Priore loco afferam illam narrationem de Atheniensium die festo in honorem Iouis instituto, quem uocant *τὰ Πάνδια* uel *Πάνθεια*. Legitur in Etymologico M. p. 651, 21: *ἐορτὴ Ἀθήνησιν· ἀπὸ Πανθείας τῆς σελήνης· ἢ ἀπὸ Πανδίοτος, οὗ καὶ ἡ φυλὴ ἐπώνυμος· ἢ ὅτι τῷ Διὶ ἄγονται τὰ Πάνδια· ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ πάντα δινεύειν (!) τῷ Διὶ*. Auctorum, qui aliquantulum de hoc die festo tradentes ab Etymologi M. uerbis multo distant, scholiastam Demosthenis [ed. Dind. opp. uol. IX. p. 539], Harpocratonem, Hesychium prorsus omittere licet. Restant lexicographus V. Bekk. et Photius, quorum ille haec exhibet [p. 292, 10]: *Πάνδια· ἐορτὴ Ἀθήνησιν, ἣτοι ἀπὸ Πανθείας τῆς Σελήνης, ἢ ἀπὸ Πανδίοτος, οὗ καὶ ἡ φυλὴ ἐπώνυμος* nec plura, hic: *Πάνδια· ἐορτὴ τις· ἀπὸ Πανθείας τῆς Σελήνης· ἢ ἀπὸ Πανδίοτος, οὗ ἐστὶ καὶ φυλὴ ἐπώνυμος· ἄγεται δὲ αὕτη τῷ Διὶ· ἐπονομασθεῖσα ἴσως οὕτως ἀπὸ τοῦ πάντα δεῖν θύειν τῷ Διὶ*. Perspicuum est Etymologum debere aut priorem partem glossae lexicographo V. Bekk. et posteriorem Photio aut totam glossam patriarchae. Pro *δινεύειν* ab Etymologo M. tradito scribendum esse *δεῖν θύειν* Photii uerba demonstrant.

Denique mihi in animo est glossam Etymologi M. tractare de triremi sacra *Πάραλος* p. 699, 14: *ἰερὰ τριήρης ὡσπερ καὶ Σαλαμινία καὶ Ἀντιγονίς καὶ Δημητριάς· ἀπὸ Παράλου*

τινὸς ἥρωος· πρὸς ὑπερθεσίαν τῶν ἀναγκαίων ἐπιτήδειος. αὐται δὲ ἐπὶ στρατηγούς ἐπέμποντο, καὶ τοιαύτας τινὰς χρείας. Quam expositionem non ex uno fonte manasse facile cognoscitur. Diuidenda enim est in partes quattuor: ab initio usque ad nomen *Διμητριάς*, dein usque ad uocabulum ἥρωος, tum usque ad adiectiuum ἐπιτήδειος, denique usque ad finem. Unde deprompta sint uerba media, pars secunda et tertia, inuestigare non potui. Cum extrema autem glossa concinunt ad uerbum extrema uerba glossae lexicī V. Bekk. p. 267, 21 s. u. *ἱεραὶ τριήρεις· παράλος, Σαλαμινία, Ἀντιγονίς, Διμητριάς*. αὐται ἐπὶ στρατηγούς ἐπέμποντο καὶ τοιαύτας τινὰς χρείας, ubi etiam priora uerba Etymologi M. fere omnia occurrere uides. Num autem haec glossa lexicographi V., quae sub littera *ι* exstat, huic Etymologi articulo sub littera *π* fons fuerit, ualde dubito, praesertim cum illic media Etymologi uerba desint neque probabile esse uideatur, Etymologum eandem glossam, quam antea sub lemmate *ἱεραὶ τριήρεις* p. 469, 19: *αἰτίνες εἰσι Παράλος, Σαλαμινία, Ἀντιγονίς, Διμητριάς*. αὐται ἐπέμποντο ἐπὶ στρατηγούς καὶ τοιαύτας τινὰς χρείας in farraginem receperat, posthac denuo in usum conuertisse idque ita, ut priorem partem illius glossae Seguerianae [*Παράλος* usque ad *Διμητριάς*] transcriberet, his ex alio quodam fonte nonnulla [*ἀπὸ Παράλου ἥρωος* usque ad *ἐπιτήδειος*] adderet, postremo in fine ad illam doctrinam Seguerianam [*αἶται δὲ ἐπὶ στρ.* usque ad *χρείας*] rediret. Veri esse similius censeo hoc loco Etymologum lexicographum V. Bekk. non adisse sed, quae uerba cum illo conueniunt maximeque extrema, ex communi aliquo fonte deduxisse. Initium autem transit procul dubio ex Photii articulo *Πάραλος· ἱερά τριήρης, ὡσπερ καὶ ἡ Σαλαμινία· ἦσαν δὲ καὶ ἄλλαι τριήρεις β· Ἀντιγονίς καὶ Διμητριάς*... , omissis uerbis quae superuacanea esse uidebantur, inde ab *ἦσαν* usque ad *τριήρεις β*.

Restat, ut, quod mihi extremum proposueram, quam possum breuissime de glossis Photianis disseram, quae in Etymologico M. sub littera *τ* leguntur.

Paginarum quadraginta, quae continent hanc litteram, de-

cem priores accuratissime cum illis grammaticis, quorum opera fortunae beneficio ad nos peruenerunt, contuli atque sedecim articulos collegi, quos ad nullum alium nisi ad Photinum redire necesse est. Ex illo autem numero colligendum esse nidebatur, Boysenum in numero glossarum CLXV, quas ab Etymologo M. ex Photii lexico sub littera τ arreptas deprehendit, errauisse. Nam tantum aberat, ut equidem Boyseni rationem confirmari illas reliquas triginta paginas litterae τ percurrens viderem, ut tantum sexaginta circiter tota littera τ glossas Photianas efficere possem.

Illas autem sedecim adnotationes ex Etymologico M. huc ad litteram transferri non opus esse censeo, cum certis argumentis me iam unicuique persuasisse confidam. Attamen, ut cuilibet occasio sit illos locos comparandi, enumerabo eos atque adiciam nomina et locos lexicographorum, qui uel similia uel alia praebent.

1) Et. M. p. 743, 56: $\tau\acute{\alpha}\gamma\upsilon\tau\epsilon$. Hesychius s. u. $\tau\acute{\alpha}\gamma\iota\tau\alpha$ similia. 2) Et. M. p. 745, 33: $\tau\acute{\alpha}\nu\acute{\upsilon}\pi\omicron\delta\alpha\varsigma$. Hesychius s. n. $\tau\acute{\alpha}\nu\acute{\upsilon}\pi\omicron\delta\alpha\varsigma$ Ἐριωνῆς similia. 3) Et. M. p. 745, 48: $\tau\acute{\alpha}\nu\acute{\upsilon}\pi\tau\epsilon\rho\varsigma$. Lexicogr. Bachm. [AGr. I. p. 381, 29] eadem, sed sub lemmate $\tau\acute{\alpha}\nu\acute{\upsilon}\pi\tau\acute{\epsilon}\rho\gamma\omicron\varsigma$. Hesychius s. u. $\tau\acute{\alpha}\nu\acute{\upsilon}\pi\tau\epsilon\rho\varsigma$ similia. 4) Et. M. p. 746, 5 s. u. $\tau\acute{\alpha}\pi\eta\tau\epsilon\varsigma$ [pars prior]. Hesychius s. u. $\tau\acute{\alpha}\pi\eta\tau\epsilon$ similia. Et. Gud. p. 521, 57 s. u. $\tau\acute{\alpha}\pi\eta\varsigma$ ¹⁾ et p. 521, 60 s. u. $\tau\acute{\alpha}\pi\eta\tau\epsilon\varsigma$ alia. 5) Et. M. p. 746, 15 s. n. $\tau\alpha\rho\alpha\upsilon\tau\epsilon\iota\omicron\nu\omicron\nu$. Hesychius s. n. $\tau\alpha\rho\alpha\upsilon\tau\iota\omicron\nu$ similia. 6) Et. M. p. 746, 16 s. u. $\tau\alpha\rho\alpha\upsilon\tau\iota\omicron\nu\alpha\lambda\beta\alpha\phi\alpha\iota$. Hesychius s. u. $\tau\alpha\rho\alpha\upsilon\tau\iota\omicron\nu\alpha\iota$ αἵματι βαφαί cett. alia. 7) Et. M. p. 747, 14 s. n. $\tau\acute{\alpha}\rho\tau\alpha\rho\omicron\varsigma$ [inde a uerbis $\omicron\iota$ δὲ usque ad $\acute{\lambda}\acute{\epsilon}\gamma\omicron\upsilon\sigma\iota$]. Desunt omnes. 8) Et. M. p. 747, 48 s. u. $\tau\alpha\upsilon\rho\omicron\phi\acute{\alpha}\gamma\omicron\nu$. Hesychius s. u. $\tau\alpha\upsilon\rho\omicron\phi\acute{\alpha}\gamma\omicron\varsigma$ similia. 9) Et. M. p. 751, 4 s. n. $\tau\epsilon\lambda\iota\sigma\kappa\acute{\omicron}\mu\epsilon\omicron\upsilon\varsigma$. Lexicogr. Bachm. [l. c. p. 383, 21] eadem, sed sub lemmate $\tau\epsilon\lambda\iota\sigma\kappa\acute{\omicron}\mu\omicron\varsigma$. 10) Et. M.

1) Praebet Et. Gud. hoc loco ueriloquium uocis $\tau\acute{\alpha}\pi\eta\varsigma$, quod legitur in parte altera glossae Etymologici M. auctore Orione appellato, cuius quidem loco, cum expositio in illius lexico desit, certe cum cod. V Ori nomen scribendum est.

p. 751, 5 s. u. *τελενικίσαι*. Hesychius s. u. *τελενικίσαι* similia. 11) Et. M. p. 751, 8 s. u. *τελεσθῆναι*. Antiatticista [Bekk. AGr. I. p. 114, 28] fere eadem. 12) Et. M. p. 751, 11 s. u. *τελετη* [pars prior]. Hesychius s. u. *τελεται* plura, ex quibus Photius sua depromere potuit neque uero Photii articulo non aspecto Etymologus, qui ad litteram cum Photio conspirat. Etymologus Gud. p. 524, 50 similia. 13) Et. M. p. 751, 26 s. u. *Τελμισσεῖς*. Hesychius s. u. *Τελμισεῖς* alia. 14) Et. M. p. 752, 6 s. u. *τένθης*. Et. Gud. p. 525, 52 s. u. *τένθης* est multo uberior, unde uel e cuius fonte Etymologum M. hausisse non est ueri simile conl. Et. M. et Phot. 15) Et. M. p. 752, 7 s. u. *τένοντας*. Lexicogr. Bachm. [l. c. p. 384, 15] et Hesychius s. u. *τένοντες* similia, item Ed. Gud. p. 526, 17 s. u. *τένοντα*. 16) Et. M. p. 753, 10 s. u. *τερμινθὸς καὶ τέρμινθος*. Hesychius s. u. *τέρμινθος* habet solam priorem glossae Etymologi M. partem, quae conuenit. — Cum omnibus autem locis congruit Photius.

Antequam hanc paragraphum absoluam, breuiter illos Etymologi M. articulos attigerim, in quibus Photius ab illo laudatur. Omissis his tribus glossis p. 418, 49 Et. M. s. u. *ἡγγτορία*, ubi Etymologus eadem praebet ac Photius, Et. M. p. 505, 19 s. u. *κερασβόλον*, quae Photii lexico aliqua quidem ex parte debetur¹⁾, Et. M. p. 529, 50 s. u. *κορεσθῆναι*, quae in Photio periit²⁾, mihi est agendum de articulis Et. M. p. 540, 4 s. u. *Κρόνος*, Et. M. p. 613, 4 s. u. *ὀβολός*, Et. M. p. 654, 39 s. u. *παρέμενος* [cod. V. et Flor.]. — Quorum articulus '*Κρόνος*' in Etymologico Gud. p. 586, 21 ad litteram una cum Photii nomine, eo omisso in schol. ad Hes. Theog. u. 459 reperitur. Glossas autem, *ὀβολός* et *παρέμενος*, quae solae supersunt, neque in Photii lexico neque usquam in lexicographorum uel grammaticorum uel scholiastarum collectionibus, quas perscrutabar, reperire potui. Propterea autem

1) Quamquam patriarchae nomen, cum solo in cod. Flor. legatur, librarii errore huc ex articulo '*Κρόνος*' translatum esse Miller l. c. p. 201 adn. 4 mauult.

2) Cf. Phot. ed. Pors. I. p. 176, ed. Nab. proll. p. 5 et p. 350.

mihī consequens esse non uidetur, ut Photius in nullo omnino opere has uoces interpretatus sit, cum aliter explicari non possit, cur Etymologus M. illis expositionibus Photii nomen subinuerit. Neque nero cum Nabero efficiendum est Photium ipsum λέξεων συναγωγήν non confecisse, sed eius librarium aliquem, qui, cum posthac turbatum uerborum ordinem emendaret, has glossas, quae in Photii lexico aut non leguntur aut minus uberes exstant quam in Suidae aliorumque lexicis, omisisse — quam coniecturam, cum Freyer¹⁾ satis iam refutarit, hoc loco breuiter perstringo.

§ 2. Duas glossas Etymologici M. rhetoricas in Photio deesse aliasque multo uberiores in Etymologico M. quam in Photii lexico exstare demonstratur.

Naber cum coniecturam illam admodum artificiosam proposuerit, qua doceat, Photii lexicon, quale nunc habeamus, decurtatum esse, glossas, quas hac paragrapho examinaturus sum, maximi momenti atque ponderis esse negauit et nonnullas prorsus neglexit. Causa enim, cur duae glossae rhetoricae in Photii lexico desint aliaeque multo uberiores in Etymologico M. exstant quam in Photio, Nabero est Photius decurtatus. Cum fieri non possit, ut huic suspicioni accedam, quoniam Freyerum, ut modo dixi, sequor, illae glossae mihi singularem eximiamque auctoritatem nanciscuntur: conclamant et affirmant Etymologum haudquaquam in componendis glossis rhetoricis Photii lexico nsum esse. Quod ne Boysenium quidem fugisse uidetur, qui quidem tantum abest, ut illis articulis summum pretium addici concedat, ut in medio relinquat, qui, cum Photium nos decurtatum habere ipse neget, illud fieri possit, et acquiescat his in uerbis [p. 69]: 'exceptis glossis *σφαδάζειν* et *ζύγαστρον*', quorum supplementa uide fluxerint, nondum scio, Etymologus glossarum ceterarum supplementa uel totas glossas ex Etymologico Gud. recepit.' Quae cum ita sint, Boy-

1) L. c. p. 288 sqq. adv. Nab. proll. p. 164 sqq.

senum adduci necesse esse puto, ut formulas rhetoricas non Photium sed Etymologum Gud. uel alios, qui illa additamenta praebent, indicare suspicetur. At cum illa, quae glossis rhetoricis mediis quoque inscra u. c. gl. ζύγαστρον inueniuntur, omnino introducit, ipse declarare mihi uidetur sese Etymologi M. rationem excerpenti ignorasse. Ac profecto facile ille intellegere potuit Etymologum semper articulum, quem in farraginem recepturus est, fideliter describere uel excerpere eique adnectere adnotationem nouam alius cuiusdam lexicographi uel suam ipsius doctrinam, nunquam autem illa noua articulo prius descripto medio inserere. Ea autem, quae Boysen de supplementis excogitauit, quibus glossae rhetoricae uberiores sint quam Photianae adnotationes, falsissima esse, in singulis glossis, quas infra enumerabo, accurate ostendam.

Glossae rhetoricae Etymologici M. in Photii lexico desunt hae:

Et. M. p. 761, 46 s. u. *τολύνιον*· τὸ καλούμενον Κρατίνειον μέτρον πολυσύνθετον ἀπὸ τοῦ Μεγαρέως Τολίνου· ἔστι δὲ προγενέστερος Κρατίνου. ῥήτορικῆ. et Et. M. p. 785, 44 . . . ὄθεν καὶ ὕφαλος ἄνθρωπος λέγεται (ὡς ἐγρήμαι)¹⁾ ὁ κεκρυμμένος καὶ πανούργος. ῥήτορικῆ. — Quarum priorem in Photio desiderari iam Boysen uidit et p. 69 addit: 'nisi forte illud ῥήτορικῆ librarii errore non sub finem uocis *τολύπευμα* [quae glossa in Etymologico M. sequitur] sed sub finem glossae illius antecedentis [quae est glossa *τολύνιον*] posita sit'. At omisit Boysen et iu cod. Flor. Milleri p. 283 eadem legi et in codicibus V ῥήτορος et DM ῥ glossae *τολύνιον* subiuncta esse, contra sub fine glossae *τολύπευμα* neque in cod. Flor. neque iu libris a Gaisfordio conlatis ullum uestigium illius formulae inueniri. — Plane autem fugit Boysenum illa altera glossa rhetorica, quam Etymologus M. adinnoxit Photianae expositioni de uoce ὕφαλοι p. 785, 43: ὑποθαλάσσιοι κεκρυμμένοι πέτραι. ὄθεν καὶ ὕ. ἄ.

1) Cf., quae Naber de hac formula recte adnotat proll. p. 168, et hui. diss. § 7, 8: . . . μοι δοκεῖ.

Glossarum, quae multo uberiores exstant in Etymologico M. quam in Photii lexico, principatum quae teneant, dignae sunt duae: de uocibus ἔνδεκα et ἐσχάρα, quas et Naber et Boysen neglexerunt.

De illo Atheniensium magistratu, qui uocantur οἱ ἔνδεκα, tradit

Etymologus p. 338, 31 haec: *Κληρωτοὶ ἄρχοντες ἴσαν οὗτοι, προεστικότες τοῦ δεσμοτηρίου· καὶ τοὺς ἀπαγομένους κακούργους ἐπὶ θάνατον παραλαμβάνοντες ἐξήμιον· τοὺς δὲ ἀμφισβητοῦντας εἰσῆγον εἰς τὸ δικαστήριον· καὶ τὸ γνωσθὲν περὶ αὐτῶν ἔπραττον. Εἰσῆγον δὲ καὶ τὰ ἀπογραφόμενα χωρία, οἰκίας· καὶ τὰ δημόσια εἶναι δόξαντα παρεδίδουν τοῖς πολιταῖς. Εἰσῆγον δὲ ἐνίας ἐνδείξεις· ῥητορικῆ.* *Compara Photii obseruationem, quae cum in fine litterae ε conlocata sit, non una cum priore parte huius litterae periiit: Περὶ τῶν ἔνδεκα. Ἐνδεκα ἄνδρες ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη γεγονότες, κλήρω τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐλάμβανον· ἐπεμελοῦντο δὲ τῶν ἐν δεσμοτηρίῳ· κλέπτας δὲ καὶ λωποδύτας καὶ ἀνδραποδιστάς, εἰ μὲν ἐπ' αὐτοφώρῳ λάβοιεν, ἐκόλαζον θανάτῳ· εἰ δὲ ἀντιλέγοιεν, εἰς κρίσιν καθίστων.*

Res manifesta est: Etymologus M. non modo uerbis inde a 'καὶ τὸ γνωσθὲν' usque ad 'ἐνδείξεις' plenior est quam Photius, uerum etiam parte priore ita cum patriarcha discrepat, ut, quamuis sua uterque ex communi fonte deriuarit, nunquam Etymologus hanc glossam rhetoricam ex Photio describere potuerit.

Altera glossa legitur Et. M. p. 384, 10: *ἐσχάρα· Ἰλιάδος κ' πρὸς ἐσχάρα· ἀντὶ τοῦ πυραὶ, πυρακαί. — δηλοῖ δὲ ἡ λέξις καὶ τὴν ἐστίαν καὶ τὸν ῥύπον καὶ τὸ κανθὲν ἔλκος καὶ τὸν βωμόν, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἡρακλεῖ. καὶ τὴν κυρίως λεγομένην ἐσχάραν φασὶ καλεῖσθαι* *Photius praebet hac de uoce quinque expositiones:*

1) *ἐσχάρα· ἡ ἐπὶ γῆς ἐστία στρογγυλοειδής· ἀπ' ἧς ἐσχάρας λέγομεν καὶ τὰ κοῖλα καὶ περιφερῆ ἔλκη· ὁ δὲ βωμός, τὸ ἐν ὕψει ἐστὶ πρὸς θεσίαν οἰκοδόμημα.*

2) *ἐσχάρα· ἐσχάραν φησὶ καλεῖσθαι Λυκοῦργος καὶ Ἀμμώνιος τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος, ἀλλ' ἐπὶ γῆς*

ἔστιαν, τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος, ἰδρῦμένην ἢ κοίλην· παρὰ καὶ τοὺς
 ἀλλ' ἐπὶ γῆς ἰδρῦμένην ἢ ἰατροῦς τὰ ἐν σώματι κοίλα ἔλκη
 κοίλην· παρὰ τὸ καὶ τοὺς ἰατροῦς τὰ ἐν τῷ σώματι
 κοίλα ἔλκη ἰσχάρας καλεῖν. ἰσχάρας καλεῖν.
 φητορικῆ.

- 3) ἰσχάραι πυρρός· ἐπὶ ἐδά-
 ρους ἀνθρακίαι.
 4) ἰσχάρας· τὰ τῶν γυναικῶν
 αἰδοῖα.
 5) ἰσχάριον· θυμιατήριον κοῖλον.

Naberi et Boyseni sententia hoc exemplo optime confir-
 maretur et praecipue Boyseni supplementa defenderentur, si
 glossae partem priorem usque ad nomen Ἡρακλεῖ ex alio opere,
 ex alio reliqua fluxisse demonstraretur. Enimvero Etymologum
 M. et Photium in parte posteriore, quae finitur formula φητο-
 ρικῆ, ita concordantes uidemus, ut formula ad Photium solum
 — id quod illi affirmant — spectet. Sed uiris illis doctis spem
 bonam certamque fere praecidit Eustathius. Etenim forte iste
 commentator seruauit in commentariis ad Iliadem p. 815, 10
 eandem observationem de uoce ἰσχάρα atque Etymologus M.,
 quam ex alterutrius atticistae lexico rhetorico depromptam
 esse infra ostendam¹⁾. Eustathius autem l. c. haec tradit: τὸ
 δὲ ἰσχάρα κατὰ τοὺς παλαιούς ὡς ὁμώνυμον σημαίνει πολλά.
 λέγεται γὰρ οὕτω καὶ ὁ βωμός, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἡρακλεῖ·
 δηλοῖ δὲ φασιν ἢ λέξεις καὶ ῥύπον καὶ κανθὲν ἔλκος καὶ τὴν
 κριβίως δὲ λεγομένην ἰσχάραν τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος ἀλλ' ἐπὶ
 γῆς οὖσαν ἢ κοίλην, ὅθεν καὶ τὰ ἐν σώματι κοίλα ἔλκη ἰσχά-
 ραι ἰατρικῶς καλοῦνται. — Utut autem est, id constat non
 solum et Eustathium et Etymologum hanc observationem eadem
 forma in suo fonte inuenisse, uerum etiam et Photium et aucto-
 rem illius expositionis Eustathianae communi fonte scil. Am-
 monio in posteriore glossae parte conscribenda usos esse.

Conuerto me ad illas duas adnotationes ζύγαστρον et
 σφαδάζειν, quarum supplementa, quibus Etymologus uberior
 est quam Photius, unde fluxerint, Boysen ignorat.

1) § 5, 1.



Et. M. p. 412, 29: ζύγαστρον· τὸ κιβώ-
 τιον, ὡς φησι Σοφοκλῆς 'κοίλῳ ζιγάστρω'.
 κυρίως ἢ ξυλίνη σορός· παρὰ τὸ ἐνε-
 ζεῦχθαι καὶ ἐνδεέσθαι ἀλλήλαις τὰς σα-
 νίδας [cod. Flor. p. 141 addit: ἢ παρὰ τὸ
 ἐζυγῶσθαι τὰς σανίδας]. παρὰ Δελφοῖς
 δὲ ζύγαστρον καλεῖται τὸ γραμματοφυ-
 λάκιον. ῥητορικῇ ἢ λέξις.

conl. Phot. s. u. ζύγα-
 στρον· κιβωτός· κι-
 ρίως δὲ ἢ ξυλίνη σορός·
 παρὰ τὸ ἐζυγῶσθαι·
 οὕτως Εὐριπίδης·
 παρὰ Δελφοῖς δὲ ζύ-
 γαστρον καλεῖται τὸ
 γραμματοφυλάκιον.

Etymologi ergo et Photii uerba inter se ita opposita sunt:

1) τὸ κιβώτιον — κιβωτός; 2) ὡς φησι Σοφοκλῆς 'κοίλῳ ζι-
 γάστρω' — οὕτως Εὐριπίδης; 3) κυρίως ἢ ξυλίνη σορός —
 κυρίως δὲ ἢ ξυλίνη σορός; 4) παρὰ τὸ ἐνεζεῦχθαι καὶ ἐνδεέσθαι
 ἀλλήλαις τὰς σανίδας — παρὰ τὸ ἐζυγῶσθαι; 5) παρὰ Δελφοῖς
 δὲ ζύγαστρον καλεῖται τὸ γραμματοφυλάκιον — conuenit ad
 litteram Photius. Quae cum ita sint, primo obtutu unumquem-
 que intellegere necesse est et Photium et Etymologum M. ex
 eodem opere, ubi eadem uel paulo uerior quam in Etymo-
 logico M. forma glossae exstabat, doctrinae suae scaturigines
 deriuasse neque uero fieri posse, ut Etymologus Photii glos-
 sam descripserit. Boyseno autem, si scire cupiat, 'unde fluxerint
 illa supplementa: 'κοίλῳ ζιγάστρω' 'παρὰ τὸ ἐνεζεῦχθαι καὶ
 ἐνδεέσθαι ἀλλήλαις τὰς σανίδας', hoc enuntiare possum.
 Euoluat enim mihi iste Eust. comment. ad Il. p. 956, 4 et ui-
 deat eandem fere expositionem ibi legi eamque ex Pausania
 atticista haustam, ex cuius lexico etiam Etymologum M. non
 solum supplementa, sed totum articulum sumpsisse infra con-
 firmabo¹⁾.

De uerbo σφαδάζειν exhibet Et. M. p. 737,
 15 haec: ... ἐν δὲ τῷ ῥητορικῷ λεξικῷ εὗρον
 τὸ σφαδάζειν σημαίνει τὸ δυσθανατεῖν,
 ματαιῶς σπᾶσθαι, χαλεπαίνειν, μετ' ὀρ-
 γῆς στενάζειν, ὡς Εὐριπίδης· 'εἰ μὲν τόδ'
 ἔμαρ πρῶτον ἦν κακομένῳ· εἶκος σφα-
 δάζειν [ἦν] ἄν' [cod. Flor. Mill. p. 275 καὶ
 Πλάτων· 'διὰ παντὸς βίου σφαδᾶ'].

Photius s. u. σφα-
 δάζειν· θράσσειν,
 δυσθανατεῖν, μα-
 ταιῶς σπᾶσθαι, χα-
 λεπαίνειν, μετ' ὀρ-
 γῆς στενάζειν.

1). § 4, 8.

Quamquam hoc loco iisdem certis argumentis atque in superiore glossa indicare non possum Etymologum M. totam glossam ex uno fonte hausisse, tamen non uereor illud opinari, praesertim cum uix quemquam contrariam sententiam demonstrare posse pntem atque Boysen ipse concedat sese ignorasse, unde Etymologus testimonia adiunxerit.

Andiamus porro Photium et Etymologum de uoce *ἔσμός* agentes, quorum ille haec praebet: *ἔσμός· πληθὺς· ὄχλος· κυρίως τῶν μελισσῶν· παρὰ τὸ ἅμα πετομένας ἴεσθαι*, Etymologus p. 383, 9: *ἔσμός· κυρίως τὸ πλῆθος τῶν μελισσῶν παρὰ τὸ ἅμα πετομένας ἴεσθαι. ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ τίθῃμι, θετός· καὶ βίβημι, βασμός καὶ βαθμός· καὶ ἴστημι, στήσω, στασμός καὶ σταθμός· οὕτως καὶ ἴημι ἦσω ἔσμός. ἢ παρὰ τὸ ἔπεσθαι τῷ βασιλεῖ τὰς μελίσσας· ὡς γὰρ παρὰ κόμπω, κόμπω· λείπω, λμός· οὕτως ἔπω, ἔσμός. Καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ πλῆθους καὶ ὄχλου λαμβάνεται. λέγεται δὲ ἔσμός ἐπὶ Ταναγραίων καὶ ἡ γεννώσα. ἱστορικῆ.*

Cum et Naberum censentem Photium esse decurtatum, et Boysenum, aliunde fluxisse Etymologi M. supplementa, in errore uersari praedicarim, hanc Etymologi et Photii glossarum dissimilitudinem hunc in modum definire poterimus: glossa Etymologi ex tribus partibus constat: nocis *ἔσμός* nis propria, originatio, nis translata¹⁾, cui formula *ἱστορικῆ* subinneta est. Atqui translata et propria artissime cohaerent et originatio, quae media inter has notiones legitur, secundum ea, quae p. 192 sq. exposui de Etymologi ratione excerpenti, ex eodem fonte manant, ex quo significatio propria et translata. Ergo consequens est, ut formula ad totam adnotationem pertineat neque Etymologus Photium consulnerit. In hac quoque glossa Boysennum certe fugit non solum Photium et Etymologum, uerum etiam Orionem²⁾

1) Quam explicandi rationem reperire potes in glossa Et. M. *ζύγαστρον* et in gl. Et. Gud. p. 212, 24, cf. p. 198. adn. 1.

2) Cuius uerba haec sunt [p. 60, 8]: *ἔσμός· ἐπὶ τοῦ πλῆθους τῶν μελισσῶν. παρὰ τὴν εἶναι ὁμοῦ ποιεῖν καὶ μὴ διαστάναι ἀπ' ἀλλήλων. ὅθεν Ὅμηρος: [reliqua desunt].*

et Etymologum Gud. 1) omnes ex eodem communi fonte hausisse, alios autem alia excerpisse. Nam hoc Boysenum cuiquam persuasisse uix contenderim, supplementa, quae uocat, Etymologum M. glossae rhetoricae ex Etymologico Gud. et Orione deprompta inseruisse, quibus ipsis Etymologus M. insuper multo uberior est.

Glossa optimae frugis est Photii de uoce ἤλυσις· πορεία, quaeum conferas Suidae adnotationem ἤλυσις· ἔλευσις. ἄφιξις. ἴφοδος. πορεία et Hesychii ἤλυσις· ἔλευσις. πορεία. σύνοδος et Etymologi M. p. 341, 5 καὶ ἤλυσιν, τὴν ἔλευσιν. Quas glossas et Hesychius et Photius et Etymologus et Suidas in opera transtulerunt ex ipso fonte antiquo, qui fere integer restituitur glossa Suidae coniuncta cum Hesychii 'σύνοδος' et Etymologi M. glossa extrema: *Ἀσχύλος ἐν Ἀργείοις· Ἐκατανεῖς μου καταλείπεται λοιποῖς ἀκέραντος ἀρούρων ἐπηλυσιῶν ἀπέλιπεν· οἱ δέ, τὰ κατασκευθέντα, οὕτως εἰς τὸ ἑητορικόν.* Itaque iterum atque iterum fieri nou potest, ut Etymologus formula *εἰς τὸ ἑητορικόν* Photii lexicon intellegi uelit.

Et. M. p. 790, 5 *φαινόλης· χιτών· οἱ δὲ παλαιοὶ ἐφειστροῖδα. ὡς τὸ· 'καὶ τὸν φαινόλην ἀποδύσασθαι'. τοιτέστι τὸ ἱμάτιον. παρὰ τὸ φαίνεσθαι ὄλον. ἑητορικῆ.* — Naber et Boysen statuente notam *ἑητορικῆ* significare *συναγωγῆν* Photii, in angustias magnas adducuntur. Neque enim uerba Etymologi M., quibus formula subscripta est, sunt Photii, qui cum solis uerbis prioribus Etymologi M. [*χιτών· οἱ δὲ παλ. ἐφειστρο.*] conspirat, sed Etymologi Gud. Leguntur enim in illius lexicici p. 547, 50 haec: *φαινόλην· ὡς· 'καὶ τὸν φαινόλην ἀποδύσασθαι'· τοιτέστι τὸ ἱμάτιον· παρὰ τὸ φαίνεσθαι ὄλον cett.,*

1) Exstant in Et. Gud. duo articuli, p. 212, 24: *ἰσμός· κυρίως ἐπὶ τοῦ ἀμύγνου τῶν μελισσῶν. καὶ τὸ τὴν ἴσην ὁμοῦ ποιεῖν καὶ μὴ διεστέλαι ἀπ' ἀλλήλων· διὸ καὶ Ὅμηρος 'μελισσῶν ἀδινάων' [II. B. 87], παρὰ τὸ ἀδδην καὶ τὸ ἀθρόως πετᾶσθαι ἀγέλησι διὸ καὶ βοτρυδὸν δι πέτονται. καταχρηστικῶς δὲ τὸ πλῆθνε. ἰσμός δὲ ὑπὸ Ταναγραίων καὶ ἡ γεννώσα καλεῖται et Ibidem linea 31: *ἰσμός· τὸ πλῆθος τῶν μυῶν, παρὰ τὸ ἐπεισθαι ἀλλήλαις ἢ παρὰ τὴν ἴσην, ὡς τίθημι, θίσσω, θεσμός, δίδημι, δίσσω, θεσμός· οὕτως ἴημι, ἦσω, ἰσμός.**

quae huc non spectant. Rectam autem viam huius difficultatis tollendae ingredi uidebimur, conicientes, cum Etymologus M. procul dubio hoc loco Photii lexicon formula notare noluerit neque uero omnino Etymologum Gud. his notis indicarit: et Photium et Etymologum Gud. et Magnum alterutro non inspecto ex eodem communi fonte sua deprompsisse.

Consimilis est glossa de ulceribus serpentibus, quem morbum *ἐρπίνα* uel *ἐρπίνην* appellant. Etymologus M. haec p. 377, 4 tradit sub uocis forma *ἐρπίνην*· ὄνομα πάθους. παρὰ τὸ ἔρπω, ἐρπίνην. ἔστι δὲ πάθος χαλεπὸν· ἀπὸ τοῦ ἔρπειν καθ' ὅλον τοῦ σώματος. ἐπιπλατύνεται γὰρ τῷ σώματι οὐκ εἰς ὄγκον, ἀλλ' εἰς πλάτος καὶ μῆκος. λέγεται δὲ καὶ ἐρπίνην ὡς εὖρον εἰς τὸ λεξικόν. — Cum ut p. 310, 46 ita hoc loco summa probabilitate ad uocem *λεξικόν* supplendum sit *ῥητορικόν* propterea, quod Etymologus praeter lexicon quoddam *Πιαδος* [p. 416, 21; 553, 7; 744, 40], de quo hic cogitare nulla re cogimur, aliis lexicis usus non est nisi rhetoricis, illud *Naberianum* iubet nos expositionem Etymologi M. de ulceribus serpentibus ex Photio petitam esse arbitrari. Neque uero omnia. Etenim uerba ineuntia [*ἐρπίνην*]· ὄνομα πάθους· παρὰ τὸ ἔρπω, *ἐρπίνην* ex alio opere descripta esse atque sequentia, quia haec fere eadem aliis quidem uerbis docent, *Naberum* ipsum opinari existimo. Quibus uerbis addit Etymologus expositionem maioris pretii: ἔστι δὲ πάθος χαλεπὸν· ἀπὸ τοῦ ἔρπειν καθ' ὅλον τοῦ σώματος. ἐπιπλατύνεται γὰρ τῷ σώματι οὐκ εἰς ὄγκον, ἀλλ' εἰς πλάτος καὶ μῆκος. — Luculenter apparet haec omnia arte esse coniuncta, haudquaquam priora ἔστι δὲ π. χ. ἀπὸ τ. ἔρπ. καθ' ὅλ. τ. σώματος ex alio lexico, ex alio reliqua in Etymologicum M. recepta esse. Denique ex lexico rhetorico i. e. auctoribus *Nabero* et *Boyseno* ex Photii libro Etymologus didicit *ἐρπίνην* nominis loco etiam formam *ἐρπίνην* adhiberi, id quod adicit his uerbis: λέγεται δὲ καὶ ἐρπίνην ὡς εὖρον εἰς τὸ λεξικόν. Sed ne hoc quidem exemplo illa *Naberi* et *Boyseni* sententia probatur. Etenim quamquam Photius illud lemma ita exhibet, ut Etymologus sine dubio uerbis λέγεται δὲ καὶ cett. Photium indicare possit, et quamquam Etymologus et

Photius consentiunt in uerbis ἔστι δὲ πάθος usque ad 'σώματος', tamen observationem Etymologi, quippe quae pleuior sit uerbis 'ἐπιπλαίνεται γὰρ τῷ σώματι οὐκ εἰς ὄγκον, ἀλλ' εἰς πλάτος καὶ μήκος, non ex Photii¹⁾, sed alius cuiusdam lexicographi opere fluxisse oportet. Huc accedit, quod in codice V Etymologici M. reuera glossa Photii de hac uoce 'ἐρπινή' legitur — omīssa formula ἑτηροεική. Quomodo haec Naber et Boysen explicabunt?

Iam finem huius paragraphi faciunt glossae Et. M. p. 356, 49 *ἐτήσιοι* et Et. M. p. 784, 40 *ἐπωμοσία*, quas, quamquam a Photio paucis tantum uerbis discrepant, tamen hoc loco ceteris exemplis addere liceat.

§ 3. Etymologum M. in multis glossis rhetoricis lectionem rectam, Photium falsam exhibere, ergo corruptelas quasdam communes ad fontem communem referendas esse confirmatur.

Quoniam paragraphis prima et altera documentis satis luculentis ostendi, glossas Etymologi M. rhetoricas ex Photii explicationibus ortas non esse, hac extrema capitis primi quaestione tertium Naber et Boyseni argumentum, quod ex corruptelis ducunt Etymologo M. et Photio communibus, paucis tantum infrugam, praesertim cum Freyer l. c. p. 288 sqq. istam leuem argumentationem Naber, qua proll. p. 165 demonstrare studet, a Suida quoque Photium esse compilatum, grauissime castigarit. Itaque statim accingamus nos ad glossas rhetoricas cuumerandas, quarum aliae demoustrabant Etymologum M. doctrinam ueterem praebere integram, Photium autem corruptam, aliae cum Suidae glossis comparatae palamfacient corruptelas iam in fonte omīibus — Photio, Etymologo, Suidae — communi infuisse²⁾.

1) Cf. lexicogr. V. Bekk. [AGr. I. p. 256, 18] ubi eadem exstant. Verba *ἐπιπλάσθαι καὶ τρέφειν* Naber in '*ἐπιπλάσθαι καὶ ἐρπινῆ*' recte correxisse uidetur.

2) Nam si probatur corruptelas Photio et Suidae communes in fonte

Etymologus habet s. u. ζύγαστρον¹⁾ lectionem rectam Σοφοκλῆς, cuius Trach. u. 692 haec leguntur: κοίλῳ ζυγάστρω δῶρον ὡσπερ εἶδετε. Apud Photium autem in nominis Εὐριπίδης locum nomen Σοφοκλῆς restituendum esse manifestum fit ex Eustathii loco p. 956, 6, ubi uerba κοίλῳ ζυγάστρω una cum cetera Photii et Etymologi expositione commemorantur.

Etymologus docet p. 410, 20 de uoce ζειράι²⁾ haec: χιτῶνες ἀνακεκολλημένοι ἢ ἀνάκωλοι. Quam lectionem ueram apud Photium deprauatam uidemus in ἀνακεκολλημένοι uerbum, quod, cum in graecitate omnino non exstet, Naber in ἀνακεκολλημένοι mutare maluit, cui quidem languidae emendationi lectionem Etymologi praefendam esse extra omnem dubitationem est. Conferas praeterea lexicogr. V. Bekk. l. c. p. 260, 31: ζειρά· ζώνης εἶδος. ἢ ἔνδυμά τι, ὃ ἐπενεδύοντο μετὰ τοὺς χιτῶνας ὡσπερ ἐφροστίδα· ὅπερ καὶ μάλλον.

Et. M. p. 341, 5 s. u. ἐνηλύσια recte traditur uerbum κατασκηθέντα, quod in Photii lexico s. u. ἠλύσιον in [Πολέμων δὲ Ἀθηναίους φησὶ] τὸ κατασκαφὲν [χωρίον καλεῖν] corruptum est. Quod uitium cum in Hesychii quoque lexico sub eodem lemmate redeat, perantiquum est. Conferas Suidam³⁾, qui eadem ex eodem fonte atque Hesychius et Photius descripsit.

Lectiones discrepantes conspicias conlatis Et. M. p. 747 init.: τὰ ῥοὶ καὶ τὰ ροὶ· τάλαροι⁴⁾... et Photio τὰ ῥοὶ· τάλαροι καὶ τὰ ροὶ... Photii igitur uerba in ordinem redigenda esse, quem Etymologus praebet, Ince clarius est, quon-

antiquo iam inuentas esse, hoc etiam de Etymologi M. glossis rhetoricis statuere poterimus, quas ex Photio non fluxisse demonstrauimus.

1) Cf. hul. diss. p. 196. et § 4, 8.

2) Cf. § 5, 11.

3) Quod Suidae scripturae mendum Küster Etymologico M. non inspecto ingeniose correxit atque addidit aut librariorum locum hunc apud Hesychium et Suidam corrupisse aut Hesychium et Suidam, cum ista excerpere, corruptis codicibus usos esse.

4) Cf. § 5, 6. Praeterea ordines adnotationum singularium apud Photium et Etymologum inter se discrepant.

iam Eustathius ex eodem opere atque Etymologus sua suffragatus idem lemma exhibet p. 1625, 17¹⁾ . . . ὅτι ταῖροι καὶ ταρσοὶ τάλαροι.

Doctrina singularis inest in Etymologi M. glossa *ὑβρις*²⁾ [p. 774, 13]· ἡ μετὰ προπηλακισμοῦ καὶ ἐπιχρείας αἰκία· αἰκία δέ, πληγαὶ μόνον. *Ἀνσίας ἐν τῇ περὶ αἰκίας πρὸς Ἰσοκράτην*· καίτοι τίς οὐκ οἶδεν ὑμῶν, ὅτι τὴν μὲν αἰκίαν χρημάτων ἐστὶ μόνον τιμῆσαι; τοὺς δὲ ὑβρίζειν δόξαντας ἐξεστὶν ἐμὴν θανάτῳ ζῆμιον· ἑητορική. *Αἰκία* igitur sunt uerba sola, quae, ut ex Lysiae fragmento apparet, pecunia multabantur, ὑβρις autem esterberatio cum contumeliis coniuncta, quae, quia illo delicto multo gravior putabatur, morte puniri poterat. Quae, expositio in Photii lexico foede inquinata comparet: ὑβρις· ἡ μετὰ προπηλακισμοῦ καὶ ἐπιχρείας καὶ αἰκίας· αἰκία δὲ cett.

Quid ergo? possumusne his in glossis easdem corruptelas statuere? Tantum abest, ut Etymologus M. ex codice Galeano, id quod Boysen³⁾ commendat, Photii doctrinam deprompserit, ut patriarchae scrinia omnino eum non compilasse pateat.

Glossarum, quibus eadem apud Photium, Etymologum,

1) Cf. Rindfleischium, frg. Aelii D. et Paus. no. 333.

2) Cf. Meier-Schömann, att. Proc. iterum ed. Lipsins p. 398.

3) Ut hanc sententiam Boysen confirmet [p. 69], glossis ineptissimis Et. M. p. 381, 2 *θσάλευε* et p. 790, 8 *φελόνης* utitur. Nam ut id missum faciam, illum uirum doctum quinque adnotationibus, quas ascripsi, redargui, glossae *φελόνης* soli codices D et V notam addunt atque eam, ut facillime fieri potuit, ex glossa antecedente *φαιλόνης*. Priori autem articulo unus codex Flor. [l. c. p. 128] subiungit: *σημαίνει δὲ ἡ λέξις . . . ἑητορική*, quibus ex uerbis haudquaquam cum Boyseno conicere uelim uerbum *ἡ λέξις* cum nota *ἑητορική* coniungendum esse. Cum enim Suidas sub eadem uoce declarat enunciatum huius glossae extremum ex his uerbis constare: *σημαίνει δὲ ἡ λέξις τὸ τὰς θλίπιδας ἐπὶ τούτοις εἶχεν . . .*, eodem iure et maiore uerisimilitudine *ἡ λέξις* ad uerbum *σημαίνει* reuocatur, id quod Boysen nullis argumentis negare poterit. Huc accedit, quod apud Etymologum nota *ἡ λέξις ἑητορική* pro summa uarietate formularum nsitata non est [cf. Meier opp. acad. II, p. 115 sq.]. Quibus perpensis haec Etymologi glossa ex Photio, qui modo uerba *σημαίνει δὲ* praebet omissis uerbis *ἡ λέξις*, manasse non potest.

Suidam corruptelae antiquae sunt, quia res manifesta est, pau-
cas attulisse sufficiat.

Et. M. p. 789, 19 s. u. *φαινώματα*¹⁾· *σανιδώματα, στέγη διάγλυφα*: cum hac glossa concinunt expositiones Photii et Suidae etiam lectione falsa *στέγη*, cuius loco legas *στέγης* genetiivum coll. Eust. p. 547, 2: *στέγης διάγλυφα*, cum *φαινώματα* non sint tecta laqueata sed lacunaria tecti.

Et. M. p. 771, 50 s. u. *τυντλάζειν*· *εις πηλὸν ἐμβαίνειν ἢ ἐπιῤῥαίνειν πηλῷ. τύντλος γὰρ ὁ πηλώδης τόπος ἢ πηλὸς καὶ τάρραχος. καὶ τυντλώδους ἀντὶ τοῦ ὑλώδους. ῥητορικὴ ἢ τυντλάζειν αὐτὸ καὶ αὐτὸ λέγειν*. Ubi nota *ῥητορικὴ*, quamquam *ὑλώδους* vitium in Photio reperitur, tamen nobis non persuadebit, hanc glossam esse Photii. Etenim in Photio glossae partes ita continuatae sunt, ut agmen ducat adnotatio *τυντλάζειν*· *εις πηλὸν ἐμβαίνειν*· *Ἀριστοφάνης* et sequatur *τυντλάζειν*· *ἐπιῤῥαίνειν πηλῷ. τύντλος γὰρ ὁ πηλώδης τόπος*, tum — quod maxime animaduertas, quia haec pars in Etymologico M. post notam *ῥητορικὴ* locum tenet — *τυντλάζειν*· *αὐτὸ καὶ αὐτὸ λέγειν*²⁾, deinde *τύντλος*· *πηλὸς καὶ τάρραχος*· *Μένανδρος*, postremo *τυντλώδους*· *ὑλώδους*. Peruelim scire, quomodo Naber et Boysen explicaturi sint, cur Etymologus articulos non secundum ordinem Photii descripserit neque expositioni extremae, quam ex Photio fluxisse negari nequit, formulam *ῥητορικὴ* subiunxerit. At ne dicant illi uiri docti hoc exemplum suo genere singulare esse, glossam consimilem adde Et. M. p. 798, 28: *φορά*· *ἢ κατὰ ὅλον τόπον ἐναλλαγὴ καὶ μάλιστα ἢ μὴ δυναμένη ἐφ' ἑαυτῆς στήναι ὅταν ἐθέλῃ. ῥητορικὴ. καὶ φοράδην τὸ ὀρητικῶς φερόμενος*, quarum utraque adnotatio apud Photium legitur³⁾. Qua occasione oblata praeter glossam supra laudatam de uoce *ἐρπήν*, quam ex Photio

1) Cf. § 5, 10.

2) Hanc glossam mendosam esse non opinor coll. gl. Phryn. [AGr. Bekk. p. 65, 15]: *τυντλώδης καὶ ληραίδης λόγος, ὅλον ὁ πεπατημένος καὶ κοινός*. Cf. Hesych. s. u. et ea, quae M. Schmidt ibidem [tom. IV. p. 186. no. 1646] adnotauit.

3) Cf. exemplum eiusdem generis *ἐφεκτοῦς τόκου*. § 9, I, 5. — Cf. § 5, 15.

depromptam non esse p. 199 demonstraui, hoc loco denuo premo codicem V Etymologici M. etiam expositionem Photii de uoce *ἐπιήνη αἰτολεξει* descriptam praebere neque uero formula *ῥητορικῆ* notatam. Quae cum ita sint, Etymologus M. glossas Photianas manifestissime a glossis rhetoricis disiungit, quamobrem nos quoque eas disiungere cogimur. Attamen corruptellam *ἐλώδους* non ex Photii lexico in Etymologicum M. irrepsisse sed ex antiquiore fonte cum ex iis, quae modo exposui, patet tum ex Hesychii et Suidae lexicis intellegitur, ubi sub eodem lemmate idem mendum *ἐλώδους* exstat. Quod uiri docti in '*ἰλιώδους*' uel minore probabilitate in '*πηλώδους*' mutauerunt.

Vitiis refertus est articulus Et. M. p. 787, 17, Photii, Suidae s. u. *φάλος*. [*ἐν δὲ τῷ ῥητορικῷ λεξικῷ εὔρον σημαίνειν τὴν λέξιν τὸ φάλος*]. *βῶλον ἢ λόφον ἢ ὑπερέχουσαν πέτραν ἐν θαλάσῃ*. Patet solam notionem *λόφος* lemmate *φάλος* explicari ob eamque causam notiones *βῶλον* et *ὑπερέχουσαν πέτραν ἐν θαλάσῃ* ex hac glossa esse eiciendas.

Correxit autem Bernhardy¹⁾ hanc glossam ita, ut una diuisa sit in tres: *φάλος*. *λόφος*; *πάλος*. *βόλος* uel *φάρος*. *βόλος*; *ὑφάλος*. [*ἰ*] *ὑπερέχουσα πέτρα ἐν θαλάσῃ*. Cui emendationi praeferam medicinam leniorem a Mauricio Schmidt ad Hesych. s. u. *φαλλός* adhibitam, qui censet glossarum rationem hanc fuisse: *φάλος*. *λόφος*; *ὑφάλος*. *βόλος*. *ὑπερέχουσα πέτρα ἐν θαλάσῃ*, et similitudine *πέτρας ὑφάλου* probabiliter conicit *βόλον ὑφάλου*. Utramque autem rationem Bernhardyi improbandam esse inde apparet, quod neque intellegitur, quomodo glossa *πάλος*. *βόλος* aduersus alphabeti ordinem huc irrepserit, et *φάρος* i. e. pallium neque uerbo *βῶλος* neque *βόλος* definitur.

Cf. alias glossas u. c. *τερθρεία* Et. M. p. 752, 47 coll. Phot. et Suid. cett.

1) In adn. ed. Suid. s. u. *φάλος*.

CAPUT II.

Etymologum M. glossas rhetoricas ex Aelii Dionysii et Pausaniae atticistarum lexicis rhetoricis deprompsisse demonstratur.

§ 4. De Aelio Dionysio ab Etymologo M. laudato et de glossis rhetoricis, quibuscum plane conuenit alteruter atticista apud Eustathium.

Et. M. p. 227, 35: *γεραῖραι· παρὰ Ἀθηναίοις γυναῖκες τινες ἱεραί, ἃς ὁ βασιλεὺς καθίστησιν ἰσαριθμούς τοῖς βωμοῖς τοῦ Διονύσου διὰ τὸ γεραίρειν τὸν θεόν. Οὕτω Διονύσιος ὁ Ἀλικαρνασσεύς.* Verbis extremis Etymologum declarare sese lexicon atticistae inspexisse unusquisque concedet — Boyseno excepto. Qui uir doctus: 'Dionysium, inquit [p. 72], Etymologo M. auctorem fuisse, ut indicari uidetur loco illo s. u. *γεραῖραι*, ita tamen propterea est uegandum, quod, si comparabis Dionysii fragmenta cum glossis Etymologici M.¹⁾ nullam inuenies a Dionysio profectam, quae ab hoc ipso ueque uel a Photio uel a lexicogr. V. Bekk. uel ab Etymologo Gud. uel ab Herodiano uel a Diogeniano Etymologo M. sit tradita'. — At miserime hoc argumentum corruere uidemus uel propter solam hanc optimae frugis et quantiuis pretii glossam de uoce *γεραῖραι*. Nam etsi praeter Aelium Dionysium apud Etymologum M. Pollux, Harpocration, Hesychius, lexicographus V. Bekk. de illo instituto agunt, tamen eorum uemo Etymologo M. fons fuit.

1) Scil. omnibus, non cum solis glossis rhetoricis, quas Photii esse istum falso putare cap. I. demonstrauit. Earum autem glossarum, quae uidentur ex Aelio Dionysio manasse, sed reuera ex illis lexicographis transcriptae sunt — Boysen enumerat uiginti quattuor —, plerasque ei concedo atque eas, quae in medio Etymologico M. comparent, ubi glossae rhetoricae desiderantur, quas ad unam omnes ex Aelio D. fluxisse equidem persuasum habeo. Sane admodum mirum esset, si Etymologus M., qui multa opera Aelianae doctrinae plena excerpsit, ne hac quidem in parte illius atticistae uestigia se offerrent. Cf. quae dixi p. 176 adn. 1.

Potius de ratione inter hos lexicographos intercedente cum Freyero [p. 259 extr. sq.] statuendum est Aelium Dionysium, Pollucem [p. 347 ed. Bekk. αἵται ἄρρητα ἱερὰ Διονύσω ἔθνον μετ' ἄλλης θεωρίας. καθίστη δὲ αὐτὰς ὁ βασιλεὺς οὖσας τέσσαρας καὶ δέκα], Harpocrationem [p. 79, 4 ed. Diud. γεραραὶ αἱ τῷ Διονύσω ἰέρωμεναι γυναῖκες] eundem fontem esse secutos, Hesychium autem [ἰέρειαι κοινῶς· ἰδίως δὲ αἱ τῷ Διονύσω τῷ ἐν Αἰμναῖς τὰ ἱερὰ ἐπιτελοῦσαι, τῷ ἀριθμῷ ἰδ'] et lexicographum V. [p. 231, 32 fere eadem atque Hesych.] et Etymologum M. Dionysiana aliis uerbis reddere.

Quod ad Pausaniae atticistae uomen attinet, fateor me toto Etymologico M. ne uestigium quidem eius inuenisse. Attameu si demonstratum est, Aelium Dionysium inter fontes Etymologi M. fuisse, cum per se uerisimillimum est, tum luculenter ex multis glossis rhetoricis apparebit etiam Pausaniae scrinia ab Etymologo compilata esse. Cf. Naberi proll. p. 39, Riudfleisch. l. c. p. 22, Freyer. l. c. p. 250 sq.

Glossarum rhetoricarum, quibuscum coucuuiunt atticistae apud Eustathium, primum enumerabo eas, quae cum fragmentis Aelii Dionysii, deinde quae cum fragmentis Pausaniae plane concordant.

1. Et. M. p. 192, 2 βατήρ· ἡ ἀρχὴ τῶν τοῦ πεντάθλου σκαμμάτων. αὐτὸν κέρρονκας τὸν βατήρα τοῦ λόγου· φησί τις οἶον τὸ ἐπικαιρότατον καὶ τὸ πρῶτον. ἔγγορικὴ δὲ ἐστὶν ἡ λέξις [cod.: ἔγγορικὴ, quod siue dubio in ἔγγορικὴ emendandum est]. Prorsus conspirat cum Etymologo Suidas, ex parte lexicographus V. p. 224, 12, deest Photius. Hac in glossa rhetorica Etymologum Aelianum lexicou iuspexisse Eustathius p. 1404, 55 affirmat [Rdff. no. 96]: ἔτι ἀπὸ τοῦ βάλλειν καὶ βαλβίδες. οὐ μόνον αἱ ἐπὶ ἀγέσεως δρομέων γραμμαὶ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, ἀλλὰ καὶ ὅσαι ἐν φράσει καὶ ἄλλοις τοιοῦτοις ἔγγοκαὶ φησι καὶ ἔξοκαὶ δι' ὧν κατίαςιν εἰς αὐτά. αἷς βαλβίσι, ὁμοίον τι κατὰ ἔννοιαν καὶ ὁ βατήρ, ὃς ἦν ἀρχὴ φησι [scil. Αἴλ. Διον.] τοῦ τῶν πεντάθλων σκάμματος. ὁθεν καὶ παροιμία· αὐτὸν κέρρονκας τὸν βατήρα τοῦ λόγου, ὡς οἶον εἰπεῖν· τὸ πρῶτον καὶ ἐπικαιρότερον.

2. Et. M. p. 196, 7: βῆ· τὸ μιμητικὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς, οὐχὶ βαί λέγεται Ἀττικῶς. Κρατῖνος Διονυσιαλεξάνδρου· ὁ δ' ἠλίθεος, ὡσπερ πρόβατον, βῆ βῆ λέγων [cod. Flor. p. 64: λέγων βῆ βῆ] βαδίξει. ῥητορικὴ δὲ ἐστὶν ἡ λέξις. Quam adnotationem esse Aelii Dionysii intellegitur ex Eust. p. 1721, 27 [Rdf. no. 95]: ἰστέον δὲ ὅτι μάλιστα τὸ βῆ φωνῆς προβάτων ἐστὶ σημαντικόν. καὶ φέρεται παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ καὶ χρῆσις Κρατῖνου τοιαύτη· ὁ δ' ἠλίθεος — βαδίξει coll. Eust. p. 76S, 14. Neque aliena praebet Suidas s. u. βῆ. Antiatticista autem [Bekk. AGr. p. 86, 3] alia exhibet, Photius deest.

3. Et. M. p. 222, 52: γεώλοφος· ἐστὶ δὲ ὄρος, ὑψωμα γῆς· καλοῦσι δ' οὕτως καὶ τὸν παχὺν καὶ ἀναίσθητον ἄνθρωπον. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. Evidentissime sane ex his elucet formulam ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ spectare nonnisi ad atticistas coll. schol. Theocr. I, 12: λέγει δὲ Διονύσιος ὁ Ἀλικαρνασσεὺς ὅτι γεώλοφος ἐστὶν ὁ ὑψηλὸς τόπος et Eust. p. 962, 22 [Rdf. no. 115] . . . χρήσιμον καὶ τὸ τοῦ Αἰλίου Διονυσίου εἰπόντος ὅτι γεώλοφον οἱ παλαιοὶ καλοῦσι τὸν παχὺν καὶ ἀναίσθητον ἄνθρωπον. Scholiasta igitur compilavit illius explicationis partem priorem de propria uocis ui, Eustathius alteram de notione translata, Etymologus autem praebet expositionem integram atque eam ex lexico rhetorico, quod quidem Aelii Dionysii fuisse concedas oportet. Conferas etiam Suidam, qui eadem atque Etymologus in lexicon transfudit. Photius deest.

4. Et. M. p. 312, 18: ἐρηγόρσιον· τὸ ποιοῦν ἐρηγορεῖναι εἴτε βρῶμα εἴτε ἄλλο τι τοιοῦτον. Φερεκράτης ἐρηγόρσιον τοιτέστι πανσινύσταλον. ῥητορικῆ. Etymologo autem Aelii Dionysii doctrinam ignotam non fuisse docet Eustathius, qui ex illius lexico rhetorico haec descripsit [p. 1493, 53 = Rdf. no. 303]: μάλιστα δὲ ὁμοιώτερον πρὸς τὸν ξηθέντα Ὅμηρικόν κρατῖρα] τὸ παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ πανσινύσταλον εἴτε βρῶμά φησιν εἴτ' ἄλλο τοιοῦτον. τὸ δὲ πανσινύσταλον ὁμοίον φασὶ τῷ ἐρηγόρσιον, ὃ δηλοῖ ποιοῦν ἐρηγορεῖναι καὶ ὡς εἰπεῖν νηφάλιον. Photius deest, etiam sub litt. π, item sub utraque uoce lexicographus V. Bekk. et Bachm. atque Suidas.

5. Et. M. p. 315, 37: ἐδέατρος· τὸ μὲν ὄνομα Ἑλληνικόν· ἢ δὲ χρήσις Περσική. ἦν δὲ προγεύστης τὸ πρῶτον καὶ προήσθιε τοῦ βασιλέως εἰς ἀσφάλειαν· ὕστερον δὲ ἐνομίσθη ἐδέατρον καλεῖν τὸν ἐπιστάτην τῆς ὅλης διακονίας καὶ παρασκευῆς. οὕτως εἰς τὸ πρῶτον λεξικόν· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ εὗρον οὕτως· ἐδέατρος ὁ ἐπὶ τῶν ἐδωδύμων [corr. Sylburg; codd. διδύμων] καὶ τῆς τοιαύτης παρασκευῆς. ἑητορική. Cuius sit illud πρῶτον λεξικόν [scil. ἑητορικόν, ut nota ἑητορική in fine articuli addita declarat], non iam dubium erit coll. Eust. p. 1403, 40 [Rdf. no. 156] 1): ἐκ τοῦ αὐτοῦ δὲ ἑήματος [scil. ἐδω] καὶ ὁ παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ ἐδέατρος. περὶ οὗ λέγει ἐκεῖνος, ὅτι τὸ μὲν ὄνομα Ἑλληνικόν, ἢ δὲ χρεῖα Περσική. ἦν δὲ φησι προγεύστης προεσθίων τοῦ βασιλέως εἰς ἀσφάλειαν· ὕστερον δὲ ἐνομίσθη ἐδέατρον καλεῖν τὸν ἐπιστάτην τῆς ὅλης διακονίας καὶ παρασκευῆς. Negari sane nequit, Eustathii uerba, quae ex Aelii Dionysii lexico arrepta esse ipse profitetur, eadem esse atque quae Etymologus ex priore lexico rhetorico desumpta tradit. Utrum autem δεύτερον λεξικόν de altera recensione Aeliani lexicī intellegendum sit — quod mihi quidem uerisimilins uidetur — an lexicon Pausaniae, quod Etymologus post Aelii librum inspexit, in dubio relinquendum est.

Glossae similes, in quibus uerba ἐν ἐτέρῳ et ζῆτει εἰς τὸ πρῶτον leguntur, sunt p. 315, 53 s. n. ἐδεύετο· ἀντὶ τοῦ ἐνδεῆς ἦν ἢ ἐγένετο ἐνδεῆς· οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἕϊσης [A 468]. παρὰ τὸ δεύω. τοῦτο παρὰ τὸ δέω. ἐν ἐτέρῳ σημαίνει τὸ ἐχορένντο, εὐχεῖτο. ἑητορική et p. 54, 14 s. u. ἀκτῆ· ἢ Ἀτικῆ· οἱ μὲν ἀπὸ τινος βασιλεύοντος Ἀκαταίωτος· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ τὰ πλεονα μέρη εἰς θάλασσαν ἐκνευκέναι σημαίνει δὲ τρία. λέγεται δὲ καὶ ὁ καρπὸς παρὰ τὸ κατάγνωσθαι ἐν τῷ ἀλήθεσθαι Δημήτερος ἀκτῆν. ζῆτει εἰς τὸ πρῶτον. ἀκτῆ

1) Fragmento Aelii Dionysii, quod Rindfleisch l. c. transcribit, uerba antecedentia praemittenda sunt: ἐκ τοῦ ἐδεῖν δὲ καὶ ἡ τεργδὼν θεριδίων φασὶ ἐνλοφάγον, οὗ ἢ χρήσις καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν ἰππέυσιν. τείρει γὰρ καὶ ἰδεῖ τὸ παραπεσόν, sequitur fr. no. 156. Cf. Phot. s. u. τεργδὼν; praeterea puto fragmenta no. 156. 158. 226 in unam glossam cum lemmate ἐδω esse coniungenda.

καὶ ὁ αἰγιαλὸς τῆς θαλάσσης, ὁ παρὰ θάλασσαν καὶ περὶ-
 δης τόπος. παρὰ τὸ ἄγω τὸ κλάνω. παρὰ τὸ κατὰγνυσθαι
 καὶ κλᾶσθαι εἰς αὐτὴν τὰ κύματα. Ubi quamquam substan-
 tium λεξικόν intellegendum esse constat, tamen cum ex simili-
 bus expositionibus, quae in Etymologico Gud. p. 30, 18 et 21
 [ἀκτῆ] et in lexico Bachm. p. 206, 10 [ιδείετο, conspirant Suid.
 Zon. Phaur.] seruatae sunt, certi quidquam colligi non possit,
 eas hoc loco attulisse satis habeamus.

6. Et. M. p. 771, 16: τρυσίππειον· ἔγκλημα ἵππου γε-
 γηρακός ἐπὶ τῆς γνάθου, τρόχῳ ὅμοιον. οὕτως Εὐπόλις.
 ἑητορικῆ. Ex Aelii Dionysii lexico haec desumpta esse, Eu-
 stathius declarat p. 1517, 4 [Rdf. no. 338]: τείρω, τρύω] ἀφ' οὗ
 καὶ τρυτάνη ἐπὶ ζυγοῦ, ἢ τειρομένη τῷ βάρει τῶν ὄγκων. ἀπ'
 αὐτοῦ δὲ καὶ τρύμη παρὰ τῷ κωμικῷ, ὁ πανοῦργος καὶ ἰτητικός
 καὶ κατ' ἐκείνον εἰπεῖν, ἴτος, ὅ ἐστιν ἰταμός. ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ
 τρυσίππον, ὃ τοῖς τετραμμένοις καὶ ἀρχήτοις ἵπποις ἐπι-
 βάλλεται. ἢ κατὰ Ἀἴλιον Διονύσιον τρυσίππειον τε-
 τρασυλλάβως ἔγκλημα ἵππου γεγηρακός ἐπὶ τῆς γνάθου
 ὅμοιον τρόχῳ. φέρει δὲ αὐτὸς καὶ χρῆσιν Εὐπόλιδος ταύτην·
 "ἀλλ' ὥσπερ ἵππῳ μοι ἐπιβαλεῖς τρυσίππειον". Omnia autem,
 quae ex Eustathio transcripsi, ad Aelium referenda esse contra
 Rindfleischium, qui sola ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ κτλ. Aeliana esse
 censet, statuendum est secundum Photium s. u. τρυτάνη· ὁ
 ζυγός et s. u. τρύμη· πανοῦργος· Ἀριστοφάνης.

7. Et. M. p. 322, 31: ἐκ κλίμακος· ἐν τοῖς γυμνικοῖς
 ἀγῶσιν, ὅποτε χρονοτριβοῖεν οἱ πύκται, κλίμαξ εἰσεσφέρετο,
 ὥστε διαστάντας καὶ χώραν λαβόντας μένειν ἐν ταύτῃ, ἔνεκεν
 τοῦ μὴ ὑφίστασθαι τὰς φερομένας πληγὰς περιτρέχοντας ἀλλὰ
 μένοντας ἐπὶ τοῦτου [corr. in τοῦ αὐτοῦ] τῆ ποιᾶ τῶν χειρῶν
 ἐκτάσει φυλάττεσθαι. ἐκ τοῦ ἑητορικοῦ. Atticista apud Eusta-
 thium p. 1324, 54 haec docet [Rdf. no. 171]: . . . ὅποιον καὶ
 Πανσανίας ἱστορεῖ λέγων ὅτι ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν, ὅτε
 χρονοτριβοῖεν οἱ πύκται, κλίμαξ εἰσεσφέρετο, ὥστε διαστάντας
 καὶ χώραν λαβόντας ἐκείνους μένειν ἐν ταύτῃ ἔνεκεν τοῦ μὴ
 περιστασθαι τοιτέστιν ὑφίστασθαι τὰς φερομένας πληγὰς
 περιτρέχοντας ἀλλὰ μένοντας ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τῆ ποιᾶ τῶν

χειρῶν ἐκτάσει φυλάττεσθαι. καὶ ἐλέγετο τοῦτο· ἐκ κλίμακος παροιμιαζόμενον ἴσως ἐπὶ τῶν ἐκ προμηθείας τινὸς λαμβανόντων ἐν πόνοις ἄνεσιν.

3. Et. M. p. 766, 33 [cod. Flor. l. c. p. 285]: τριόττις [cod. τριόττης]· περιτραχήλιος κόσμος, ἔχων τρεῖς οἰονεὶ ὀφθαλμούς, καὶ μὴ ποτε παρὰ τοὺς ὄσσοις, ὡς ἀμβλυώττειν. ἑητορικῆ. Conuenit Photius. Similia praebet Eustathius p. 976, 35, quae ex atticistis fluxisse propter τοὺς Ἀττικοὺς laudatos uerisimile est.

Ad § 9. II. desunt glossae rhetoricae.

Ad § 9. III. 1. Et. M. p. 190, 28 [cod. Flor. l. c. p. 61]: βασκαίνει· . . . εἴρηται δὲ παρὰ τὸ βάσκανος, βασκαίνω ἢ παρὰ τὸ γασκαίνω ὅτι τοῖς φάσει καίνει, ὃ ἔστι φθείρει διὰ τοῦ βλέμματος. ἑητορικῆ. Cf. codicem V Etymologici M., ubi eadem occurrunt.

2. Et. M. deest: cod. Flor. l. c. p. 62: βαστραχαλίσαι· τραχηλιάσαι· οὓς ἐφόρουσι οἱ [αἱ] Θράκιαί βάχχαι [cod. Θράκαι] καλούμεναι οὕτως ἀπὸ τοῦ Βασσαρέως Διονύσου· ἦσαν δὲ ποικίλοι καὶ ποδήρεις· Αἰσχύλος ἐν Ἠδωνοῖς· ὅστις χιτῶνας βασσάρας τε Ἀυδίας ἔχει | ποδήρεις· ἐκ τοῦ ἑητορικοῦ.

3. Et. M. p. 192, 33 [cod. Flor. l. c. p. 62]: βδελυρός [cod. = λλ]· ὁ ἀηδής, καὶ τοῦ μυσάττεσθαι καὶ ἀποστρέφεισθαι ἄξιος· καὶ βδελύττομαι εἴρηται παρὰ τὴν βδέλλαν. ἢ παρὰ τὸ βδάλλω, βδαλυρός, ὡς λήγω, λαγαρός, λέπω, λεπυρός· τουτέστιν ὁ ἀναιδής καὶ πανταχόθεν ἔλκειν καὶ ἀρπάζειν βουλόμενος. ἀπὸ τοῦτου καὶ ἡ βδελυγμία ἀπὸ [εογγ. ἀντί] τοῦ μίσους καὶ ἡ βδελυρία. οὕτως εἰς τὸ ἑητορικόν.

4. Et. M. p. 214, 44 [cod. Flor. l. c. p. 71]: βρόταχος· τὸν βάτραχον Ἴωνες, καὶ Ἀριστοφάνης καὶ παρὰ Ξενοφάνει [cod. Flor. Ξενοφῶντι]. βάτραχος καὶ καθ' ὑπερβι-

βασμόν, βράταχος και βρόταχος. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν
καὶ ῥητορικῆς.

5. Et. M. p. 311, 52 [cod. Flor. l. c. p. 97]: ἐγγλαπῆναι·
ἐπὶ τῶν νεοσσῶν κυρίως, παρὰ τὸ λέπος. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ.

6. Et. M. p. 313, 7 [cod. Flor. l. c. p. 97]: ἐγχεσίμαργος·
τοῖς ἔγχεσι μαινόμενος. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. Cf. Hesych.

7. Et. M. deest [cf. p. 336, 8]: cod. Flor. l. c. p. 110: ἐμ-
περονήσασθαι· ἐμπεροπῶσθαι. Μένανδρος· ὀίμαι σε
τὸν ἐπ' ἀριστερὰ ἐμπερονήμενον' ἀπὸ τῆς περόνης. ἐκ τοῦ
ῥητορικοῦ.

INDEX

glossarum Etymologici M., quae hac in dissertatione tractantur ¹⁾).

- | | | |
|---|---|---|
| <p> <i>ἀβάκησαν</i> 231.
 <i>ἄβληχρον</i> 231.
 <i>ἀγέρωχος</i> 233.
 <i>αἰγίλιψ</i> 233.
 <i>αἵμασιά</i> 224.
 <i>ἄκτῆ</i> 208.
 <i>ἀλάστορ</i> 229.
 <i>ἄμωσγέπως</i> 244.
 <i>ἀσφάραγος</i> 230.
 <i>* ἀτρέγυτος</i> 187.
 <i>βάβαξ</i> 254.
 <i>βαβάκτης</i> 255.
 <i>βαθειαν αἰλακα</i> 257.
 <i>βάκηλος</i> 239.
 <i>βαλανάγρα</i> 239.
 <i>βαλβίς — βαλβίαι</i> 255.
 <i>βαμβαίνω</i> 232.
 <i>βάνανσος</i> 223.
 <i>βάραθρον</i> 239.
 <i>βασανίζειν</i> 244.
 <i>βασίλις</i> 255.
 <i>βασκαίνει</i> 260.
 <i>βαστραγαλίαι</i> 260.
 <i>Βάτεια</i> 253.
 <i>βατήρ</i> 206.
 <i>βάτταλος</i> 245.
 <i>βδελυρός</i> 260. </p> | <p> <i>βῆ</i> 207.
 <i>βλαισός</i> 228.
 <i>βλάξ</i> 232.
 <i>βληχρόν</i> 231.
 <i>βόλιμος</i> 254.
 <i>βομβύλιος</i> 255.
 <i>βονληφόρος</i> 257.
 <i>Βουτάδαι</i> 259.
 <i>βρέγμα καὶ βρεχμόν</i>
 240.
 <i>βρόταχος</i> 260.
 <i>βρύττοντες</i> 254.
 <i>γαζογυλάκιον</i> 240.
 <i>γάκινος</i> 252.
 <i>γεραῖραι</i> 205.
 <i>γεώλοφος</i> 207.
 <i>γλαφρόν</i> 224.
 <i>γλισχρος</i> 232.
 <i>γνύπεται</i> 254.
 <i>γνώμων</i> 252.
 <i>δακτύλιος</i> 252.
 <i>δαλός</i> 257.
 <i>δανά</i> 227.
 <i>δαπίδες</i> 256.
 <i>δοδοκημένος</i> 257.
 <i>δεῖγμα</i> 245.
 <i>δειμαλιός</i> 258. </p> | <p> <i>δεινός</i> 240.
 <i>δειπνολόχη</i> 258.
 <i>δέτρον</i> 229.
 <i>δημόσιος</i> 245.
 <i>διακωδωνισθέντες</i> 258.
 <i>διαβήκωνοῦσθαι</i> 254.
 <i>διαμνλλαίνειν</i> 258.
 <i>δίγονος μᾶσθλης</i> 253.
 <i>διάσκαλον</i> 259.
 <i>διδοιδύκισαι</i> 240.
 <i>διππασία καὶ πανιππασία</i> 258.
 <i>δισωπεῖσθαι</i> 245.
 <i>ἐβδομενόμενα</i> 246.
 <i>ἐγγιον</i> 240.
 <i>ἐγγλαπῆναι</i> 261.
 <i>ἐγκεκαμένη</i> 253.
 <i>ἐγκεκοισρωμένος</i> 241.
 <i>ἐγκεκορδύλημένος</i> 241.
 <i>ἐγκιλκιζειν</i> 241.
 <i>ἐγκινούμενος</i> 254.
 <i>ἐγκσιχώλος</i> 249.
 <i>ἐγρηγόριον</i> 207.
 <i>ἐγχεσίμαργος</i> 261.
 <i>ἐγχοσα</i> 241.
 <i>ἐγχιτρῖζειν</i> 242.
 <i>ἐγχιτρίστραι</i> 258. </p> |
|---|---|---|

1) Glossae, quae asterisco notatae sunt, Photio debentur.

- ἐδάτωρ 208.
 ἐδειέτο 208.
 ἐδημώθη 242.
 ἐδωλιάσαι 242.
 εἰθύφαλλοι 256.
 εἰκός 242.
 εἰρσειώνη 256.
 εἶρω 253.
 ἐκ κλμακος 209.
 ἐκλώζετε 225.
 ἐλιντώ 243.
 ἐλληνοταμίαι 246.
 ἐμπερονήσασθαι 261.
 ἐνδεκα 194. 212.
 ἐνεργμος 253.
 ἐνηλύσια 201.
 Ἐνεάκροινος 247.
 ἐνωμοτία 243.
 ἐνωμοτος 243.
 ἐξηγηται 247.
 ἐξιτηρίους 258.
 ἐξούλης 228.
 ἐξωμῖς 227.
 ἐπακρία χώρα 243.
 ἐπενεργεῖν δόρυ **cett.**
 247.
 ἐπηλυγάζονται 226.
 ἐπιβλής 259.
 ἐπιγονατίς 257.
 ἐπιθέτους ἑορτάς 247.
 ἐπιλάρκισμα 253.
 ἐπίπαστα 223.
 ἐπιστροφάσθην 244.
 ἐπιτάξ 254.
 ἐπιτηθή 216.
 ἐπίτιμος 244.
 ἐραμιστής 257.
 *ἐρεσχελεῖν 179.
 ἐρηήν 199. 204.
 ἐσάλευε 202.
 *ἐσκοροδισμένοις 179.
 ἐσμός 197.
 ἐσμυρισμένοις 250.
 *ἐσπάθα 179.
 ἐσχάρα 194. 211.
 *ἐτερόγναθος ἵππος
 180.
 ἐτήσιοι 200.
 ἐτήρησις 250.
 εὐεικτον 234.
 *εὐερκίας 180.
 ἐνίστω 234.
 ἐνήμεμος 235.
 *εὐηρος 180.
 *εὐθημοσύνη 181.
 εὐθυδικία 235.
 εὐκηλον 250.
 εὐκράς 235.
 *Εὐμολπίδαι 181.
 *εὐναίος 181.
 *εὐράχατες 181.
 ἔφεκτους τόκους 250.
 *ἔφεις 181.
 ἐχίνος 248.
 Ζάμολις 235.
 ζειραι 201. 221.
 ζύγαστρον 196. 201. 210.
 *ἡγητορία 191.
 ἡλεκτρον 236.
 ἡλυσιν 198.
 ἡμεροκαλλές 222.
 ἡμιδιπλοῖδιον 250.
 ἡμιμέθιμον 248.
 ἡμολιάς 257.
 ἡνυστρον 236.
 θάσθαι 248.
 *ἄλεμος 182.
 *ἰδιαίτερον 183.
 *Ἰδρσις 185.
 *ἰεῤῥῶσθαι 184.
 *ἰερόν γάμον 183.
 *ἰερώνημος 185.
 *ἰεῤῥῶσθαι 184.
 *ἰθύφαλλοι 185.
 *ἰσχυομυθούντες 185.
 *κίρασβόλον 191.
 *κορεσθῆναι 191.
 *Κρόνος 191.
 *νεαλῆς 186.
 *Ξηρός ἰδρώς 186.
 *ὀβολός 191.
 *ὄστρηγμάγον 186.
 *Πάνδια 188.
 *Πάραλος 188.
 *παρέμενος 191.
 σκηρῆν δὲ ἦν ἔχουσι 249
 στρηρόν 260.
 σφασάζειν 196.
 σφαιρωτήρ 237.
 *τάγνη 190.
 *τανύποδας 190.
 *τανύπτερος 190.
 *τάπητες 190.
 *ταραντεῖνον 190.
 *Ταραντιναί βαφαί 190.
 ταρόλι καὶ ταροσί 201.
 217.
 *τάρταρος 190.
 *ταυροφάγον 190.
 *τελενικίσαι 191.
 *τελεσθῆναι 191.
 *τελετή 191.
 *τελισκόμενος 190.
 *Τελμισσεῖς 191.
 *τένθης 191.
 *τένοντας 191.
 τερθρεία 204.
 *τερμυθός 191.
 τευτάζειν 221.
 τηθή 216.
 τίμημα 249.
 τιμητικόν πινακίον 250.
 τὸ κατακύλλωμα 237.
 τὸ κηρύκειον 260.
 τολύνιον 193.
 τοξόται 251.
 τραπεζοποίος 251.
 τράχλος 223.
 τρακλίνθητος 251.

τριότις 260.	ὑποσακίζειν 218.	φαρμάξας 238.
τριπαῖα 251.	ὑποσμίχουσα 238.	φαρυγίνθην 239.
τροπῆς ἀποσκίασμα 237.	ὑπουλα γόνατα cett. 238.	φατνώματα 203. 221.
τροπίδια 251.	ὑπουλος 238.	φανλία 214.
τρούζει 220.	ὑπωμοσία 200. 215.	φᾶλλον 214.
τροσιππειον 209.	* ὑφαλοι 193.	φελλεύς 239.
τροφέλεια 237.	ὑφαλος ἄνθρωπος 193.	φελόνης 202.
τυντλάζειν 203.	φαινόλης 198.	φερέσβιος 239.
ὑβρις 202.	φᾶλος 204.	φέρτερον 239.
Υῆς 237.	φάνιον 238.	φέφαλος 220.
ὑπήγη 219.	φάρμακον 251.	φορά 203. 223.

CORRIGENDA:

- p. 193 adn. § 7, 8 in § 7, 6.
 p. 201 adn. 2 § 5, 11 in § 5, 12.
 p. 203 adn. 1 § 5, 10 in § 5, 11.
 p. 203 adn. 3 § 5, 15 in § 5, 16.

DE

GLOSSIS LEXICI HESYCHIANI ITALICIS

Res ardua, ustulatis nouitatem
dare, nouis auctoritatem, obsc
letis nitorem, obscuris lecom,
fastiditis gratiam, dubile fidem.

Plinius.

SCRIPSIT

OTTO IMMISCH.

PRAEFATIO.

Vocabula Latina, quibus omnino haud fere ullum ex servatis Graecorum lexicis prorsus caret, non pauca etiam in Hesychio latere primus¹⁾ docuit Salmasius: 'multas Latinas glossulas habet ille doctissimus grammaticus, quas cum Graecis confundit, non admonito, cui dialecto uel idiomati debeantur, quod saepe imposuit uiris doctis' (ad script. hist. Aug. [Paris. 1520] p. 400 f.). Quod quam recte dixerit, docere potest glossa ἡδίκτων· συνδοκτικόν, quam aperte Latinam pro Tarentina vendidit uel M. Schmidt, ztschr. f. d. alt. 1856 p. 128.

Animaduertentur idem inde alii, qua de re uide testimonia uirorum doctorum editioni Albertianae praefixa. Neque tamen horum omnium de singulis iudicia ubique examinare necesse erit. Nam licet multa ingeniose exposuerint: in comparandis utriusque linguae uocibus suum magis arbitrium, quam certas leges secuntur²⁾.

Collegit primus glossas Latinas Pearson, adu. Hesych. II p. 824, hic tamen non plures quam septendecim.

Nostra autem aetate primus Koeler 'einrichtung eines thesaurus d. lat. sprache' (Wolfii litt. anall. IV p. 313 sq.) significauit saltem, quantum bonae frugis ex his apud Graecos tamquam

1) Musurus quidem deleuit Latina, unde fit, ut desint Aldinae.

2) σεβερός· ἐνσεβής, δίκαιος Latinum *seuerus* putauit Tittmann, Zonar. p. 1632. — τὸν δ' ἀρ'· πρὸς τοῦτον δέ, Italicum *ar* (= *ad*) subodorabatur Zeysz KZ XVI p. 377. — Similiter erraret, qui Etym. Gud. p. 323, 57: *ως* (*ως* cod.)· *eis* τὸ *ως* Lat. *quis* compararet. Subest enim speciosissima glossa Thessalica, quam data occasione significasse non inutile erit.

exsulibus uocabulis ad cognoscendam linguam Latinam percipi posset. Quod Koeleri iudicium nunc, cum Woelfflinii auctoritate thesauri illius opus denuo inauguratum sit, repetitum et quo ualeat accuratius expositum uidemus in eius 'archiv f. lat. lexicographie' a uiris doctis Groebero (I p. 37. 67) et Helmreichio (ibid. p. 326). Sed iam autea horum studiorum quid sit pretii, peculiari libro docuit Wannowski, qui 'antiquitates Romanas e Graecis fontibus' explicauit (Regimont. 1846), cui quamquam in singulis adsentiri saepe nequeo, tamen me plurimum debere libenter profiteor. Idem cadit in Weberi dissertationes 'de Latine scriptis, quae Graeci ueteres in linguam suam translulerunt' (4 partes, Cassellis 1835—1852). Pauca tantum de Hesychio huins uerba sunt II p. 21. 'De linguae Latinae apud Plutarchum uestigiis' disseruit Sickinger, Heidelb. 1883. De nominum priorum scribendorum ratione utilissimas quaestiones instituit Dittenberger *Hermes* VI p. 129 sq. 281 sq., adhibitis etiam titulorum testimoniis. Angustiore agrum coluit Koerting 'de uocibus Latinis, quae apud Io. Malalam iuueniuntur' (Monast. 1879). Orthoepiae denique Latinae documenta quaesierunt apud Graecos Corssen, Schnehardt, Schmitz ('beiträge zur lat. sprach- und litteraturkunde'), iniuria neglexit, cuius de Latinae linguae pronuntiatione nuper prodiit liber, Seelmann.

Spectare autem Hesychiana illa non solum ad recentiora tempora labentis et Latinitatis et Graecitatis, tamquam 'carbones ex Graeco uulgari in pretiosissimo Hellenismi thesauro' (Tanaquil Faber), uerum nitere in eis interdum speciosissima lumina, non Latinae tantum, sed omnino Italicarum linguarum uetustate insignia documenta, nuperrime Buecheler rursus significauit potius quam exposuit (*Rh. M.* XXXV p. 626. XXXIX p. 420, *Umbrica* p. 58). Omnia autem cum arte inter se cohaerere uiderem, in Latinis acquiescere uolui, sed Italica Hesychiana explicanda mihi proposui.

Via autem et ratio dissertationis meae, a qua difficillimas illas de corporis Diogenianei origine et fati quaestiones non prorsus disiungi posse uidebam, haec erit, ut priore parte de

fontibus et auctoribus glossarum ¹⁾ uerba faciam, altera deinde singulas recenseam. In fontium numero habeo partim linguas ipsas earumque quod ueterum traditione mihi innotuit mutuum quasi commercium, partim litterarum quaedam genera, unde manauerunt glossae in singulorum auctorum collectiones. Cum autem Italiam quomodo cultu atque humanitate occuparent Graeci cumque his simul lingua quoque Graeca, multi iam pridem demonstrauerint, in priore libelli parte meum contrarium est consilium, ut quaeram, quae ab Italicis fontibus in Graeciam manauerint. Nimis enim neglecta haec inter philologorum curas iacent. Venia autem mihi petenda est, si quando in hoc inculto agro aut fruge deceptus uidebor aut ab Hesychiano prato longius aberrabo.

I.

Fontes et auctores.

Cap. I. Vetustissima Italica. (Fontes.)

§ 1. Fuisse in magna Graecia cognatarum linguarum quasi communiua quaedam confinia satis omnes scimus. Causas quaerunt ex commercio illo artissimo, quo inde a saeculo a. Chr. tertio Graeci cum Latinis, multo autem iam antea cum ceteris Italicis coniuncti erant (Saalfeld Italograeca p. 13). Inde ῥὶ οὐγυρία in usu erat Siculis (Photius s. u., cf. Pollux IV § 174 sq.), quorum omnino nummi ratio a Graeca consuetudine aliena est: coniungit enim argentum Graecum cum aere Italico (Boeckh metrol. untersuchungen p. 292. Mommsen röm. münzwesen p. 77. Hultsch metrologie p. 290). Eidem Siculi primi, ut uidetur, reliquorum Graecorum peregrino more cognomina nominibus suis addere postea coeperunt (Franz ad CIG III no. 5595. Ritschl op. I p. 783). Linguas uero, quibus utebantur Italici et Italio-

1) Liceat mihi hinc inde, ubi nil refert, quantumuis ἀρχαιολογικῆς glossae uocabulo aequae de omnibus uti, de quibus dicendum est, siue illa posita sunt in lemmate, siue in explicatione.

tae, non integras ubique certisue finibus inclusas mansisse uel per se patet et fert ita omnino linguarum indoles et natura. Itaque nonnulla uocabula mutua facta sunt, quae nulla certa sede tamquam ἐν τῷ μεταίχμιῳ uersarentur. Quibus addendam est aliud genus ex earum nationum dialectis adsumptum, quae ante Graecorum aduentum, ipsae haud satis saepe cognita nobis origine, regiones illas incoluerunt. Cecidit enim una cum earum patria libertate patrius quoque sermo nec restant iam nisi dubia quaedam eius residua. Cum his autem et Italio- tarum uariae dialecti et Italicorum inter se non minus diuersae ita coaluerunt, ut euaderet τύπος ille Ἰταλικός ¹⁾, quem in ethnicis bene auimaduenterunt ueteres grammatici (e. g. Steph. Byz. u. Ἀμπελος) ²⁾.

Siculos accepimus, antiquissimis temporibus continentis Italiae incolas, postbac in Siciliam transgressos ibique a Graecis aduenis superatos nonnulla ex ipsorum uernacula lingua, quam Ligusticae stirpis esse putauisse uidetur Philistus (Dion. Hal. I c. 22), Graecis uictoribus suppeditauisse (cf. Thucyd. VI c. 2).

Collegerunt eiusmodi uocabula Nissen ital. landeskunde I p. 549 et Weise Rh. M. XXXVIII p. 558. Cf. Varronem de ling. Lat. V § 101: 'Icpus, quod Siculi quidam Graeci dicunt λέ- ποριν: a Roma quod orti Siculi, ut annales ueteres nostri dicunt, fortasse hiuc illuc tulerunt et hic reliquerunt id nomen'. Gelae urbis nomen colonos Graecos deuictis Siculis debere Steph. Byz. s. u. tradit. Sunt plura deinde Sicularum urbium nomina, quae Italicam magis quam Graecam originem uidentur indicare, si quidem in rebus his incertissimis 'ad opinionem aucupari sententiam' mihi licet. De Rhegio Eustathius ad Dion. Per. u. 316: ῥήγες καὶ ῥέγες οἱ βασιλεῖς, τῶν Σαννιτῶν οὐτῶ

1) Vel ipsi interdum inuitis. Crotoniatae quidem 'morituros se adfirmabant citius, quam immixti Bruttis in alienos ritus, mores legesque ac mox linguam etiam uerterentur'. Liu. XXIV c. 3. Cramer de studiis, quae ueteres ad allarum gentium contulerunt linguas p. 19 sq.

2) Spectat huc satis exile Ioannis Iuuenis dictionarium Tarentinum, quod exstat in 'delectu script. rer. Neapolit.' Neap. 1735 p. 374 sq.

καλεσάντων (Ῥίγιον) δι' ἐπιφάνειαν τῆς πόλεως, adstipulante quidem Corsseno I² p. 450¹⁾. In mentem ueniunt praeterea Ἐρβησσός (herba? cf. Ἐρεβίδαι· μέρος Λωτοσάγων, Steph. Byz.), Κύπη (cyra?), Λόγγουρος (Lycophr. 868) et Λογγώνη (longus? cf. Ἄλλα Λόγγα Volscumque oppidum Λογγόλα), Μοτύη Μοτύλαι (Μοτίνη, Mutina?), Ὑβλα (uuula?).

Omnino in his utriusque linguae, uti iam dixi, confiniis fuerunt, qui nec Itali nec Graeci uiderentur et uocarentur Semigraeci, quemadmodum uocat Rudinum Ennium Suetonius. In Hesychii autem lexico satis multae exstant Graccorum in Italia habitantium aut Italorum Semigraecorum glossae. Πολλαχρόν· καλόν qui leget, non agnoscet *polcrum*, *pulchrum*? Ἐριέντης· Ἀφροδίτης ἐπώνυμον: nonne *heriom* Umbrorum et Oscorum uerbum, non dea Oscorum et Paelignorum *Herentas* in mentem uenit? Νάρα· συνίμι: occurrunt extemplo *narus*, *gnaruris*, *gnaritum*². Docta haec uerba Buechelero sunt (Umbrica p. 58).

Sed non solum singulorum uocabulorum quadam uicissim facta mutuatione mixtae et temperatae erant illae dialecti, uerum insigninit τύπος ille Ἰταλικός ex parte saltem structuram quoque uerbornm complicauitque ita totius linguae textile, ut Graeco tamquam stamini subire uideretur subtemen Italicum. Non semel inuenitur illud in ethnicis usitatum *-inos* (Lat. *-inus*) tamquam Italicum a grammaticis adnotatum, uelut a Stephano Byz., qui u. Ἀβακκίον id dicit ὄνκ ἀηθὲς Σικελῶν. Idem u. Ἀμβρακία Siculum Philistum Σικελικῶν τύπων Ἀμβρακίος dixisse tradit, cum alii dicerent uel Ἀμβρακιεύς uel Ἀμβρακιότης. Fuerunt deinde plures urbes nomine Ἀμπελος: harum incolae sunt Ἀμπελίται, solius Italicæ Ampelli ciues sunt Ἀμπελίται. Cf. Ἀρρητιός, Βρεντισίος, Λιοντιός, Μεταποντιός, Ῥηγίος, Ταραντιός. Iure igitur Ahrens II p. 390, licet obstet unum Ἀμοργίος: 'en Italicarum linguarum uicinia, unde Siceliotae et Italiotae eam terminationem adsumpserunt'. Est autem eadem fere ratio terminationis *-ίσιος*

1) Alii comparant ῥίγ-ν-μ. Fest. p. 270.

(Lat. *-ensis*). Τύπος Ἰταλικὸς Ποτολήσιοι, rursus Stephanus. Herodianus uero II p. 614, 11: τὸ Κλήμης Κλήμεντος καὶ Κρήσκης Κρήσκεντος, Οὐάλης Οὐάλεντος, Μάνης Μάνεντος διὰ τοῦ ἐντός κλιόμενα καὶ τὰς εὐθείας ἔχοντα διὰ τοῦ ἦ οὐ τῆς κοινῆς, ἀλλὰ τῆς Σικελικῆς ἀρχαιότητος ἴδιον.

Iam uide, quae ex bono sane fonte hausit Fauorinus u. Σικελοί. Σικελοὶ ὁμοίως τοῖς Κολοφωνίοις δοτικῶν χρωῶνται ἀντὶ γενικῆς τῆς παρὰ προθέσεως ἔξωθεν λαμβανομένης, ὅλον 'δέξαι ἱερεῖα' ἀντὶ τοῦ 'παρὰ τῆς ἱερείας' 1). Hic nonne cum Ahrente diocmus: 'en Italicarum linguarum nicinia', ablatium casum quae seruauerint. Addo alia. Anaptyxin uocalium Tarentiui adamabant: *τορόνος*· *τόρνος*. *Ταραντινοί*, Hesychius. Oscis in hac linguae ut ita dicam laxitate uidentur similes (Brupacher *osk. lautlehre* p. 53). Quibuscum, nisi fallor, dentalem praeterea sonum antecedenti nasali solcabant adsimilem facere. Sic enim explico Hesychiana *ἀννωδέως* (cod. *ἀννωδεῶς*)· *τρυφερῶς*, *σοβαρῶς* et *ἀνωμα*· *θρυπτόμενα*, *Ταραντινοί*, nimirum tamquam *ἀνωδέως* et *ἀνωμα*. Sic Osci *upsannam* (operandam), prisci Latini *dispennite*. Vide G. Meyerum *zeitschr. f. österr. gymn.* 1885 p. 283: 'Die assimilation von *nd* zu *nn* ist nmbriisch und oskisch. Die lateinischen beispiele stammen bis auf eins aus inschriften Süditaliens, wo der lautwandel noch heute besteht' (cf. Schuchardt. I p. 146, Seelmann. 'aussprache d. Latein' p. 312). Nec obstat, quod in illis *ἀννωδέως* et *ἀνωμα* ab initio *νθ* est, non *νδ*. Fluctuare enim incerto sono uidetur dentalis progressa nasali 2). Velut Illyrici *Andenum* dixerunt, qui Graece est *Ἄνθηρός* (Tomaschek, *Bezenb.* IX p. 99). Nec tamen desunt exempla, ubi *νδ* quoque Italiotis abiit in *νν*. Velut non casu natum puto, quod legi in Zonaræ

1) Colophonios laudat ob exempla huius usus Homericæ, ex quibus ipse Fauorinus apponit uersum *B* 106: *δέξαστό οἱ σῆπτρον πατράϊον, ἄφθιτον αἰεί*. — Ceterum simili modo cum Syracusana Homericam dialectum comparat Orion p. 136, 16. Nec defuerunt, qui Homerum non dico Italiotam, sed Romanum appellare non dubitarent. (Suidas u. *Ὀμηρος*. Westermann *biogr.* p. 29, 1. 31, 8.)

2) Cf. *mendax*, *mentiri*, *πίνδαξ*, *πυθμήν*.

libro manuscripto Dresdensi, ἀστάννης, quo loco Hesychius praebet ἀστάνδης (ἄγγελος. Ταραντῖνοι). Plura exempla uidebimus infra.

Iidem Tarentini Herodiano teste (I p. 141, 19) dicebant ὀλλοισιν pro ὀλλογοισιν, frequens quidem illud in aliis quoque dialectis (cf. Boeot. ἰών, Blass, aussprache d. Griech.² p. 91). Non tamen alienum erit apponere Oscum *Maiol* (Magio), Umblicum *mestru*, Latinum *maior*.

Talis igitur cum esset sermonis Italiotarum indoles, reliquis Graecis eum barbarum uisum esse refertumque uocabulis ac locutionibus ἀλλοφύλοις nemo iam mirabitur. Unde Pythagorae quoque illam legem intellegendam esse censeo, qua suos iussit semper φωνῇ χρῆσθαι τῇ πατρῴᾳ, quam quidem agnouit Bentleius Phalarid. p. 337 Ribb. Nec debebat temptare Lobeck Aglaoph. I p. 16. Tarentinum illud, quod modo attuli, ὄλλον in Hyperboli ore risum mouit Platoni comico (Etym. M. p. 621, 54). Plauti uero aetate uel Romae sciebant, quid interesset inter *atticissare* et *sicilissare* (prol. Men. u. 12). Lucilius denique Tarentinis, Consentinis, Siculis facilius se satis facturum sperauit quam fastidioso uel Scipionis uel Rutilii Rufi iudicio (Cicero de fin. I c. 3, 7).

Intellegitur autem illud quoque ex hac communi Italiotarum sermonis clade, cur factum sit, ut, etiamsi diuersis Doridis dialectis addicendi sunt Italiotae et Siceliotae disceduntque inter se uicini quoque Italici, tamen grammatici Italicarum glossarum auctores haud accurate singulas solerent discernere (Valekenauer Adoniasusae p. 293). Illud igitur -ίνος modo Σικελικῶς, modo Ἰταλικῶς dictum docent, Siceliotas modo cum Tarentinis (Herodian. II p. 372, 18), modo cum Oscis coniungunt (id. I p. 54, 28)¹⁾. Ne Ennius quidem, qui 'se tria corda habere dicebat, quod loqui Graece et Osce et Latine sciret' (Gell. XVII c. 17), — quem tamen ut Rudinum Messapicam quoque linguam sciuisse procul dubio constat —, harum lin-

1) Καὶ οὐ μακρὰν ἔστι τῆς Σικελίας ἢ Ἰταλία, de utriusque dialectis: Ath. VIII p. 362 b.

guarum discrimen satis accurate fecisse uidetur. Aut enim Oscis aut Graecis Messapios attribuit, neutris, ut uidetur, iure. Fortasse, si quando amplior his quaestionibus suppetet materia, in illis confiniis inuenientur uestigia uetustissimae alicuius linguae, quae, Graeco-Italicae matricis suboles, etsi ipsa cessit, tamen, ubi olim regnauit, artius coniuuctas tenuit et discessuras temporum decursu uationes et harum simul discessuras dialectos ¹⁾.

§ 2. Non defuerunt Italiotis Musarum studia poeseosque quaedam propria eis genera uel argumentis uel compositione uel elocutione a reliquis diuersa. Sic *Αἰνίαν σὺν τοῖς ἰδίοις ἀπαίροντα εἰς τὴν Ἑσπερίαν* celebravit Stesichorus Himeraeus (Welcker kl. schr. I p. 183). Apud eundem Rheginumque Ibycum haud pauca legebant grammatici *κατὰ τύπον Ἰταλικόν* dicta (Mucke de dialectis Stesichori, Ibyci etc. p. 3. 68). Veluti fr. 27 B.: *Ἰὼν δὲ κορωνίδας οὔλας* (cf. Hesych. u. *κορωνίδες, καὶ οἱ ἐκ τῶν Ἰὼν πεπλεγμένοι στέφανοι*), quis non in usu uocabuli *κορωνίς* ut ita dicam Italismum sentit? Sicilismis autem ne Pindarus quidem abstiuit, cuius exempli gratia frequens est usus Syracusani quod dicitur perfecti (Curtius uerb. II² p. 201 sq.). Aeschylus porro, 'uir utique Siculus' (Macrob. sat. V c. 19, 17), *διατρίψας ἐν Σικελίᾳ πολλαῖς κέχρηται φωναῖς Σικελικαῖς* (Ath. IX p. 402 c). Iurprimis uero hoc loco commemorandi sunt poetae comici *τῆς Ἰταλικῆς καλουμένης κωμωδίας* (Ath. l. l.), mimorumque cultores (X p. 452 f), Epicharmus, Sophro, Riutho, Blaesus et qui alii sunt *σπουδογελοίων* poetae, *ἰλαροτραγωδοί, γλυακογράφοι*. Ex quibus Blaesus uel nomine suo Capriatem prae se fert (Steph. Byz.

1) Non sum nescius de lingua aliqua Graeco-Italica uehementer nunc dubitare uiros doctos (Brugmann in *Tschmerl internationale zeitschrift* I p. 226 sq.). Persuasum autem habeo tunc demum solum iri hanc quaestionem, cum accuratior erit notitia Illyricorum, Venetorum, Ligurum, Messaplorum et qui praeterea inter Graecos et Italicos medium quendam locum obtinuisse uidentur. Albanensium quoque lingua in has quaestiones uocanda erit.

u. *Καρκίη*). Cohaeret autem tota haec poesis artissime cum ludis, saltationibus, plenisque conuiciorum dialogis, quibus ut Horatii ille 'durus uindemiator' (sat. I, 7 n. 30), ita recentissimis quoque temporibus delectantur rustici Itali (Villoison anecd. graec. II p. 316. Führ de mimis Graec. p. 42). Una fere nidetur harum rerum species per totam Italiam fuisse: eadem enim erat et Campanorum et Italiotarum festiuitas, lasciuitas, dicacitas. Itaque factum est, ut inde ab illis mimis usque ad Atellanarum 'Oscum quondam ludicrum' non longe siugula a uicinis recederent. 'Atellani: βιολόγοι' non casu est nata glossa Philoxeni. Praeterquam autem, quod compositionis genus et argumenta fabularum concinebant, τύποι quoque personarum erant commues. Βουκκίλωνες, παράσιτοι: buccones, Cyrillus. Cf. *maccus* et Hesych. μόκκω κῶσις· παραφρονεῖς (περιφρ. cod.), παρὰ Βλαίσφ. Excepit haec ab altera parte Attica comoedia (cf. μακκοῶν Aristoph. equ. u. 62. 395), ab altera — quamquam multo post — Romana, uude intellegendum est Plautinum 'momas Siculus', quod ut abiit in glossaria Latina (Loewe prodromus p. 255), ita ex alio fonte peruenit in Graecorum lexica comica perque haec uel in Hesychium, quem uide u. μῶμαρ¹⁾. Eiusdem generis est glossa βλεννόν· νωθῆ, μωρόν (cf. βλέννω Sophron. fr. 4 Abr.), nide Plaut. Bacch. u. 1088: 'stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones'. 'blenni: putidi, tetri', glossam nouit Loewe l. l. p. 265. Praebet Hesychius: βλιτάς, καὶ βλίτωνας· ἐνήθεις, idem βλιτόρον· βλιτώδη, βλιτάς (cod. βαιτάς)· ἐντελῆς γυνή, ἀρχαία δὲ ἡ λέξις (cf. u. βαιτάδα et βαιτώνα, Suid. u. βλιτάδας, Bekker. anecd. I p. 84, 17). Cum his compara locum Plauti Truc. IV, 4, 1: 'blitea ac luteast meretrix' glossamque 'blitea: stulta' apud Loewium p. 76. 279. Prope rursus Aristophanes abest, nub. u. 1001: βλιτο-μάμας.

Sed occurrunt alia quoque κατὰ τύπον Ἰταλικόν usurpata. Rhinthonis nominatino Δίς (Choeroboscus p. 181, 27. 211, 13) quis non adiungit Latinum *Dis*? Blaesus uero uel Saturnum

1) Cf. u. μῆμαρ. — *Mamers* comparat Frochner Philol. XXII p. 347.

Italicum in scaenam produxit (Ath. XI p. 487 c). Iudicio tamen in his Italograecis indicandis opus est cautissimo, ne ἀλαζῶν μάρτυρ, ut cum Galeuo loquar, fiat ἡ ἔτυμολογία. Coustat enim mimographis illis, quippe qui ἔνεκα τοῦ γελασθῆναι scriberent, iu deliciis fuisse uocabula non solum sordida et ab elegantiore usu aliena, uerum etiam detorta, aucta, imminuta, mutilata, meri σολοικισμοί (Ahrens II p. 82. Areus l. l. p. 5. 19). Et maxime quidem Rhintho, ὁ φλύαξ, τὰ τραγικὰ μεταρρῶμιζῶν ἐς τὸ γελοῖον (Steph. Byz. u. Τάρας) locutiones uocesque uidetur finxisse, quas in νεφελοκοκκυγία potius quam iu Italia quaererent grammatici, λέξεις nobis quidem uere ἀπορουμένας. Vide enim, quae de hoc litterarum genere Athenaeus habet (I p. 20 b): Στράτων ὁ Ταραντῖνος ἐθανμάζετο τοὺς διθυράμβους μιμούμενος· τὰς δὲ καθαφιδίας οἱ περὶ τὸν ἐξ Ἰταλίας Οἰνωᾶν, ὃς καὶ Κύνλωπα εἰσήγαγε τερετίζοντα καὶ ναυαγὸν Ὀδυσσεῖα σολοικίζοντα. Itaque μεμπτόν Σώφρονα legimus Etym. M. p. 573, 54. Eundem, cum ἐγιώτερον pro ἐγιέστερον dixisset, σολοικίζειν animaduertit Philoxenus, Etym. M. p. 774, 45, et quidem τὸ ἄκακον τῆς γυναικείας ἐριμείας μιμησάμενον. De Theocriti illis πλατειασοδοίσαις audi Valckenaerium (ad Adon. p. 351): 'uocabula Dorico Sicularum mulierum ore deformata delicatas hominis Alexandrini aures radebant'.

Epicharmi quoque λι (λίαν) et Συρακῶ (Συρακοῦσαι) eadem ratione erunt metienda. Rhinthonis eraut περάγην (περιεάγην), ἀμώσας (ἀνεμώσας), ἀγέτρια (ἀναγέτρια, obstetrix), quibus de uocabulis consulendus est Hesychius. Idem habet ἄ κραμύλα (χραδαμύλα, cochlea) Siculos docet ἄδρνα dixisse pro Atticorum ἀκρόδρνα. In eundem ceusum uocandum erit barbarum Μέταβοι i. g. Μεταπόντιοι (Hesych. u. μετάβολοι, collatis Steph. Byz. u. Μεταπόντιον, Eustath. ad Dion. Per. u. 369). Nec desunt Italicis linguis eiusmodi uoces quasi comprehendariae. 'Ut Praenestinis conia est ciconia', Plaut. Truc. III, 2, 23. Latina: antestari (*antetestari), fastidium (*fastutaedium), stipendium (*stipendium) apposit Bréal KZ XX p. 50. Utque redeam ad soloecismos, ne prosae quidem orationis auctores

Siculos abstiuuisse eis uidentur. Veluti τὸ παρὰ Φιλίστῳ αὐτοχειρίσαντες de capta urbe positum παμμιαρόν dicit Pollux II § 154. A soloecismis uero non longe distat aduenticiorum uocabulorum usus, ueluti est apud Nauckium lex. Vindob. p. 312, 1: λέγομεν δὲ βαρβαρίζειν καὶ τὸν ἀλλοφύλῳ λέξει χρώμενον. Poetas uero illos Italicæ quæ uocatur comoediæ mimorumque auctores cum et σολοικίζειν et βαρβαρίζειν solitos esse satis docuerimus, iam non mirum erit ex illius poesis loquendi genere una cum multifariam detortis manuisse in grammaticorum Graecorum glossaria iam bonis temporibus nonnulla etiam uel optimæ notæ Ἰταλικά.

§ 3. Irrepserunt Sicilismi et Italismi uel iu Atheniensium sermonem. Λίτρα et μόδιος, quorum illud praeter Simonidem et Sophoclem (Photius u. λίτρα) comicis iu usu est, hoc habet Corinthius — quod nou uihil ualet ¹⁾ — Dinarchus, commercio sane negotiatorum et mercatorum debentur suntque a comicis certo semper, ut uidetur, consilio adhibita. Veluti λίτρα dicit Diphilus uel Philemo iu Siculo. Sed tenendum illud quoque est, parentes illos eloquentiae Atticae, Coracem, Tisiam, Gorgiam Siculos fuisse. Quid, quod uel Platonem scimus Sophronis mimos primum Athenas transduxisse καὶ ἡθοποιῆσαι πρὸς αὐτῶν (Diog. L. III c. 13, 18)? Ut porro in Stratonis elegatissima ecloga, quam seruauit Athenaeus (IX p. 382c), dominus contra coqui sui glossematicam doctrinam se defendit Philetæque euolutis libris queritur: Ὀμηρικῶς γὰρ διανοεῖ μ' ἀπολλύειναι: ita alios uerisimile est Σικελικῶς qbrutos esse a coquis καινὰ ἔργματα πεπορισμένοις. Ὀψαρτυτικαὶ enim glossae Siculis debentur plurimae, quippe qui fuerint ἄβροδίατοι μᾶλλον πάντων (Zenob. V § 94. cf. Horat. carm. III, 1 u. 19). Itaque quæ Chrysippus pemmatologus apud Athenaeum (XIV p. 617c) barbara nomina profundit liborum, eorum nou omnia tam recentia sunt quam Ἰουλιανόν, Κρασσιανόν. Discernit ipse a Graeco-Italicis Graeco-Romana, nam κάτιλλος, αἰτ, ὀρνᾶτος

1) Non casu conuenit Lat. *aci* (Caecilius, CIL I no. 547b) cum Corinth. *αι* (Ἀθανασία, Roehl no. 20, 4).

λεγόμενος παρὰ Ῥωμαίοις. De κλονστροπλακοῦς cf. Bueche-
lerum in Woelfflinii arch. I p. 111.

Cum tamen rariora uideantur haec Italisni in communi
Graecorum sermone relicta uestigia, redeamus ad grammati-
corum huius rei notitiam. De quibus ipsis ut Italicarum glos-
sarum auctoribus singillatim infra erit diceudum: nunc per-
lustrantes doctrinae eorum fontes cum ipsam illam linguam
eiusque iudolem ac naturam, deinde uero λέξιν Italiotarnm
κιοικίην iam commemorauerimus, inquiramus tertio loco in
rerum scriptores Italicarum, quorum ut reliquorum quoque
λέξεις a grammaticis explicatas etiam in Hesychio inesse satis
inter omnes constat.

Erit autem hic locus paulo accuratius tractandus. Hinc
enim apparebit, cur Graecorum uel elegantiore doctriua in-
structorum uetustis illis temporibus Romae paene nulla, Italiae
haud satis certa fuerit notitia. Athenienses quidem expeditio-
nem Siculam parauerunt ἄπειροι οἱ πολλοὶ ὄντες τοῦ μεγέ-
θους τῆς νήσου καὶ τῶν ἐνοικοῦντων τοῦ πλήθους καὶ Ἑλλή-
νων καὶ βαρβάρων (Thuc. VI c. 1). Latissime autem regnat in
illa antiquitate fabulosum Etruscorum nomen, quos omnium
primos uidentur et pace et bello Graeci nouisse (Boeckh, Pind.
II, 2 p. 224). Inde Ulixi Circesque filii, Agrius, Latinus (Ro-
manus, Plut. Rom. c. 2), Telegonus μάλα τῆλε μυχῶ νήσων
ἱεράων πᾶσιν Τυρρηνοῖσιν ἀγακλειτοῖσιν ἄνασσον (Hesiod.
theog. u. 1013). Latinum *dea* pro Tusco uocabulo uendit Hesy-
chius: δέα· θεὰ ὑπὸ Τυρρηγῶν, καὶ δέματα, φόβοι. Quanto
autem rectius idem alio loco: αἴσοι· θεοὶ ὑπὸ Τυρρηγῶν.
Nam 'aesar Etrusca lingua deus' (Suet. Aug. 97).

Alienum autem erit a nostro consilio ordiue recensere, qui
inde ab Hippyae Rhegino¹⁾ de rebus Italicis scripsit, ant
uidere, quid cuiusque in Hesychium peruenit, — hoc, quoad
fieri poterit, in singulis glossis enarrandis faciemus: ad La-
tinas uero glossas uia munienda est nobis quaerendumque, quo

1) Πρώτος ἔγραψε τὰς Σικελικὰς πράξεις, deinde etiam κτίσιν Ἰτα-
λίας (Suidas s. u.). Glossas illum Italicis facile potuisse praebere, docent
fr. 4. 5. 7. Möll.

tempore coeperint Graeci Romanarum rerum Latinaeque linguae accuratiorem quandam notitiam obtinere. Qua de re ueterum testimonia collegit Schwegler hist. Rom. I² p. 3—7.

Proficiscendum autem mihi uidetur a loco Plinii, nat. hist. III c. 5, 57: 'Theophrastus primus externorum aliqua de Romanis diligentius scripsit. Nam Theopompus, ante quem nemo mentionem habuit, urbem dumtaxat a Gallis captam dixit, Clitarchus ab eo proximus legationem tantum ad Alexandrum missam, hic iam plus quam ex fama'. Cum his et quae conueniant et quae pugnent, inuenias. Conuenit, quod Theophrastus¹⁾ hist. plant. V c. 8 de Romanis eorumque quadam in Corsicam expeditione uerba facit. Clitarchi confirmant testimonia alii quoque testes nonnulli (cf. Arrian. VII c. 15, 5. Müller ad ps. Callisth. I c. 27 [cf. III c. 8], Niebuhr hist. Rom. [1853] p. 807). De Theopompo quoque facile Plinio adsentiemur, cum in Philippicis Italicarum rerum mentionem inueniamus, maxime, ut uidetur, in libro XXI. cf. fr. 140sq. Müll. Nec pugnat Heraclidis Pontici mira inscientia, qui quidem dicat Romam πόλιν Ἑλληνίδα ἐκεῖ που κατοικημένην περὶ τὴν μεγάλην θάλατταν (Plut. Cam. c. 22). Aristoteles uero, genuinus quidem, ne nomen quidem nouit ille Romanum (Dittenberger Herm. VI p. 312). Quae enim in eius uita Menagiana νόμιμα Ῥωμαίων commemorantur (Flach, Hesychius Mil. p. 249, 1), ea nimis redolent peripateticorum curiosum studium optimoque inre aliena esse ab auctore politiarum nere philosopho censet Rose Aristot. pseudopigr. p. 537.

Iam circumspiciamus, quae pugnare uideantur cum Plinio. Quod in Scylacis peripl. § 5 Romae fit mentio, sane nihil discernere potest. Sed obstant alia quoque testimonia, in primis Hellanici, cui eelogam illam, quae legitur de Roma condita apud Dion. Hal. I c. 72 nindicauit Preller, aufsätze p. 63. Verba autem haec sunt: ὁ δὲ τὰς ἱερίας τὰς ἐν Ἰσχυρί καὶ τὰ καθ' ἐκάστην παραθέντα συναγαγὼν ἀνεῖλαν φησὶ ἐκ Μολοιτῶν εἰς

1) Laudatur Theophrastus etiam ἐν τῷ περὶ Τυρσηνῶν schol. Pind. Pyth. II u. 3, ubi non uideo, cur Theopompum malit Rose, Aristot. pseudopigr. p. 538; cf. hist. plant. IX c. 15, 1.

Ἰταλίαν ἐλθόντα μετ' Ὀδυσσεύως οἰκιστὴν γενέσθαι τῆς πόλεως, ὀνομάσαι δ' αὐτὴν ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἰλιάδων Ῥώμης. In his adhuc, opinor, non satis accurate aestimauerunt *οἰκιστὴν* uocem, quae non idem ualet atque conditor, sed ordinator urbis, adsignator sedium, deductor coloniae uel etiam deducendae auctor. Quod iure a me esse positum, docet Stephanus, unde attulisse satis habeo Plat. de rep. II p. 379a. Audi praeterea ipsum Dionysium l. l.: *ἀμφισβητήσεως δὲ πολλῆς οὔσης καὶ περὶ τοῦ χρόνου τῆς κτίσεως καὶ περὶ τῶν οἰκιστῶν*, non dicit *κτισάντων*. Idem paulo infra tradit, narrauisse Cephalonem Gergithium, conditam quidem Romam ab Aeneae sociis esse: *οἰκιστὴν δὲ αὐτῆς ἀποφαίνει τὸν ἡγησάμενον τῆς ἀποικίας Ῥώμον*, Aeneae filium. Hellenico autem Aeneas *οἰκιστής* tantum est, non conditor. Iam uide fragmentum Antiochi Syracusani, quod ex Syncello Müller I p. XLV Antiocheis suis addit: *Ἀντίοχος δὲ ὁ Συρακόσιος καὶ πρὸ Τρωϊκῶν φησι τὴν Ῥώμην ἐκτίσθαι βασιλεύοντος Μόρρητος Ἰταλίας ἀπὸ Τάραντος ἄχρι Ποσειδωνίας μετὰ τὸν πρῶτον λεγόμενον Ἰταλὸν βασιλέα καταγεγρακότα.* Potest igitur — nihil ultra concessum uolo — potest saltem in his rebus Hellenici auctor fuisse Syracusanus scriptor *πάνν ἀρχαῖος* (Dion. Hal. I c. 12), cuius erant libri *περὶ Σικελίας* et *Ἰταλίας* (Müller FHG I p. 181sq.)¹⁾, quibus Thucydidem quoque usum esse ualde probabile est (Burselt, Rh. M. XL p. 466). Ex eodem fonte manuerunt fortasse, quae ex Hellenici libro qui inscriptus erat *περὶ ἔθνων* (*ἔθνων ὀνομασίας*), ad res Italicas spectant (fr. 97 et 104 Müll.). Quod autem in Hellenico probabilitate non caret, in uniuersum si statuemus id ualere, haud aberrabimus a ueritate: redit uetustissima haec nominis Romani notitia omnis ad antiquos Siciiotas scriptores. Stat igitur ita Plinii testimonium, qui externorum primum dicit Theophrastum aliqua de Romanis diligentius scripsisse, ut externos intellegamus, quibus extra Italiam Siciliamque patria ac domicilium erat.

1) Nouit Antiochus Ὀπιοίς, nouit porro quendam ἐκ Ῥώμης *φινάδα* (fr. 7); cf. fr. 5. 6. 8. 13. Hesychius: *Χρόνην· τὴν Ἰταλίαν οὕτως πάσαι λέγον, ὡς φησιν Ἀντίοχος ὁ Ζενοφάνους ἐν τῷ περὶ Ἰταλίας* (fr. 6).

Theophrastus uero ducit agmen peripateticorum, ex quibus satis erit laudare Aristoxenum Tarentium, qui inter Pythagorae auditores praeter Lucanorum, Messapiorum, Peucetiorum etiam Romanorum mentionem fecit (fr. 5, cf. 90 Müll.), Durin Samium, qui de Agathoclis rebus gestis scripsit hellumque commemorat *Τυρρηῶν καὶ Γαλατῶν καὶ Σαμινιῶν*, in quo Romanorum iuducit Fabium *ὑπατεύοντα* (fr. 40 Müll.). Antisthenes peripateticus proelium narrauit, quod Romani ad Thermopylas cum Autiocho commiserunt (Phlegon. Trall. mirab. c. 3).

Sed mittamus hos, quoniam nondum diximus de auctore rerum Italicarum tunc quidem florentissimo Timaeo, cuius usque ad *τὴν πρώτην διάβασιν* ἐξ Ἰταλίας Ῥωμαίων (264 a. Chr.) fuit historia, teste Polybio I c. 5. Hesychianum *Ἰταλὸς* [Ῥωμαῖος] *ταῖρος* huic deberi confirmat Gellius XI c. 1, 1.

Possumus autem in uniuersum hoc pouere, inde ab Alexandri aetate certiore exstitisse apud Graecos nomini Romani notitiam. Unde ueritatis specie non caret, quod tradunt Ptolemaeus Philadelphum post pugnam apud Beneuentum commissam legatos Romam misisse gratulatos uictoriam (Niebuhr hist. Rom. p. 1037). Nec iam admirationem mouebit Lycophronis poetae Italica, ut ita dicam, doctrina (*Μάμερτος*, cf. schol. ad u. 1410, *Λατινοὶ* u. 1254, codd., *Βορείηνοι* [Ahorigines] u. 1253 denique *μῶμαρ* u. 1134, cf. Herodotus. II p. 904, 31). Quamquam natiuini illud, quod est in Alexandra u. 1226 sq. de Roma orbis futura imperatrice Welckerum (d. griech. tragödien III p. 1260) interpolatori iure attribuisse confiteor¹⁾. Sed memineris Lycophronem fuisse Lyci Rhagini filium, qui teste Suida *περὶ Σικελίας* scripsit. Itemque potuit fieri, quae est sententia Klauseni (Aeneas II p. 583), ut ex Timaeo hauriret Lycophro. Eratosthenes uero quod dicitur Romanorum *μίλιον* stadiis Graecis computauisse, id refutare nisi quis ex ipsa re conetur, ex sola temporum ratione nequit (Hultsch metrol.

1) Nota est hac de re Niebuhrī sententia (kl. schr. I p. 438 cf. schol. Bachm. ad u. 1226). Equidem nescio, an cum tota hac quaestione coniungi possit legatio a Romanis ad Alexandrum missa eiusque satis notabile responsum. Arrian VII c. 15, 5. cf. p. 279.

p. 51 not.). Secundo deinde saeculo Romanum nomen cum ipsa Graecia etiam Graecorum litteras occupauisse omnes satis scimus. Alexandrinis autem praeiisse hac in re Pergamēnos, cum et Cratetis Romae habitae scholae et Alexandri Polyhistoris περὶ Ῥώμης qui fuerunt teste Suida libri satis doceant, iure statuit Wilamowitz Antig. Caryst. p. 176. Quid, quod uel discrimini illi ex hac re aliquid lucis uidetur affulgere, quod intercedebat inter Aristarchi et Cratetis artis grammaticae definitionem? Ille: γραμματικὴ ἔστιν ἐμμετρία τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ συγγραφεῦσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λεγομένων, hic, sane mundanus magis quam Graecus, grammaticum uult ἀπλῶς γλωσσῶν ἐξηγητικὸν καὶ προσφῶδίας ἀποδοτικὸν καὶ τῶν τοῦτοις παραπλησίων (Sext. Emp. adu. gramm. § 79. Classen de gramm. Graec. primordiis p. 81).

Ad glossas postremo Romanas ut transitus fiat, in memoriam renocare licebit, quod constat, Graecos in conscribendis historiis Romanos quoque qui fuerunt illis temporibus et fontes et auctores adiisse (Schwegler hist. Rom. I² p. 7). Exhibuit autem Fabius et qui reliqui Romani Graece scripserunt, Latina quaedam nimirum technica uocabula, quemadmodum exhibent Polybius, Dionysius, Plutarchus, Cassius, alii. Inde in lexica Graecorum quoque nonnulla migrauisse primus, opinor, felicissime et obseruauit et exemplis illustrauit Buecheler Rh. M. XXXIX p. 420. Nec desunt in eorum numero prisca uocabula, quae euitauit deinde elegantioris Latinitatis usus. Cum enim Musa peregrina 'pinnato gradu intulit se bellicosam in Romuli gentem feram', uocabula etiam haud pauca ut bellicosa, fera, rustica quasi de uia sibi cedere iussit.

Cap. II. Latina. (Fontes.)

§ 4. Deuentum est ab Italicis ad Latinos. Romani uel carminibus a Graecis celebrantur (Plut. Flam. c. 16). Olympi regna tenere Romam, Martis filiam, Melinno praedicauit. Exstitit Italia, ut cum Plinio loquar, 'omnium terrarum alumna eadem et parens, numine deum electa, quae caelum ipsum

clarins faceret, sparsa congregaret imperia ritusque molliret et tot populorum discordes ferasque linguas sermonis commercio contraheret, colloquia et humanitatem homini daret, breuiterque una cunctarum gentium iu toto orbe patria fieret' (nat. hist. III c. 5, 39). Nec iam prae Romanis quidquam curabant Graeci reliquos Italicos. Nam, ut est iu Ps. Scymni descriptione orbis u. 231: *ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῦτοις δὲ Ῥώμῃ στὴν πόλιν ἔχουσ' ἐγάμιλλον τῇ δυνάμει καὶ τοῦνομα, ἄστρον τι κοινὸν τῆς ὅλης οἰκουμένης, Ἐν τῇ Λατίνῃ.*

Bonis igitur temporibus etiam linguae Romanae Graeci coeperunt operam dare, linguae nimirum eius populi, quem *δῆμον τῆς οἰκουμένης* uocarent, cuius urbem Polemo apud Ath. I p. 20 b *ἐπιτομήν τῆς οἰκουμένης* dixit, cuius praeterea iam prisei, ut ait Valerius Maximus (II c. 2, 2), magistratus 'illud magna cum perseuerantia custodiebant, ne Graecis unquam nisi Latine respouosa darent'. Audi denique Augustinum de ciu. dei XIX c. 7: 'at enim opera data est, ut imperiosa ciuitas non solum iugum, uernm etiam linguam suam domitis gentibus per pacem societatis imponeret'.

Itaque Cato uel coram Atheniensibus Latine locutus est (Plut. Cat. mai. c. 12). Nec fit in Graecorum legationibus, quas Polybius et Liuius commemorant, interpretum ulla mentio, quod obseruauit Weber de lat. script. I p. 7. Nam in philosophis Carneade, Critolao, Diogene, quorum sermones publice interpretatus esse C. Acilius traditur (Gellius VI c. 14), paulo aliter saue res se habet. Cf. Cramerum de studiis, quae ueteres ad aliar. gent. contulerunt ling. p. 19.

Quae cum ita siut, praeter transcriptionum illud genus, quod doctis stndiis debetur, quoque scriptorum refertum esse sermouem iam diximus, alterum exstitit illis temporibus ab his diuersum genus, quo continentur uocabula Latina iu uulgarem cotidiani sermonis usum gliscente paulatim consuetudine a Graecis recepta. Disputauit de hac Graecitatis deprauatione doctissimus Du Cange in glossario Graeco, cuius est praefatio de causis corruptae Graecitatis. Mullachii de eadem re scripta praefatio, ut reliqua libri notissimi capita, et bouae et malae

frugis plenissima est. Cobeti uero libellum, qui est 'de sinceritate Graeci sermonis in Graccorum scriptis post Aristotelem graueri depranata' (Amstelodami 1853) numquam uidi.

Vestigia autem linguae Latinaeprehenduntur iam in Polybio. Addo eis, quae collegit Schoell hist. litt. Graec. II p. 139 not. 1, locum, qui exstat VI c. 36, 8, ubi coniungit *παρ-αγγεῖλαι, ἵνα* prorsus ut Latini *imperare, ut.* cf. Kaelker, Leipz. stud. III p. 290 sq. Praecipue uero in terris orientalibus, quod sat notabile uidetur, occurrunt id genus Latinismi. Nec septuagintauralis quae dicitur uersio nec noui foederis libri uocabulis Latinis carent. Vide A. Buttmanum, *grammatik d. neutest. sprachgebr.* p. 6. 15. 112. Nec desunt Hesychio sacrae huius generis glossae, qua de re infra dicendum erit. Noui autem foederis auctores praeter singula uocabula locutiones quoque et constructiones exhibent Latinas, ueluti *πληγὴ ὕδατος ἀλλομένου* (salientis) Io. c. 4, 14, *τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι* (satisfacere) Mare. c. 15, 5, de quibus locis quae fuerunt inter theologos controuersiae, collegit Georgi in Hierocritici uol. II. Quaerenti autem, eur in oriente potissimum et maxime apud sanctos auctores haec Latinae linguae uestigia compareant, duae se offerunt causae, una, quod ab Antiochi clade Asiaeque capta tamquam initium duxit Romanorum orbis imperium, altera, quod Christianum genus dicendi per se propius accedere debuit ad uulgarem uel infimae plebis sermonem. Notus est Paulus, *ἰδιώτης* quidem ille, ut ipse ait (II Cor. e. 11, 6), *τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει.* Nimirum rem, non uerba curauerunt illi.

Haud longe distat ab hac consuetudine uulgari glossaria illa Graeco-Latina minora, in communem usum composita, quae subuenirent memoriae hominum Graecae linguae parum peritorum, militum, negotiatorum, peregrinantium. Quo de toto genere litterarum uide Loewii prodrom. p. 203 sq. Specimina quaedam ex his praebuerunt Egger mém. de l'académie des inscr. et belles lettres 1857 p. 368 ('da mihi paneu: dos moi psomi' etc.) et Buecheler jahrb. CXI p. 309¹⁾, quamquam utrum-

1) Obscurum ibi: 'apare ... leba' est fortasse ἄπαρον' leua(te). Cf. uictus leba te in tabula lusoria. Philol. XVII p. 734.

que inferioris demum aetatis. Alia id genus, mori prorsus similia hodierno, in discipulorum usum confecta erant, ueluti nota sunt Dositheana. Adde illud Hauptianum *καθημερινῆς ὁμιλίας βιβλίον*, op. II p. 509 ¹⁾.

Omnino elegantiorum quoque hominum sermo linguae illius imperatricis notas sibi imprimi iam bonis temporibus passus est. Mitto nunc Graecam monumenti Ancyraui uersionem, ubi leguntur *εἰχὰς ἀναλαμβάνειν* (nota suscipere), *εἰς τὸν τοῦ ζῶντος τόπον* (in uiui conlegae locum), *θέας σαικλάρεις* (Iudos saeculares) aliaque id genus, de quibus disputauit Kaibel in Mommseni 'res gest. diu. Aug.' p. 198. Haec enim in uertendo sunt nata et scripta ab homine Graecae linguae haud bene gnaro. Mitto etiam, quae ex epigrammatis Kaibelianis Latinitatis uestigia collegit Wagner quaest. de epigr. Graec. e lap. coll. p. 127. Sed reuocandae sunt, quas iam supra p. 277 indicauimus, culiuariae glossae, quibus tamen altiore gradum tenent quae artem tacticam et iuris prudentiam respiciunt. In hac eum Romanorum prae ceteris propria provincia praecipue cernitur linguae Latinae tam saepe multumque laudata proprietas, ita, ut difficillimum fuerit talia Graece uertere. Inde Cassius Dio LV p. 338 Sturz., ubi retinet uocabulum *ἀνκτώριτας*, addit: *ἠλλογίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατον*. Quamquam uel id ipsum, quod excusat illam uocem, docere potest, Graecos tum in litteris quidem talibus abstinuisse. Nec est id mirum ea aetate, qua grammatica Graeca Romae floruit. Defendebant sermonis siucritatem libelli de soloecismis et barbarismis conscripti (uide Nauckium, lex. Viudob. p. 312, 1. 285, 7). 'Apud Graecos diutius quam apud Latinos integra et illibata mansit sermonis puri et emendati castitas uerborumque nitor et elegantia, quae quamuis cotidiano usu atque barbarorum commercio attrita, assidua tamen ueterum lectione

1) Incipit: *ἐπειδὴ ὄρω πολλοῖς ἐπιθρομῶντας Ῥωμαῖσιν διαλέγεσθαι καὶ Ἑλλήνιστι μηδὲ εἰχερῶς δύνασθαι διὰ τὴν δυσχέρειαν καὶ πολυπλήθειαν τῶν ῥημάτων, τῆς ἐμῆς κακοπαθείας καὶ φιλοπονίας οὐκ ἐφεισάμην τοῦ μὴ ποιῆσαι, ὅπως ἐν τρισὶ βιβλίοις ἐρητηνημάτων πάντα τὰ ῥήματα συγγράψαιμι.*

reparabatur et eorum imitatione ueluti quodam saepimento muniebatur.² Iure sic Allatius de Georgiis, Fabricii biblioth. X p. 798 sq. Quin erant, qui nimis longe progrederebantur seruandae puritatis studio, uelut illusus ille a Luciano (de conscrib. hist. c. 21): ἤξιωσεν καὶ τὰ ὀνόματα μεταποιῆσαι τῶν Ῥωμαίων καὶ μεταγράψαι ἐς τὸ Ἑλληνικόν, ὡς Κρόνον μὲν Σατουρνῖνον λέγειν, Φρόντιν δὲ τὸν Φρόντιονα, Τιτάγιον δὲ τὸν Τιτιανὸν καὶ ἄλλα πολλῶ γελιοῦτέρα. Quae cum ita essent, quamquam non ignota manserunt Graecis *νοερῆς ἄφθραγτα Λατινίδος ὄργια Μούσης*, ut Plutarchum accepimus proeuctum iam aetate coepisse *Ῥωμαῖοις γράμμασιν ἐντυγχάνειν* (Demosth. c. 2), tamen arbitri potius uidentur fuisse superbi atque, ut ita dicam, superciliosi quam mutitantes imitatores. Vide enim, quid Graeci, 'homines amocni et Latinas quoque litteras haud incuriose docti' de Catullo Caluo Laeuio aliisque iudicent apud Gellium XIX c. 9. Didymus quoque fertur Ciceronem reprehendisse, cuius patrocinium contra Chalcenterum suscepit deinde Suetonius¹⁾.

Victa tamen sunt, ut adsolet, grammaticorum praecepta communi cotidianaе uitae usu. Opponam Luciani testimonio uerba Apollonii Tyanaei (in epist. 71): *πρότερον* (sc. Graecis) *ἡρώων ἦν ὀνόματα καὶ ναυμάχων καὶ νομοθετῶν, νυνὶ δὲ Λουκούλλων τε καὶ Φαβρικίων καὶ Λευκανίων τῶν μακαρίων.* Herodianus quoque aduersatur communis linguae consuetudini (I p. 534, 4, cf. p. 365, 13): *τὰ διὰ τοῦ ἀρίων ὑποκοριστικὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς Ἑλλήσι συστέλλει τὸ ἄ, ἐπιπᾶριον, πλοιᾶριον, φητᾶριον, ἣ μέντοι νῦν συνήθεια ἀπὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων διαλέκτου πολλὰ ἐπίσταται διὰ τοῦ ἀρίων ἐκτεταμένα, σουδάριον λέγουσα καὶ κελᾶριον.*

'Verum tum maxime — sic recte Du Cange l. l. p. VI — in Graeca lingua accidit deprauatio, cum Constantinus Magnus in Thracia fixit sedem imperii ac plerosque e senatoribus ceterisque Romanis proceribus in Graecanicas prouincias secum traduxit'. Appellata est Constantinopolis *Νέα Ῥώμη* (Etyim. M.

1) Bergk, ztschr. f. d. alt. 1845 p. 126 not. 2.

p. 217, 29) et, licet lingua Latīna in aula Bospōrana sollemnem quandam et a vulgari Graeco quasi maiestate seclusam auctoritatem diutius retinuerit, tamen inde a Iustiniano, qui primus iuriconsulta Graece (ὁὐ τῆ πατριῶ Nouell. VII, 1) emisit, quanta sit multitudo uocabulorum, quae Byzantiini e lingua Latīna adsumpserunt, satis omnes scimus. Inducta sunt uel mensium nomina Latīna (Weber l. l. IV p. 89). Nec iam stetit illud Choerobosci p. 615, 10: ἐν τοῦτῳ γὰρ ἐπαινετὴ ἐστίν ἡ τῶν Ἑλλήνων γλωσσοα, ὡς πλατεῖα οὖσα καὶ ἐπὶ ἐνόσ σημαίνου- μένου πολλῶν φωνῶν εὐποροῖσα. ἡ γὰρ Ῥωμαϊκὴ κατὰ τοῦτο ψεκτὴ, ὡς μὴ πλατεῖα, ἀλλὰ στενὴ οὖσα. Suppeditauit igitur ἡ στενὴ uocabula plurima τῆ πλατεῖα. Inde sunt uocabularia illa Graeco-Latīna maiora, ueluti Eustathii λεξικὸν Λατινικόν (cf. ad Od. p. 1554, 33), de quibus infra paucis erit dicendum. Iam enim reliquendum hunc locum ceuseo, praesertim cum ipse Hesychius mox tamquam sit demonstraturus, quam late hic glossarum Latīnarum fons ex utriusque linguae quasi mutuo cum altera facto commercio repetitus per Diogeuiāneos hortos mauauerit ¹⁾.

§ 5. Priusquam autem a fontibus glossarum ad earum auctores transitum faciam, obseruatum uolo non solum temporum ratione habita diuersitatem non paruam inesse in Italicis

1) Ne quis eorum, qui sub Prodromi uexillis militant, uana spe affulgentē decipiatur, notatum hic aliquid uelim de codice Vindobonensi philos. no. 244, quem errore M. Schmidt (quaest. Hesych. p. XLIV, cf. Nesselī catalogum IV p. 131) numero 224 signatum dicit et continere praeter Cyrillianas sacrasque glossas etiam quasdam ἐκ τῶν Ῥωμαϊκῶν λέξεσ indicat. Iam uero rogatu meo certior sum factus inde a fol. 259 nihil legi nisi haec mera, si quid uldeo, titiullicia:

δοκτερίας· ἀνοίας τοῦ λογισμοῦ
ἐξαστραουρδινείσθαι· ἐξισοῖσθαι
ἀλαίδιον· ἐκ περιοσίαις.

δόξα πρέπει τῷ θεῷ τῷ τελετάρχῃ πάντων.
Μιχαῖλ.

Hoc tamen intellegitur, eiusmodi in fine adscripta uocabula, cum totius lexicī aliquod apographum conficeretur, facile suos in serie litterarum locos occupare potuisse. Quod passim uerisimile est in Hesychio quoque accidisse.

Hesychianis, sed discedere hanc materiam aliis quoque discriminis causis, quarum una posita est in loco atque regione. Recte enim Hieronymus (II ad Gal. praef.): 'et ipsa Latinitas et regionibus cotidie mutatur et tempore'. Nimirum uel per se patet etiam Graecos diuersis regionibus huic perpetuae mutationi obsecutos insuper ex suis ipsorum moribus quosdam naenos Latinis a se receptis uocabulis adpersisse. Sane in Cappadocia, ubi in usu erat *ξυγκρούειν τὰ σύμφωνα τῶν στοιχείων, συστέλλειν τὰ μηχανόμενα καὶ μηχανέειν τὰ βραχέα* (Philostrat. uit. soph. II p. 97, 30 K.), aliter sonabant Latina atque in Attica. Idem cadit in Iones, qui *διὰ τὴν τῶν βαρβάρων παροικισμῶν ἐλυμήναντο τῆς διαλέκτου τὸ πάτριον, τὰ μέτρα, τοὺς χρόνους* (Photius u. *φαρμακός*). Ex Hesychianis autem ut exemplum proferam, testimoniis lapidum adhibitis moneo Dittenbergerum loco supra laudato docuisse in reddenda Latina littera *v* Graecos initio maxime *ou*, deinde uero posuisse *β*, quippe quod abiisset in spirantem Latino sono haud ita dissimilem¹⁾. Confirmare hanc in temporis discrimine positam legem Eustathium inuenio, qui ad Dion. Per. u. 378 dicit: *οἱ δὲ παλαιοὶ Οὐνεϊτιαν τὴν χώραν . . . ἐκάλουν κατὰ γλῶσσαν οἰκίαν, ἕς καὶ τὸν Ὀκιάβιον Ὀκιάοιτον* (ipse male *Ὀκταοῦτον*) *καὶ ὅσα τοιαῦτα*. Cum his igitur pugnare uidentur Latinorum uerborum in Sicilia natae transscriptiones. Siculos enim constat Laconum more sonum, qui est 'vau', reddidisse littera *β*. *Ἔβασον ἀντὶ τοῦ ἔασον (πλεονασμῶ τοῦ β), συγχώρησον. οὕτως Συρακοῖσιοι καὶ Λάκωνες* Etym. M. p. 308, 27 (Arens l. l. p. 9, Müllensiefen diss. Argentorat. VI p. 177). Loci igitur et regionis diuersitati debetur, quod Latinum *v* fit *β* non minus in

1) Dittenbergeri lex cum satis ab omni parte firmata uideatur, non adsentior Schuchardtlo (III p. 57) nerba Cosentii (Gr. L. V p. 395): 'v quoque litteram aliqui pinguis efferunt, ut, cum dicunt *veni*, putes trisyllabum incipere' de Graecorum pronuntiatione intellegenti. Non facit umquam syllabam Graecorum *ou*, ubi est Latinum *v*. Vide pentametri initium,

Οὐεῖβι καὶ περὶ σοῦ πάντα γένοιτο ῥόδα (Kaibel no. 548, 4).

Οὐεῖδάρμοι: Hesychius ut antiquam lexim explicat *βερεῖδάρμοι*. Nec iure Schmidt exhibet e. g. *πριούατον*, debet esse *πριονάτον*.

antiqua glossa Sicula ἀρβίννη (*aruina*) quam in Byzantina recenti prole βιστιάριον (*vestiarium*).

Subiungam statim tertiam quandam diuersitatis rationem, quae est et ipsa in indole ac natura eorum, qui locuntur, pendet tamen magis e pronuntiationis legibus aut ad singulorum arbitrium constitutis aut inuentis docta quadam arte ac ratione. Missa interim usus vulgaris licentia fuerunt sane, qui ad exemplaria Graeca uerba Latina paululum immutarent, ueluti qui risum mouit Luciano; fuerunt rursus accuratiores: Καλαβρία οὐ διὰ τῆς αὐ̄ διφθόγγου, ἀλλὰ διὰ τοῦ β̄ γράφουσιν οἱ ἀκριβεῖς. Eustath. ad Dion. Per. u. 378. Inde intellegas, quod Dittenberger l. l. docuit, cum Polybius *v* semper *ou* dixisset, seruasse hunc illius morem contra aequalium usum Cassium. Scribit enim uel Πακούσιος, cum iam Strabo e. g. scripserit Ἰγούσιον. Contra Lucianus semper β̄, nunquam *ou*, suae aetatis rationem minime aspernatus. Etiam ex pusillis his rebus elucere uides hominum ingenium. Ptolemaeum porro pro uulgato -ήσιος semper scribere -ήνσιος obseruauit Wannowski l. l. p. 61 not. nec desunt grammaticorum de his rebus praecepta. Sic Theodosius p. 123, 22 Göttling: τὰ εἰς ὠ̄ ὀνόματα εἰ μὲν κίρια εἶη, οὐ φυλάττει τὸ ὠ̄ ἐπὶ τῆς γενικῆς . . . , εἰ δὲ ἀξιωματικὰ¹⁾ ὑπάρχουσιν, οἷον τὸ πραίτωρ καὶ τὸ κραιστωρ καὶ τὸ μαῖστωρ, φυλάσσουνσι etc. Eodem fere modo etymologicum 'paruum' Milleri (mél. de la litt. gr.) p. 334: κουράτωρ, κουράτωρος. ὁ κανών τὰ Ῥωμαϊκὰ ὀνόματα φυλάττει τὸ ὠ̄ ἐπὶ τῆς γενικῆς, οἷον κουράτωρος, ἐσκέπτωρος (*exceptoris*), πραίτωρος etc.

In hac autem scripturae utque uidetur pronuntiationis quoque inconstantia iam non mirum erit, quod Latinum *v* Hesychio est modo *v* (κραισσιονάριος), modo *ou* (πριουάτον), modo β̄ (βιστιάριον). Accedit etiam γ̄ (γέντερ, *uenter*), cuius paulo diuersam rationem infra explicabimus.

1) Haec plerumque Latina fuerunt. Unde in titulo glossarii Graeco-barbari Meursiani (Lugd. Bat. 1614) legitur: 'officia atque dignitates imperii Constantinopolitani tam in palatio, quam in ecclesia aut militia'.

Sed etiam illud ex his, quae dixi, apparet, causas illius diuersitatis non nimis alte esse repetendas nec posse inde certi quidquam elici aut de tempore uel natae uel receptae alicuius glossae, aut de mutatione quadam uniuersa uel Graecae uel Latinae orthoepiae. Accedit praeterea ad singulorum hominum in hac re licentiam diuersitas artium, unde quasi ἐπι-στυμονικαὶ λέξεις fluere solent glossae. Nempe sonant aliter tacticae, aliter nomicae quae dicuntur glossae, iuridicae disciplinae argutiis accommodatae: nam διὰ τὸ παντελῶς εὐδιάγνωστον amplexi sunt κοινολεξίαν illam iurisconsulti (Attalitates apud Du Cangium p. XIII). Quamquam et harum nonnullae declinauerunt ad Graecam formationem: ἀντικένσωρ (antecessor), κοισσιλάριος, τρακιωρία.

Omnino in his aduenticiis uerbis non tam certae linguarum leges quaerendae sunt, quam praemenda uestigia uulgiuagae illius ac popularis etymologiae, quam uulgarem appellauit Foerstemann KZ I p. 1 sq. (cf. Schnhardt III p. 344 sq., Weise Bezenb. V p. 68 sq.). 'Fremdwörter gehen ihre eignen wege', omni iure doctissimus Curtius⁵ p. 537, cui non debebat aduersari Corssen Beitr. z. ital. sprachkunde p. 233 not. Nam uocabula aduenticia in peregrinam linguam depulsa sine sede quodammodo errant, quaeruntque ex indigenis sibi similia, quorum tamquam hospitio excipiantur. Sic Umbros Graeci Ὀμβρικούς (ὄμβρος), sinum Lucrinum Λοκρῖνον (Λοκροί), Antistium Ἄνθιστιον (ἀνθιστήριος), Aemilium Αἰμύλιον (αἰμύλος cf. Fest. p. 23). Viriathus fit Βορίανθος, Bestiui Βεστῖνοι ob bestiae similem sonum Fauorino sunt ἔθνος ἐν Ἰταλίᾳ θηριώδες τὸν τρόπον. Scinnt profecto horum nominum inuectores ψεύδεια πολλὰ λέγειν ἐτίμοισιν ὁμοῖα. Contraria ratione Κληταιμνήστρα Romae uulgari sermone aliquando sonabat Cliteministra (Schmitz, Beitr. p. 105). Quod enim Anastasius monachus (Etym. M. p. 828, S) optimo iure monuit, εἰδέναι μέντοι ἐχρήν, ὅτι τινὰ ὀνόματά εἰσιν ἀλλόγλωσσα, ἅπερ οὐ δύναται ἐτυμολογηθῆναι, id ipsa lingua per se nusquam curauit.

Alterum est genus aberrationis, quo continentur suffixa uel praefixa falsa similitudinis specie tamquam decepta atque

irretita. Sic in Hesychianis διαγραφάριος, λαεντάριος, ελλη-
 τάριον (u. φαιλόνης) uocabulis manifesto subest Latinum *-arius*,
-arium. Nouit Du Cange διαγενδέειν, cf. Hesych. ἀντι-
 κένσωρ, ἀντίπανον, ubi ἀντι est pro ante. Factum etiam est,
 ut contra illum canonem, quem modo attuli, uocabula in *ωρ*
 desinentia sequerentur analogiam Graccam, ueluti inuenitur
 genetiuis μαῖσιτορος (Göttling ad Theodos. p. 244).

Similiter Latini, ut omittam per iocum facta Lucillii, Cice-
 ronis (*fuctέον*, ad Att. I, 16, 13), Ausonii (*uinoιο βοποιο*, ep. 12)
 formauerunt e. g. *imperatorissa* (Loewe in Woelfflinii arch. I
 p. 24) aliaque, quae satis prope absunt a uocibus prorsus hybri-
 dis, quales sunt *holouerus*, *monoculus*, *πρωτοασιχρήτις* (primus
 a secretis), *πρωτοβεσθάριος* (quasi primiuestiarinus), uocabulum
 sane, ut ait Phrynichus, *νεοχμὸν καὶ δεινῶς βάρβαρον*.

Videtur omniuo uel Marciani codicis uel eius archetypi
 auctor Latini sermonis ualde peritns fuisse ob eamque ipsam
 causam iuterdum errauisse, uelnti ubi scripsit ἐντιτόν· ἐν-
 δικτον pro ἐνδικον, ob oculos uersatum est Latinum *indictum*.
 V. ἀπρονόμετος genuinum *πρωτανευθείς* mutauit in *πραιδευ-
 θείς* (cf. *πραιδα*, *πραιδέειν*). Simili ratione in glossa *προ-
 αῦλια· τὰ προαλήματα. ὡσπερ προάμβουλα τὰ προκιθα-
 ρίσματα* detrusit uox barbara, ut uidit Schmidt, genuinam
προαμβολάς. Glossam ἐν Τάραντι cum iam corruptam legeret
ἐντάραντον, alludere ei uidebatur Latium *intrare*: itaque ad-
 didit in fine *εἰσέρχονται*. Μῶλος ἄγριος luxanit ita, ut esset
 iam *μολοτάριος*, cuius corruptelae culpa praeter Latinae ter-
 minationis sonum non carere uidetur Byzantinorum *μολάριον*
 (mulus). In eundem censum uocandum est, quod glossam So-
 phocleam *μαγμὸν· τὸ καθάρσιον* etc., quam integram praebet
 Hesychius, in Photii libro corruptam in hunc modum legitimus
*μάγρον· Σοφοκλῆς Ὀδυσσεὶ. τὸν μέγαν. τὸν ἀπομάσσοντα καὶ
 καθάρσιοντα*. Nihil uisi Latinum *magnum* hunc locum turbauit,
 cf. Naberj proll. p. 127, qui tamen p. 401 artificiosius conatur
 corruptelam explicare: uide Schmidti notam ad Hesychianam,
 quam laudauimus, glossam.

Cap. III. Auctores.

§ 6. Grammaticae Graecae ut omnino historia critica consideratur (Welcker kl. schr. II p. 544), ita etiam glossarum scriptorum. Primas quasi lineas si non historiae, attamen indicis uominum adumbrauerunt Meier op. acad. II p. 22 sq., Lersch sprachphilosophie der alten III p. 61 sq., Graefenhau I p. 425 sq.

Cum autem in omnibus fere cuiusuis generis scriptis grammaticis Italicae Romanaeque glossae latere potuerint, ego nunc in Hesychii huius notae glossas inquisiturus, qui ipsorum auctorum uomina tam saepe omisit, attulisse ex illorum numero satis habeo quos et disertis testimoniis constat Italicis linguis operam dedisse et simul scimus ab Hesychiano lexico non alienos esse. Si autem iam Aristarchi temporibus illi 'tota effuderant copiarum cornua, omnes Graeciae angulos ad uoces moresque his uocibus expressos explicandos perreptauerant' (Lehrs Arist.² p. 44), si ne barbara quidem uerba, Phrygia, Celtica, Iberica colligere detrectauerant, quid omnino admirationis habet, uel in uetustissimis glossariis si fuerunt quaedam siue Italica siue etiam Romana? Decursu autem temporum accuratiore iam instructi linguae Latinae notitia ueteres grammatici uel comparatiuae quae dicitur glottologiae iuitia iuuenerunt (Schmidt Philol. III p. 458. VI p. 666). Sed tamen caue nimium his illorum studiis tribuas. Satis enim constat Latinam linguam nihil eis fuisse uisi e Graecis fontibus delapsam aliquam atque deprauatam dialectum. *Ῥωμαῖοι δὲ φωνὴν μὲν οὐτ' ἄρκως βάρβαρον οὐτ' ἀπηρτισμένως Ἑλλάδα φθέγγονται, μικτὴν δὲ τινα ἐξ ἀμφοῖν, ἧς ἐστὶν ἡ πλείων Ἀιολίς* etc., Dion. Hal. I c. 90. Tyrannionem scripsisse Suidas tradit *περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου, ὅτι ἐστὶν ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς*. Vide Koenium ad Gregor. Corinth. p. 606. Schaef.

Sed ne longus sim, statim ad singulos ueniam glossarum auctores.

§ 7. De glossis comicis. Splendent inter uetustissimos auctores Lycophronis et Erasthosthenis uomina (Meineke hist. crit. com. p. 10 sq.). Hesychius u. *κατελειπόμενῃν* (Aristoph.

Lys. u. 722): ὁ μὲν *Λυκόφρων* . . ., Ἐρατοσθένης δέ. Italicæ autem comoediæ λέξεις Lycophronem explicasse nemo negabit. Is enim cum comoediæ prouinciam in bibliotheca Alexandrina obtinuit, tum omnino Italicarum rerum, ut iam uidimus, ualde fuit peritus. Eratosthenes uero uidetur Lycophroneis commentariis suos ut aduersarius opposuisse (Meier l. l. p. 24). Accedit in eo, quæ floruit, geographica doctrina. Magis tamen disertis testimoniis ut Italicarum glossarum auctor Apollodorus, Aristarchi auditor, innotuit. Hic et Epicharmum (Heyne, Apollodorus p. 438 sq.) et Sophronem (Ath. VII p. 281 c) commentariis illustrauit Siculasque uoces non paucas exposuit (ibid. p. 309 c). Hinc debere uidentur ex Hesychianis quæ ad nummi rationem Siculam spectant. Cf. schol. Hom. *E* 576: ὁ δὲ Διόδωρος ἐν τῷ περὶ σταθμῶν τάλαντόν ἐστι μνῶν ξ', ἣ δὲ μνᾶ δραχμῶν ρ' etc. τὸ τάλαντον δὲ τὸ νῦν λεγόμενον Ἀττικόν. παρὰ δὲ Σικελιώταις τὸ μὲν ἀρχαῖον ἦν μνῶν κδ', νῦν δὲ ιβ'. δύναται δὲ εἶναι τρεῖς ἡμιωβόλια, ὡς ἐν τοῖς περὶ Σώφρονος Ἀπολλόδωρος. Addit: ἐκ τῶν Διογενειανοῦ τῆς ἐπιτομῆς Ἑλληνικῶν ὀνομάτων. Unde simul uia patet, qua in Hesychium peruenerint Apollodorea.

De Didymi postremo et Theonis lexicis comicis, quorum ipse Hesychius in epistula ad Eulogium data mentionem iniecit, nihil opus est addere. De Theone adsentior prorsus Webero Philol. suppl. III p. 541, qui Naberī (proll. ad Phot. p. 9 sq.) argumenta feliciter mihi nidetur impngnauisse.

§ 8. De glossis ethnicis. Poetae Alexandrini, quibus ἀμάγνυρον οὐδὲν αἰεῖδεν propositum erat, singularum nationum proprias dictiones undique colligere atque in ordinem redigere solebant, ut inde poemata sua peregrino quodam nitore quaesitoque cultu ornarent. In 'Lycophronis atrī latebris', ut cum Statio loquar, plura id genus Italica inneniri identidem monuimus. Non minus constat Nicandrum ex obsenris orbis angulis multa in litterarum lucem protraxisse, eodem sane consilio: uide Schneideri Nicandrea p. 208 sq. Italicæ quoque λέξεις nouisse auctorem carminis, quod Σικελία inscriptum

esset, uel per se patet ¹⁾ (Schneider p. 31 sq.). Unde Italicum puto, quod legitur ther. u. 378. 533, alex. u. 57. 331 *ῥάδικα*, *ῥάδικας* i. q. ramum, ramos. Unde glossa est Hesychiana: *ῥάδικες* (*ῥακίδες* cod., eadem corruptela atque nonnulli libri Nicandrei) *ῥοδάμνοι*, *κλάδοι*. Nec est casu factum, quod uocabulum praeter Nicandrum nouit unus Diodorus Siculus II c. 53, 7. Nescio igitur, an delendum sit ex Graecorum numero, quae praebet Curtius ²⁾ p. 352, praesertim cum uel Tarentinos sciamus *ῥαδάνη* dixisse (cf. Hesych. u. *ῥαδανῶροι*), nou prorsus illud Graecis inauditum *ῥάδιξ*. In ui atque potestate uocabuli Nicandrei ne haeseris: neque enim dissociabiles res uidentur radix et ramus. Sed quoniam Nicandrum singulari quoque libro collegisse ethnicae glossae eoustat (cuius litterarum generis dux et princeps Hellaniens nidetur fuisse, cf. supra p. 280), redeamus ad glossaria.

Nihil constat de Leontiui Gorgiae onomastico (Pollux IX praef.), nec certiora sunt tradita de Cumano illo uel Apollodoro uel Autodoro, qui primus scripsit *λέξιν* (Classen primordia p. 8), uee porro de Zenodoto ³⁾. Laudandus contra est Philetas (uide indicem auctorum Schmidti p. 160), cuius in ataetis Syracensanae dialecti mentionem fuisse docet fr. 16 Bach, ubi *κίπελλα* dieit *Συρακοσίους καλεῖν τὰ τῆς μάζης καὶ τῶν ἄρτων ἐπὶ τῆς τραπέζης καταλείμματα*. Audeo fidenter comparare glossas Latinas 'con-cipulabo: concidam miutatum', 'capulare: seindere, desecare etc.', Loewe prodr. p. 278. Secuntur glossaria Callimachi ³⁾, cuius praecipue uestigia legissē Hesychiani lexiei conditores Schmidt quaestt. Hesych. p. CLXXVIII docet. Spectant huc *Ἐθνικὰ ὀνομασῆαι, μηνῶν προσηγορίαι κατὰ ἔθνος καὶ πόλεις, κτίσεις γῆσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασῆαι, περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν (περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένη ποταμῶν), περὶ μετονομασῆας ἰχθύων, δευῖque βαρβαρικὰ νόμιμα*. Thuriolorum dialecti in his mentionem fuisse docet Ath. VII p. 329 a.

1) *Ῥακικά* Nicandri, quae Pamphilum explicauisse Suidas docet, sunt potius *Ῥακικά*, fortasse etiam *Ῥακικά* (Schneider p. 161).

2) Meier op. acad. II p. 23.

3) Schmidt quaestt. Hesych. p. CLIX.

Nicaudri quoque, cuius de poematis iam uidimus, glossas¹⁾ Siculos maximeque Epicharmum respexisse patet ex Athenaeo VII p. 309 c, ubi uua cum Apollodoro affertur. In euudem censum uocauerim fr. 139 Schu. Cumque fr. 129 τὴν γιάλην ἄροχλον Nicander dicat, uel ipso suffixo, quod est -χλο-, Italicam uocabuli fabricam indicat: est enim tamquam ἄρου-τρον (cf. ἄρουσαν· κοτίλην. Ταραντινοὶ Hesych.)²⁾. Neque igrarus fuit Italiotarum sermonis Aristophaues Byzantinus, cuius λέξεις tractauit Nauck Arist. Byz. p. 69 sq. Praesto hunc Pamphilo fuisse idem p. 78 demonstrat. Itaque Hesychiauae glossae, qua explicatur Siculum ἄδρα, Aristophauem auctorem suo iure iudicauit collato Ath. III p. 83 a Rauke de lex. Hesych. p. 100. Similiter Tarentiuorum σάννορος (cf. Sannio), quod ut Rhinthouicum praebet Hesychius, Aristophanis esse glossam manifestum fit ex Milleri mélanges etc. p. 394. Postremo Aristophanis περὶ βλασφημιῶν respicit glossa λοιταριζήμα, quam infra emendabimus.

Sequitur praetermisso Aristarcho, cuius de glossis minime constat (Lehrs Arist.² p. 45), Artemidorus, qui utrum sit diuersus ab Ephesio geographo necue, cum Meiero loco supra indicato p. 26 in dubio relinquendum esse censeo. Λέξεις illius nouit Erotianus p. 93, 4 Kleiu, culiuaris glossas affert Ath. I p. 5 b. Hesychiauum uero τιτυρίνος (τιτυρήνος cod., τιτύρινος male Soping) Artemidori auctoritate confirmat Rauke lex. Hesych. p. 103, apposito loco Ath. IV p. 182 d, ubi καλάμιος ἀλόγος ita appellatus esse traditur παρὰ τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ Δωριεῦσιν et quidem ex libro, qui περὶ Δωρίδος inscriptus erat. Vides igitur: quicumque Doricae dialecti praecepta exposuerint, eos omnes Italicarum glossarum auctores non est cur non agnoscamus.

Neque fraudandus est sua laude Diodorus, non bibliothecae ille auctor, ut arbitratus est Ranke lex. Hesych. p. 113, sed Aristophanis auditor, quem nouit Athenaeus V p. 180 e

1) Schmidt quaestt. Hesych. p. CLVIII. Schneider Nic. p. 203 sq.

2) Sonum o in his regionibus prope a sono u (uel v) abesse docet Boeckh metrol. untersuchungen p. 310.

(Meier l. l. II p. 28 not. 109), cujus erant *γλωσσαι Ἰταλικαί*, a Pamphilo excerptae. Cf. Ath. XI p. 479 a. 487 c, ubi Epicharmi et Sophronis fit mentio. Quoddam poculum *ὑστιακίον* dixisse Italiotas Hesychius docet: eiusdem rei testem Rhinthonem affert Athenaeus (XI p. 500 f): ad Diodori glossarium Italicum utrumque iure relegavit Valckenaer ad Adonias. p. 293, qui omnino sat probabiliter iudicat Diodoro deberi, ut Apollodoro Epichar-
mea ac Sophronea, ita et horum quaedam et quae ex Rhin-
thone, Blaeso, aliis huius familiae poetis Hesychius praebet.

Denique ut ethnicas glossas absoluam, afferro longo sane interuallo uetustiores hos sequentem Orum, cuius de ethnicis disputauit Ritschl op. I p. 637 sq. Huic tribuo Hesychianum uocabulum *ῥώμη* (nisi mauis *ῥώμη*): *δύναμις* etc., collato Etym. M. p. 705, 48, ubi nomen Ori adscriptum inneues.

§ 9. De paradoxographis. Cohæret litterarum illud genus, quo res mirabiles enarrantur, artissime cum ethnicis. Utque horum tamquam praecursorem uidimus Hellenicum, ita paradoxographos ducit Theopompus, cuius erat *περὶ θαυμασίων* scriptum. Occupata tamen est huius disciplinae prouincia paulo post ab Alexandrinis ad inuestiganda inopinata ac mirabilia curiosissimis. Quorum in hoc genere dux et princeps est Callimachus: *θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν κατὰ τόπους ὄντων συναγωγή*, cuius libri Schueider Call. II p. 14 partes statuit *τὰ ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμάσια καὶ παράδοξα*. Irrigauit Battiaedae doctrina hortulos Antigoni¹⁾, historiarum mirabilium auctoris, cuius ad res Italicas spectant cap. 134. 139. 140. 154. 159, haec tamen snmpta ex Timaco Lycoque Rhegino (*περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν*). Scripsit porro *περὶ τῶν παραδόξων ποταμῶν* Philostephanus (cf. fr. 5 sq. Westerm.), cui aduersatum esse Polemonem, Aristophanis Byzantini aequalem, docet Westermaun parad. p. XLIII. Nymphodorus Syracusanus *περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων* disputauit (Westerm. p. XXXIV). In Nicolai Damasceni *παραδόξων ἐθνῶν συναγωγή* Umbri occurrunt (5, 6), Lucani (7), Samuites (8).

1) Wilamowitz, Antig. Car. p. 21. Schmidt index auct. p. 74.

Sotion, a quo τὰ περὶ κρηνῶν μόνον καὶ λιμνῶν παραδοξολογούμενα ἱστορεῖται (Photius bibl. cod. 189), Italicos lacus saepissime respicit, cf. c. 7. 28. 30. 36—38. 41.

Sed mitto haec, quorum cum Hesychianis rarus tantum cernatur nexus. Abludit prope miscella historia, libri, qui sunt περὶ νομίμων καὶ ἔθῶν, similisque argumenti scripta. Affero, ut fontium similitudo conspiciatur Hesych. u. κάππα. κάππα καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ γράφεται κόππα· τὸ ἀνεστραμμένον Ρ, καὶ C χαρακτηρισμός, quod hinc male illatum est etiam glossae κοππατίας. Cf. Suet. de genere uest. p. 268 Reiff. Νομῆας ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν ἐν τοῖς ἐποδήμασιν Ῥωμαίων τῶν πατρικίων τυποῦσθαι τὸ Ῥωμαϊκὸν κάππα (i. e. C, centum), ὁ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἔστι φῶ (100).

§ 10. Iam ut ethnographica disciplina ad rerum historiam aberrans res psillas, curiosas, mirabiles profudit, ita artis grammaticae societate nixa melioris notae studia propagavit, quaeque non in colligendis singulis uocabulis, sed in uariis dialectis copiose enarrandis uersarentur. Doridis anctores iam commemorari (p. 295). Heraclidem quendam, qui de Tarentinorum dialecto scripsit, nouit Eustathius ad Od. p. 1654, 23. Philoxenus Syracusanorum exposuit dialectum¹⁾, eorumdem Trypho adiunctis Himeraeis et Rheginis²⁾. De Seleuco, cuius uel γλωσσαι uel περὶ τῆς ἐν σενονίμοις διαφορᾶς qui fuerunt libri, Messapica Hesychio suppeditauisse uidentur, audi Schmidium Philol. III p. 436 sq., Mommsenum, unterital. dial. p. 70 sq. Βρέντον γὰρ παρὰ Μεσσαπίοις ἢ τῆς ἐλάφου κεφαλῆς, ὡς Σέλενος ἐν δευτέρῳ γλωσσῶν, Herodian. I p. 367, 3, βρένθον· ἔλαφον, Hesychius. Prope rursus accedunt talia ad glossarum anctores. Quapropter hic statim subinngam Dorothenm Ascalonitam, qui Augnsti fere temporibus uixit (Meier l. l. p. 43. Etym. M. p. 87, 48. Hesychius u. ἀμγιγνοεῖν), quemque Photius bibl. cod. 156 περὶ τῶν ξένως εἰρημένων λέξεων κατὰ στοιχείον scripsisse tradit. Sed iam denenimus ad tempora, quibus nou Italica, sed Latina, nec singula tantum uoca-

1) Suid. s. u. 2) Suid. s. u.

bula, sed uniuersae linguae praecepta a Graecis grammaticis, quorum haud pauci tum Romae litteras docebant, explicarentur. Vide Schmidtium Philol. III p. 458. VI p. 666 sq., Didymi fragm. p. 346.

Ac primus quidem ex eorum numero uidetur Hypsicrates fuisse, Varronis fere aequalis, qui teste Gellio XVI c. 12, 6 scripsit super his, quae a Graecis accepta sunt (Lersch l. l. III p. 167, Schmidt Philol. IV p. 630). Sequitur Seleucus Homericus, de quo iam diximus, qui de Hellenismo cum scriberet, Latinae quoque linguae mentionem iniecissee traditur (Ath. IX p. 398 a. Schmidt Philol. III p. 458)¹⁾. Philoxeni deinde *περὶ Ῥωμαίων διαλέξεως* exstant plura fragmenta, collecta a Schmidtio Philol. VI p. 664. Philoxeno debetur Hesychiana glossa *σέξ[ε]στος* (cf. Etym. Gud. p. 414, 40). Exscripsit Philoxenum Orus (Etym. M. p. 610, 54), cuius glossam in suum usum conuertit Orion p. 112, 11, unde sua rursus hausisse uerisimile est Etymologum Gudii. Philoxeno porro deberi uidetur, quod Hesychius u. *κορώνη* addit, *καὶ εἶδος στεφανοῦ*, collato Etym. M. p. 531, 2 (cf. Apionem apud Ath. XV p. 650 d). Quamquam subesse possunt uetustissima Italica, cf. Sophron. fr. 97. 100. Ahrens.

Tyrannionem porro, Terentiae libertum, *περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου*, ὅτι ἔστιν ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς disputauisse tradit, ut iam uidimus, Suidas, cuius tamen uerba desperata corruptela obscurata sunt (Planer de Tryannione [1852] p. 29).

Περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας siue de Latinitate erat opus, notum Prisciano XI p. 548, 10 H. (Lersch l. l. I p. 144), Claudio cuidam Didymo incertae aetatis grammatico attributum a Suida, quem secuti sunt Ritschl op. I p. 188 (aliter tamen ibid. p. 115) et O. Schneider zeitschr. f. d. alt. 1855 p. 239. Haud improbabili tamen ratione Chalcentero uindicauit librum Schmidt Didym. p. 346. Ceterum quae eius fuerit indoles, satis apparet ex Prisciano (VIII p. 445, 15 H.), qui Didymum osten-

1) Errauit igitur Mommsen 'unterit. dial. p. 85', cum Seleucum Graeca tantummodo tractauisse ideoque Messapio Graecae stirpi attribuisse, non Italicae statueret.

dere dicit 'omnia, quae habent in arte Graeci, habere etiam Latinos', uel 'in omni parte orationis et constructionis analogiam Graecorum secutos esse Romanos' (idem de fig. num. p. 408, 7). Quod autem Graece conscriptum huius libri frustulum seruauit Priscianus (de fig. num. p. 411, 17), eius ope Didymi auctoritatem fortasse iudicemus eis Hesychii glossis, quae, exceptis sacris quae dicuntur glossis, ad Romanorum rem nummariam pertinent. De quibus infra accuratius erit dicendum.

Ac ne Iuba quidem, infinitae doctrinae ille rex, Latina studia neglexit. Ἐν ταῖς ὁμοιότησι comparat Romanorum *στρούκτωρα* cum Graecorum *τραπέζοκόμῳ* (Ath. IV p. 170 e). Verba fecit de Februario mense (ibid. III p. 98 b). Ne quis tamen nimium tribuat illis comparatiuae artis praecursoribus, locum apponam Plutarchi Num. c. 13: (ancilia) ἀγκύλια καλοῦσι διὰ τὸ σχῆμα . . . ἢ διὰ τὸν ἀγκῶνα, περὶ ὃν περιφέρονται. ταῦτα γὰρ ὁ Ἰόβας εἴρηκε γλιχόμενος ἐξελληνίσαι τοῦνομα. Ipse tamen Plutarchus dubitare uidetur, εἰ δεῖ πρὸς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον ἐξάγειν τοῦνομα. Haud magis scita haec sunt, quam quod Dion. Hal. I c. 13 Aborigines comparatis uerbis ὄρος et γίνεσθαι dictos putat ἀπὸ τῆς ἐν τοῖς ὄρεσιν οἰκίσεως uel in Etym. M. p. 707, 30 σακέρδως est σάκρα (i. q. ἱερά) ἔρδων. Iure risit Lamprias (Plut. quaest. symp. VIII c. 5, 1) huiusmodi originationem Latinarum uocum τσαούτης ἀδείας τῷ φλαρεῖν δεδομένης.

Apionis postremo, cuius de 'multiplici et circumforanea' doctrina audi Lehrsium quaest. ep. p. 24, περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου librum fuisse testis est Athenaeus XV p. 680 d.

Nec tamen in eis grammaticis, quos protuli, acquiescendum est. Fuisse enim illis temporibus in omnibus fere cuiusuis generis scriptis grammaticis comparandae linguae Latinae occasionem demonstrat e. g. Irenaeus siue Miucius Pacatus, qui in libro, quem περὶ Ἀττικῆς συνηθείας scripsit, disputauit de uocabulo καπετώλιον (fr. 7, Haupt op. II p. 437). Contraria ratione etiam in illis περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου libris multa tractata erant ab ipsa Latina lingua aliena. De Philoxeō qui-

dem hoc confirmant testimonia a Koenio collecta, uide praef. ad Schaeferi Gregorium Coriuth. p. XVII sq.

Coepit omnino latius iam patere Latinae linguae apud Graecos et notitia et usus. Adduntur Graecis uocabulis explicandis passim Latina. Cf. Ath. II p. 56a: ἑλλάσι ταύτας Ῥωμαῖοι δρύπκας λέγουσιν (drūpas), id. III p. 111c: πανός, ἄρτος, Μεσσάπιοι . . . καὶ Ῥωμαῖοι δὲ πᾶνα τὸν ἄρτον καλοῦσιν. Herodianus I p. 303, 9: γράφεται δὲ καὶ Μάντονα τῶ τῶν Ῥωμαίων ἔθει. Idem formas nouit Ἰταλικῶς (II p. 753, 7) uel Ἰταλικώτερον (II p. 592, 8) fictas statuitque συνήθειαν quandam Graecorum ἀπὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων διαλέκτου oriundam (II p. 13, 22).

Talis igitur cum fuerit horum studiorum condicio, nou uideo, cur cum Schmidtio non dico ab Hesychio, sed a Diogeniano omnes omnino glossas Romanas quasi sordes quasdam, quibus inquinantur *Περιοργοπενήτων* limpidi latices, abluamus. Admodum laudandum est cautum hac de re Weberi iudicium (Philol. suppl. III p. 621): 'auch glossae Romanae gehörten zum Diogenianischen bestaude, weil sie in quellenglossaren vorlagen'. Nec ipse Schmidt hoc prorsus neglexit, quippe cuius sit uol. II p. 558 docta obseruatio deesse Hesychio glossam *Κυρίνος* (Quirinus), quam ut Diogenianeam affert Lydus de mag. III c. 5. An ceuses ipsum Hesychium distincte negare Diogenianum Latina exhibuisse, cum dicat: *πάσας τὰς σποράδην παρὰ πᾶσι κειμένας λέξεις συναγαγών . . . συλλήβδην ὁμοῦ οὐδεμίαν λέξιν παρέλιπε, οὔτε τῶν παλαιῶν, οὔτε τῶν ἐπ' ἐκείνου γεγενημένων?* Cuius in loci interpretatione mirum in modum fallitur Weber l. l. p. 540, *λέξιν* de editis illa aetate lexicis intellegens. Obstant nel quae paulo supra leguntur: *τὰς παρὰ πᾶσι κειμένας λέξεις συναγαγών*. Verum iam pridem uidit Pearson aduers. Hesych. p. VIII, quem secutus est Bernhardt praef. ad Suid. p. XLI. 'Diogenianus cum generale lexicou primus conficeret, . . . et ueterum et sui temporis uocabula coniunxit'. Diogeniani uero aetate, quas 'modo natas' *λέξεις* Graeci inuenerunt, quidni potuerint esse Romano fonte delapsae?

Et Hesychium quomodo censemus de Latinis iudicauisse? Audi modo, sis, indefessi laboris uirum: *λέξιν μὲν οὐδεμίαν παρέλιπον κειμένην ἐν αὐτοῖς* (so. in subsidiis, quae praesto erant), *ἀλλὰ καὶ πλείστας οὐχ εὐρῶν προστέθεικα*. Quid, quaeso, obstat, quin, Diogeniano quae tribuere nolimus, ea iudicemus saltem Hesychio? Profecto nihil, nisi caecutio. Esto igitur lexici conditorum, quodcumque nou posse ab eis profectum esse demonstrari nequit.

Quamquam duae manent difficultates, quas satis me soluturum esse mihi me promiserim, una diiudicandi inter Diogeniani et Hesychii farraginem, altera remouendi, quae tam malae notae tamque nouicia sunt, ut ne Hesychio quidem, quamuis incertae aetatis hic sit, digna esse uideantur.

Sed nondum nomeu meum soluo. Addenda sunt quaedam alia Romanarum glossarum genera, quae cur nunc demum sequi uoluerim, mox apparebit.

§ 11. De glossis medicis. Quid sit causae, cur in medicorum *ἐπιστημονικὰς λέξεις* iam pridem uoces Romanae irrepserint, cognoscimus ex Plinio nat. hist. XXIX c. 1, 6, 12sq. qui iam anno 219 a. Chr. e Peloponneso quendam medicum Romam uenisse narrat dicitque usque ad sua ipsius tempora totam hanc artem exercendam Graecis relictam mansisse. 'Solam hanc artium Graecarum nouum exercet Romana grauitas in tanto fructu. Paucissimi Quiritium attigere et ipsi statim ad Graecos transfugae: immo uero auctoritas aliter quam Graece eam tractantibus etiam apud imperitos expertesque linguae nou est (ibid. 8, 17).' Ultima, opinor, uerba indicant, cur in hac arte Latina quaedam inueterauerint et quidem desumpta ex lingua uulgari. Unde intellegendum erit illud *ingrusia*, quo de uide Buechelerum Rh. M. XXXIX p. 419.

De ipsa medicorum glossographia nou est meum disserere. Hoc constat, Diogenianum collegisse etiam *τὰς παρὰ τοῖς ἰατροῖς γλώσσας* fructusque hos percepisse maxime ex fecundissimis hortis Didymeis. Cum autem ex eodem auctore, quo Diogenianus, pendeant etiam Erotiani quae exstant excerpta

(Klein praef. p. XIV. XXXVIII), cumque his — licet in Hippocrateis uersentur —, non desint uocabula Romana ¹⁾, etiam quaedam Hesychniana id genus medica redire statuimus ad Digenianum perque hunc ad Didymum.

Sed sunt aliae similis argumenti glossae, quas iure expelli uel ex Hesychio facile confiteor; explicationes dico nominum plantarum, quarum continuum specimen exhibet Tittmann praef. ad Zonar. (fin.), *λέξεις ἰατρικοῦ βιβλίου καὶ ἐρυγμῆαι βοτανῶν*, in quibus occurrit e. g. *ῥοσμαρίνον· δένδρολίβανον*. Infimam esse harum collectionum aetatem et ex Hesychnianis quibusdam exemplis infra apparebit et demonstratur Tittmanni glossa *λευκότον*, quod Graecum uocabulum Graece explicauisse sibi uidetur auctor per *βιόλα λευκή*.

§ 12. Hinc commodus fit transitus ad genus glossarum non minus ab Hesychio alienum, earum, quae ad iuris prudentiam pertinent, quarum collectiones Iustiniani fere aetate coeptas esse confici satis constat. Nam quod Schulting Leonis demum imperatoris temporibus eas attribuit, 'quia Basilica ab illo publicata glossae respiciunt', diu explosum est. 'Solebant enim Basilicorum architecti, si quae uoces Latinae, cum technicae essent, a Graecis Iustiniani temporum antecessoribus in Graeca legum explicatione in usu retentae essent, eas ipsas uoces Graeca translatione donare et in Basilicorum contextu collocare. Unde factum est, ut in scholiis Basilicorum, quae ex uetustissimis legum Iustiniani uersionibus uelut Stephani Cyrilli, in Basilica migrarunt, Latinae uoces saepe multumque ponerentur, cum tamen Basilicorum contextus Graecam earum habeat uersionem' (Heimbach, obs. iur. Rom. p. 3 not. 9). Videmus igitur illas ab uno ad alterum traditas collectiones multo Basilicis uetustiores esse. 'Qui tamen eiusmodi glossas primi composuerint, non constat. Immo alius post alium homo doctus indoctusue eas auxit et interpolauit, ita ut farrago a uariis collecta atque a librariis paulatim corrupta ad nos peruenerit'

¹⁾ p. 193, 12 Kl.: *κοννίκλους*, omissum tamen in Hesychio u. *λεβηρίς*. p. 56, 4 *τοῦρα* (torta).

(Weber, de Latine scriptis etc. III p. 14). Re uera in his 'magis scholiis quam glossis' (Cuiacius in Ottonis thes. iur. Rom. III p. 1699) sunt permulta errata, male scripta, peruerse explicata. 'Satis passim perspicere licet, non parum titubasse horum interpretamentorum compilatores, dum uerba Latina Graecis litteris conati sunt exprimere' (Schulting, Ottonis thes. III p. 1702). Unde non pauca a Latina in Graecam pronuntiationem aberrauerunt, ueluti, ubi *ἀσολουτιων* (*absolutio*) legimus, Graecum quidem β illa aetate ad *v* litteram quam proxime accessisse facile concedamus, Latini eiusdem soni pronuntiationem minime inde aestimemus.

Edita sunt glossaria nomica in Labbaei glossariis inde a p. 247, repetita in Ottonis thes. III p. 1702 sq. Quaedam deinde specimina praebent Tittmann praef. ad Zouar. p. XXXIX et Bekker anecd. III p. 1097 (*Ῥωμαϊκαὶ λέξεις ἐν τῷ νόμῳ ἐγχειρμεναί*). Complura uero inedita adhuc latent, ut diiudicari nequeat, ntrum spectent Hesychianae copiae ad certam quandam collectionem necne. Interpolatori uero tam nouicia deberi, non ipsi Hesychio, nemo non concedet. Proinde, cum praeterea nec ipse sim harum argutiarum satis peritus et uideam ne iuris quidem consultos multum curare istas quisquillas, omnes iam nnius faciemus assis satisque habeamus a melioris notae societate eas segregauisse. A Latina Diogeniani et Hesychii doctrina 'dolus malus et iure consultus abesto'!

Nec minus abesto, quem statim subiungam, Byzantini imperii multifarius ille et sexcentis gradibus distinctus dignitatum, honorum, officiorum munerum ordo aulicus. Unaque cum eo ualeant, quae ex sermone cotidiano Hesychio inculcata sunt, grammatico quidem ac lexicographo non inutilia ad cognoscendam linguam uulgarem, Diogeniani tamen operis nitidae texturae panni adsnti nilissimi.

Nec maioris momenti faciemus scripturarias quae dicuntur glossas, quas collegit Ernesti, 'glossae sacrae Hesychii', Lipsiae 1785. Spectant haec interpretamenta non ubique ad ipsa uel septuaginta uel nersiouis uel noui foederis uerba, sed ad uarias haud raro uariorum interpretum, Aquilae, Symmachi,

Theodotii explicationes, maxime uero ad hexapla Origeniana (Ernesti p. XXIV). Latius autem comparere uel in LXX uersione ne mirere, textus hic sollemni auctoritate numquam sanctus foedissimis temporum decursu maculis adpersus est, nec tollit, sed auxit hanc deprauationem quantumuis docta et laboriosa editio Origenis (Frankel, vorstudien zu der LXX. [Lipsiae 1841] p. 59, 63). Praeterea huc faciunt ineptae de Philadelpho fabulae, qui cum 'omnium gentium ac linguarum quae habere potuit docta uolumina, in suam linguam fecit ab optimis interpretibus conuerti' (schol. Plautin.), dicitur etiam quaedam Latine scripta Graeca interpretatione conuersa bibliothecis suis inseruisse (Graefenhan I p. 78).

Prorsus autem diuersam esse rationem Latinismorum, qui in noui foederis libris occurrunt iam supra indicaui. Adde tamen hic, non defuisse, qui docerent Marci euangelium Latine primum et quidem Romae conscriptum esse, deinde Graece uersum Aquileiae (Weber de Latine scriptis etc. IV p. 91, Woelfflin, arch. II p. 324). Abiudicandas uero omnino sacras glossas esse a genuino saltem Hesychio iam Bentleius (Schmidt quaest. Hesych. p. VI sq.) et Alberti uiderunt, quibus adstipulatus est Welcker kl. schr. II p. 550. Nec debuit eorum argumenta Ernesti impugnare. Cui etiamsi concedi potest ex ordine confuso glossarum nimium conclusisse Bentleium (cf. Schmidti quaest. Hesych. cap. VII), tamen Alberti quod monuit, in epistula Hesychiana illarum glossarum mentionem non fieri, id grauissimum stat argumentum. Aut enim fuit Christianae fidei addictus Hesychius, aut non fuit. Si fuit, censesue eum, quam Christianis scriptoribus nauasset operam, eam aut omnino silentio praetermisisse aut indicasse his tantum uerbis: *πλείστας οἷχ' εὐρών προσέθεικα*? Si non fuit, quo omnino consilio recepit glossas sacras, tanta praesertim multitudine? Nam quod Ernesti uoluit, post absolutum opus postque conscriptam epistulam addidisse illas Hesychium, id quam debili uel nullo potius argumento nitatur, nemo non uidet.

§ 13. Priusquam huius partis finem faciam, dicam, quod mihi sat notabile uidetur, comparere interdum in Hesychiano

lexico continui alicuius glossarii Latino-Graeci uestigia. Sic se excipiunt glossae *ξεκτός, ξεκτών*. Glossae *ξεφούγια* explicationem turbavit, quod paulo supra exstitisse uerisimile est, *ξεπούδιον*, acciditque simile aliquid s. u. *ἤδικτον*. *Σαίκουλουμ* χρόνος, σάκκος, Ῥωμαῖοι*: occurrunt extemplo:

σαίκουλουμ χρόνος*
σάκκουλουμ σάκκος, nisi mauis*
σάκκος, Ῥωμαῖοι.*

Haud longo deinde interuallo leguntur *δηλάτωρ, δηληγατιῶν, δηγάριον, δημορτάτος, δηφένσωρ, διφένσωρ, δικάτωρ, δούξ* nec aliter se res habet in littera *κ*. Ubi postremo in Hesychio *πριμικήριος* est, Suidas et Fauorius praebent: *πριβάτον, πρίγκιπες, πρίγκιψ . . . πριμιγγίλων* (priuilegiorum), *πριμικήριος, πριμολοκάριος, πριμοπιλάριος . . . Πρίσκοσ*.

Quod si et *δηφένσωρ* et *διφένσωρ* suo utrumque loco positum inuenimus, non continuo sequitur fontium diuersitas. Demonstrat enim H. Weber, Philol. suppl. III p. 611, Hesychianum lexicon, iam pridem corruptum mutilatum turbatum additamentisque anctum *διόρθωσιν* aliquam esse passum eamque eo consilio factam, ut litterarum restitueretur integra series. Ita fit, ut uel apertissima menda et fere monstra ordine alphabetico quasi modesta ac decora ueste induta asteriseo notare censor criticus haud raro omittat. In *ἄτματα* (*καθάρματα*) quamquam nihil nisi corruptum *ΛΥΜΑΤΑ* latere Rubnen uidit, tamen sub *α* littera exstat glossa. Non alia est causa, cur diuersis locis posita inueniamus *δηλητήριον* et *διλητήριον, δηφένσωρ* et *διφένσωρ*. Potuit autem in hac textus clade perfacile etiam illud fieri, quod miror in Hesychio accuratius neminem demonstrauisse, ut quaedam uocabula de lemmatis sede depulsa in explicationem migrarent. Vide e. g. glossam:

ἀμυντήριον ξίφος δίστομον. ἢ βάκλον ἢ τι τῶν πλητόντων.*

Cum hac compara glossam:

γαῖσος ἐμβόλιον ὀλοσίδηρον καὶ ὄνομα ποταμοῦ. οἱ δὲ μισθὸν ἢ ὄπλον ἀμυντήριον.*

Utrum in glossa priore *ξίφος δίστομον*, an *ἀμυντήριον* censes lemmatis loco dignum esse? Profecto *ξίφος δίστομον*. Quae tamen secuntur, *βάκλον ἢ τι τῶν πληττόντων*, cum ad solum *ἀμυντήριον* spectare possint, intellegimus simul Latina uocabula ex parte esse post illam *διόρθωσιν* addita. Ab Hesychio saue huiusmodi additamenta aliena sunt.

Ceterum permutari interdum lemmatis et interpretamenti sedes in Cyrillo quoque constat (Loewe prodrom. p. 216), cuius permultae glossae uunc Graeco-Latinae olim fuerunt Latino-Graecae. Idem puta accidisse passim in Hesychianis, ueluti

ἄμαξα· κάριον (*ἄμαξακάριον* corrupte cod.), *ἄμαξα*,
sane pro:

κάριον· ἄμαξα.

Item *ἡμίονος· βορδῶν* (*μουσμῶν* cod.) *ἢ μούλα* pro:
βορδῶν ἢ μούλα· ἡμίονος.

Quis eum umquam uel infimae aetatis Graeculus uocabulum *ἡμίονος* ut obscurum explicatione donauerit?

Alia tamen ex Latinis mera sunt additamenta uel sciolorum quorundam, qui utebantur Hesychio, uel etiam librariorum. Vide glossas:

Κονείδης· Θησέως παιδαγωγός [καὶ μαῖστωρ]
σαυτεύς· σαγγάριος [καὶ καλιγάριος].

S. u. *ἵπποφόρβιον* legebatur *ἀγέλη ἵππων*. Interpolator, cui ob oculos uersabatur *φορβειά*, prorsus inscite scripsit *ἵπποφόρβιον· καπίστριον* (*capistrum*) *ἢ ἀγέλη ἵππων*. Cf. *καπίστριον φορβειὰ ὄνον* (*ἵππου* Suid., *περιστόμιον* Etym. M. p. 798, 32). Ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendimus interpolatorem s. u. *ἀκίδας*, ubi Hesychius: *τοῦ βέλους τὰς ὀξύτητας. Αἱ σαγίται καλοῦνται ἢ λογχάρια* addit unus e Cyrillis Schmidtianis. Alia uide apud Nauckium Arist. Byz. p. 51. 54.

II.

Cap. I. Diogeniana.

§ 1. Vetustissima Italica. A) Glossae comicae (cf. I § 7).

Ἄλλην· λάχανον. Ἰταλοί.

allium.

Quae secuntur, cum praeter ἀλλαντόπολις, manifeste corruptum ex ἀλλαντοπόλις, haud facile expediās, omnino omittere satius duxi. Habet Hesychius: ἄγγλιθες, ἐξ ὧν ἡ κεφαλή συνέστηκε τῶν σκορόδων et: ἄγγιδια· σκορόδα. Nonne ex his optime explicatur Lat. *ālium*¹⁾, tamquam **aglium*, elisa gutturali, ut in *filum*, **fig-lum* (Froehde, Bezenb. I p. 249), *exilis*, **exig-lis*. Contra recentior forma *allium* eandem adsimilationem exhibet quam Graec. ἀλλᾶς, ἀλλήεις etc., an Graeci uocabuli imitatione, non diindicauerim. Quamquam nihil opponeret, si quis afferret nomina *Allius*, *Allia* (cf. Cret. Ἄλλαρία). Dicebant enim *Alies* Picentes (Zvetaiëff inscr. It. med. no. 1, 7).

Ipsam uero Hesychianam ἄλλην erit fortasse, qui comparato Dor. ἀλλᾶς et Hom. Βορρῆς I 5 (Ψ 195) malit ἀλλῆν scribere, sed peruerse. Contra cum Lobeck, litt. anall. Wolf. III p. 61, pro ἀτταγᾶς dici affirmet ἀτταγῆν, -ῆνος (cf. Τιτήν, -ῆνος) eamque formam, Ionicae similem, uulgo receptam dicat, ego malim in Hesychio ἀλλῆν referamque glossam ad Ionicas quae in Sicilia fuerunt colonias (Thucyd. VI c. 3. Castelli inscr. Sic. p. XX), quarum de miscella, ut ita dicam, dialecto nide Arentem de dial. Sic. p. 4.

Comicam agnoui glossam, cum notum sit, quam frequens sit comicis τὸ σκορόδον. Medicam tamen si quis malit, non repugnem. Ἄγγιθες enim nouit Galenus expl. uoc. Hippocr.

Ἀπεκέλλερον· ἀπέκλεψαν, quibus statim subiungam:

*ἀκελλεά· ἔκλεψαν. οἱ Ταραντινοὶ (sic. Vide Schmidtii ed. min.) et:

ἐκκεκελλήρικεν· ἐκκέκληκεν.

1) Brambach, neugestaltung d. lat. orth. p. 136. Ceterum simile aliquid sensisse inuenio Hehnum, kulturpflanzen² p. 175.

Disiungam κέλλια et κέλλας, uocabula Byzautina, addita glossis δώματα et τὰ στέγη.

ἀπεκέλλερεν, quod malo ἀπεκέλλειρεν legi, et ἐκκεκλήρικεν formas esse puto uerborum ἀποκελλείρω et ἐκ-κελληρίζω, a quibus remouenda esse κέλλω, ὀκέλλω, κίλλι-κύριοι, κίλλι-οὔρος (cf. *nota-cilla*)¹⁾ ex Hesychii explicatione satis, opiuor, apparet. Contra est thema καλ, unde descendunt καλιά et *cella*²⁾, quae dicta est, 'quod ea celantur, quae uolumus esse occulta' (Fest. p. 66). Umbrorum *carsom*, ut **calom*, *cellam* interpretatus est Buecheler Umbr. p. 49. *Cela* Falisci dicebant (Zvet. no. 47. 48). Ad Graecorum καλιά cum Umbrica propius accedit forma Osca *kāila*, Zvet. inscr. Osc. no. 62, 6 (Corssen eph. ep. II p. 167. Buecheler Jen. litteraturzeitg. 1874 p. 610. Corssen Philol. XXXV p. 124). Campanorum denique erat oppidum nomine *Cel-enna* (Verg. A. VII u. 739). Cf. Lat. *colo* (**quel-o*), *in-quil-inus*, *domi-cil-ium*. Cum igitur in Italia latius regnet haec stirps quam iu Graecia cumque *e* uocalem induxerint soli Itali, iu Hesychiauis glossis facile mecum agnoscas Italiotarum λέξιν κωμικήν. Vulgarem aliquam formam subesse docent Byz. κέλλα ρικόν· κεκρυμμένον (glossae iuris). Franco-gall. *cellérier* (*cellerarius*), Alban. *celéri* (Miklosich, deukschr. d. Wiener akad. XX p. 13), nostrum 'keller'.

Ad explicationem Hesychii apte affert Perger Ter. Eun. u. 310: 'quom in cellulam ad te patris penum omnem cougerebam clanculum'. Unde pro ἐκκέκληκε malim ἐκκέκληκε de κλειω, κλήω (Veitch p. 373).

Vides igitur ingeniosius quam uerius esse Meinekii ἐκκεκλήτικεν, uel Schmidtii ἐκκεκλήλικύρικεν eiusdemque (Philol. XIV p. 470) pro ἀκελλεά etc. inductum: ὠκελλε· ἀνέβλεψεν. Quamquam, nisi mirum in modum detortam a comicis uocem statuere licet, ne ego quidem corruptela plane desperata laborare illud ἀκελλεά negauerim. Fortasse subst. ἀνακελλ-, uel ἀποκελλ-, cf. ἀγέτρια (ἀναγέτρια), ἀμώσας (ἀνεμώσας), p. 276. Sed nolim grammaticam παρὰ πάσας τὰς ἐπιστιμίας θρασύνε-

1) Curtius⁵ p. 146.

2) Ibid. p. 140.

σθαι, quapropter cum Sexto Empirico dico: ἀκατάληπτός ἐστιν ἡ τοῦ συγγραφέως διάνοια καὶ διὰ τοῦτο ἄχρηστος ἡ γραμματική.

Incertus haereo, comicisne an ethnicis adiungam glossam, quae sequitur:

Βαννάται· αἱ λοξοὶ καὶ μὴ ἰθυτενεῖς ὁδοὶ παρὰ Ταραντίνοις. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ βάννατροι.

Cyrelli Dresdensis βαμβάκτης· ὁδός. στράτα admodum dubito num iure comparetur. Sed uenit in mentem Tarentinorum illa κατὰ τύπον Ἰταλικόν facta adsimilatio, qua *nd* fit *nn*, quamque iam supra explicauimus (p. 272). Itaque elicendum erit thema aliquod *band*-. Radix est *gra* (cf. *am-bu-lare*), quae adsumpsit ab una parte *r* (*gur*, cf. *būra* 'krummholz'), ab altera parte *nd*, *band*, cuius cum uerbo *bē-tere* eadem fere est ratio atque *pa-ndo* cum *pa-teo*. Eiusdem radices sunt *ban-nanicae* uites, quas nouit Plin. nat. hist. XIV c. 3, 7, 37 agroque addixit Umbrico Meuaui Picentino, ubi uel maxime illud *nn* inueniri uidimus. Vitis autem, ut et ipsa descendit de radice *uī*, in qua est flectendi notio, ita epitheton quoque facile patitur, quod descendit ab eiusdem fere significationis themate *band*. Animaduertas Hesychii explicationem ὁδοὶ λοξοὶ καὶ μὴ ἰθυτενεῖς. Nescio, an adiungam fontis *Bandusiae* nomen (*Πανδοσία* rec. interpr.) et oppidi *Bantii*. Oscum enim *Bansae* (cf. Umbr. *Fiso* = *Fidius*, Sab. *Clausus* = *Claudius*, *Βάνδιος* Plut. Marcell. c. 10) suppeditare uidetur formam **Bandium*¹⁾ (Aufrecht u. Kirchhoff 'Umbr. sprachdenkm.' II p. 187).

Βλεννόν, p. 275. *Βλιτάς* etc., p. 275.

Βυτινή· λάγνος ἢ ἀμῖς. Ταραντίνοι.

Cf. *πυτινή*· *πλεκτηὶ λάγνος* . . . ἢ ἢ ἀμῖς (Aristoph. fr. inc. 244). Sic Siculi pro *πατάνια* (paruae patinae) dicebant *βατάνια* (Hesychius sub utraque uoce), quod ut rusticum reprehendit Pollux X § 107. Alia mutationis, quae est inter *β* et *π* litteras, exempla attulit Curtius⁵ p. 537 sq.

1) Fortasse huc pertinet etiam *βανοῖς* (*βαννοῖς*): ὄρη στρογγύλα.

Nouit lingua rustica uocabulum. *Βούττης* (buttis): doga. Vagna seu cupa: *βούττις μεγάλη*, ἢ *τινες γαῦλον καλοῦσιν*. *Βουττοποιός*: dogarius. *Βούττιον*: cupella. Glossae sunt Labbaei. Hinc Romanensium sunt: *botte*, *boute*, nostrum: *böttiger*. Groeber, Woelfflinii arch. I p. 254. Videtur igitur uocabulum Italicum esse et per Italicam comoediam uiam sibi parauisse in Atticam. Certius nihil ausim. Unum addo, confirmari meam sententiam, qua Graecis uocabulum aduenticium esse contende-
bam, uel inconstantia illa initialis litterae ceteroqui rarissima.

1. *Ἡμίνα*· κοτύλη,
2. *ἱμίνα*· χοῖνεξ,
3. *ἱμίνη*· κοτύλη,
4. *ἰνιμίνα*· ἐνήμυσι.

De hemina cf. Hultsch, metrol. p. 95.

Ex Diodori glossis Italicis (cf. p. 293) appositis locis Epicharmi et Sophronis (Epich. fr. 91 b. Sophr. fr. 70 Ahr.) Pamphilum sua de uoce hemina sumpsisse affirmat Ath. XI p. 479 b.

Errat autem Herodianus I p. 258, 19 ut Italicum uocabulum coniungens *ἡμίνα* cum *Σαβίνα*, *Φανστίνα*, *Ἰουστίνα* etc. Agnoscitur enim uel spiritu initiali Graeca origo (Saalfeld tensaurus Italogr. p. 537. Weise 'Griech. wörter im Lat.' p. 62 not. 5).

Descendit autem *ἡμίνα* ab *ἡμί* (inde est τὸ ἡμισυ τοῦ ἐκτέως i. e. 1 κοτύλη) terminatione rursus κατὰ τύπον Ἰταλικόν adsumpta (cf. *bīni*, *trīni*). Herodiani autem aetate uel *ἡμίνα* erat, properispomenon.

In gl. 2 et 3 merus librariorum itacismus subesse uidetur, item in gl. 4, sed paulo alia ratione. Lego enim: *οἰνή ἡμίνα* (*ἰνὶ ἱμίνα*)· ἐν ἡμισυ. De *οἰνή* (*ῆνα*) uide Curtium⁵ p. 320. Ἔστι δὲ καὶ *οἰνή* παρὰ Ἰωσι μονάς, Pollux VII § 204. Itaque in frustulo illo etiam hoc Italicam uocabulorum fabricam iudicat, quod *οἰνός*, *οἰνή* usurpatur prorsus aequae atque Lat. *uinus* (*uinus*): *οἰνή ἡμίνα* est 'una dimidia', i. q. ἐν ἡμισυ.

Ἡρύκαλον τὸν Ἡρακλέα. Σώφρων ἐποκοριστικῶς.

Nihil opus est coniecturis *Ἡρακλον* uel *Ἡραλλον*. Anaptyxin potius uocalium animaduerte per Italicis oris mollitiem induc-
tam. Alludit quam proxime Tuscum *Heraceli*, Fabretti C. I.

It. no. 2528. Ceterum uti poterat glossa Iordan krit. beitr. p. 15 sq.

Κάλτοι· ὑποδήματα κοῖλα, ἐν οἷς ἰππεύουσι. calcei. *Καλτίου* meminit Rhintho apud Poll. VII § 90. *κάλτιον· τὸ ὑπόδημα*, Bekker aneed. I p. 101, 13. Quare non uideo, cur offenderit in *κάλτιον*, scriptura librorum Plut. Aem. Paul. c. 5, Sickinger l. l. p. 18. Hesychianum tamen *κάλτοι* nolim mutare. Potuit enim Pollux in Rhinthonicam formam uulgare illius aetate deminutivum suo Marte inducere.

τ pro c uicina littera l positum nescio an sui similem habeat glossam: *σπέτλον*: speculum. 'Fulcrum calcis' uel — sit uenia uerbo — 'stapiam' significare calceum nihil sane miri habet. Vindicat potius Rhintho hunc uocabuli usum priscae Latinitati ¹⁾.

1. *Κάρκαρα· †οὔλα ὁ δῆτῳ. καὶ τὰ ποικίλα τῆ ὄψει καὶ †ἐπιτυρά Σιμωνίδῃ. ἔνιοι τοὺς μάνδρας. †Πινθῶν καὶ τῆ οὐρανίᾳ ἦρι.*

2. *κάρκαροι· τραχεῖς καὶ δεσμοί.* carceres. Photius: *κάρκαρον· τὸ δεσμοπήριον. οὕτως Σώφρων.* Recte igitur Ahrens II p. 393: 'uox Italicis deberi uidetur. Nam quae apud Graecos similia sunt, diuersam potestatem habent', scilicet *καρκαίρω*, quod ex aurium prouincia ('permixtum sonum edere', 'dröhnen') transit ad oculos (*τὰ ποικίλα τῆ ὄψει*), ut saepissime fit ²⁾. Incertissimum fragmentum Simonidis Amorg. 32B. ex ipsa glossa Hesychiana effectum satius est missum facere. Hoc autem sine ulla controuersia in promptu est, licet obscurus et corruptus sit Hesychius, Sophronem et Rhinthonem dixisse *κάρκαροι* uel *κάρκαρα* carceris significatione Graecis prorsus ignota. Repetitum sonum α praebent etiam

1) Perperam Salmasius ad script. hist. Aug. p. 291 c: 'a Siculis et illis Graecis, qui Italiam incoluerunt, nomen et usum calcei uidentur esse mutati Romani ueteres'.

2) *κτύπον δίδωρα* Aeschyl. Sept. u. 101, ubi scholiasta: *μετίγαγε τὰς αἰσθήσεις πρὸς τὸ ἐναργέστερον.* Hom. *ἔπα λειριόεσαν.* Soph. *τηλαπὸν ἰσάν.* Id. *διάσημα γὰρ θροῦ.* Dante: 'venni in un luogo d'ogni luce muto'. Goethe: 'der töne süszes licht' (!).

Diodorus Sic. exc. 31 p. 515 (κάρκαρος) et Plutarchi (Aem. Paul. c. 37) optimi libri (κάρκαρε). Cf. Got.: *karkara*.

Κορώννα etc. Cf. p. 298.

1. Κυβειτόν· ὁ ἀγκών.

2. κυβειτίζω· τοῖς ἀγκῶσι πλήττω, a quo diuersum est: κυβητίζω· ἐπὶ κεφαλῇν φέλω (cf. κυβιστάω, κυβιστήρ, κυβησίνδα, quibus subest aliquod uocabulum *κύβη, capitis significatione). Adde:

3. κύβωλα· ἀγκῶνα [ἢ ὀσφύς], ἢ μεγάλα ὀστᾶ, καὶ ὠλέκрана. Cf. cubitus.

Pollux II § 141: δοκεῖ δὲ εἶναι Ἰωρικὸν τοῦνομα τῶν ἐν Σικελίᾳ Ἰωριέων. ὅθεν Ἐπίχαρμος καὶ τὸ παλεῖν τῷ ἀγκῶνι κυβειτίζειν λέγει. Quod uero idem Hippocratis quoque eo sensu uisse uocabulum docet, noli cum Ahrente II p. 393 idcirco Italicis fontibus prolapsam esse cubiti significationem negare. Nam saepius iam occurrebat quaedam dialecti Siculae Iadis similitudo atque affinitas. Cf. p. 272, 307 et paulo infra. Ceterum adsentitur Polluci Dioscoridis testimonium, qui κυβειτόν τὸν κόνδυλον τοῦ βραχίονος ὠνομάσθαι dicit in Galeni explic. uocum Hippocr. u. κυβειτόν. Bene perspexit rei rationem auctor Etym. M. p. 543, 7: Ῥωμαῖοι τὸν ἀγκῶνα κύβειτον (κίμητον codd.) λέγουσι.

1. λίτρα· ὀβολός. οἱ δὲ νόμισμα παρὰ Σικελίῃς, οἱ δὲ ἐπὶ σταθμῶν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διὰ τοῦ β̄ λίβρα.

2. τάλαντον· λίτραι ἑκατὸν εἴκοσι πέντε κατὰ τὸν μέγαν Ἐπιφάνιον.

3. τάλαντον· σταθμός, ζυγός. ὀκτὴ λιτρῶν 100 ἢ 125 ἢ 165 ἢ 400 ἢ 1152.

4. λιτροσκόπους· ἀργυραμοιβούς, ἀπὸ τοῦ Σικελικοῦ νομίσματος, ὃ καλεῖται λίτρα. libra.

Haec non omnia eiusdem originis auctoritatisque esse nemo non uidet. Tamen hic statim sub uno conspectu posui. Cf. Epich. fr. 5. 6. Sophr. fr. 26. 60 Ahr. Phot. u. λίτρα.

Italicam litrae originem cum Boeckhio agnoscunt Ahrens II p. 391, Arens l. l. p. 47. In explicanda ipsa forma inde proficiscendum puto, quod in dialecto Sicula reperiuntur quaedam

psiloseos uestigia. Ἰδίως λέγουσιν οἱ Σικελοὶ τὴν χύτραν κύτραν, τὸν χιτῶνα κιτῶνα, Gregor. Cor. p. 341. Tarentinis quoque in usu erat ἀμπί (ἀμπίθυρον [ἀμπιούρον cod.]· πυλών, Hesychius). Τυγατρός ex titulo Rhegino CIG III no. 5767 attulit Dittenberger Herm. VI p. 307 not. 3, idem ἐντάδε. Itaque λίτρα puto esse pro *λίθρα. Accommodabant enim Siceliotae aduenticiū sibi uocabulum ita, ut pro suffixo Latino -bra suum mallent loqui, quod illi responderet, -θρα (Curtius⁵ p. 501).

De argumento uero glossarum post curas Bentleii op. philol. p. 393 sq., Burmanni (d'Orville, Sicula II), Boeckhii (metrol. unters. p. 292sq.) satis inter omnes conuenit (Hultsch metrol. p. 290). — Itaque obolum dicit Hesychius litram, quia libram aeneam obolo argenteo Aeginetico soluere solebant. Deinde ut libra et pro pecunia et pro pondere est, ita λίτρα quoque dicebatur ἐπὶ σταθμῶν, quem usum Epicharmo maxime et Sophroni uindicat Photius. De eis, qui in gl. 2 et 3 afferuntur numeri litrarum, quibus constat talentum, uide Boeckhium l. l. p. 294. 297.

λιτροκόπος denique Sophocli tribuit Photius (fr. 957 N.).

Λουταριζήμα· ὅ τινες ὄλισθον (Voss., ὄλισθον cod.). Schmidt composuit Lat. *aluta*, sed iniuria. Nam medelam corruptae glossae suppeditat Eustath. ad Od. p. 1921 sq., ubi Aristophanis Byzantini doctrina instructus de scortorum nominibus inter alia profert haec: εἰ δὲ καὶ λούπα ἢ αὐτή, ὅπερ ἐστὶν Ἰταλικῶς λύκαινα διὰ τὸ ἀρπακτικόν, deinde: λύκαινα ἢ παρὰ Ἰταλιώταις λούπα, ὃ δὴ ὄνομα μετῆχται ἀστείως εἰς ἔταιρίδων προσηγορίαν (cf. Plut. Rom. c. 4: λούπας γὰρ ἐκάλον οἱ Λατῖνοι τῶν τε θηρίων τὰς λυκαίνας καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ἔταιρούσας). Addatur igitur lexicis λούπα, Italicæ comoediae aperte proprium uocabulum. Vide Nauckium Arist. Byz. p. 168 not. 10.

De λούπα uel eius deminutia forma λουπάριον descendebat λουπαρίζειν. Hinc λουπάρισμα· ὄλισθος, pro inepto λουταρίζημα Hesychio restituas, ordine quantumuis inuito.

Μῶμαρ. momar. Vide p. 275.

A comica dictione non aliena uidetur glossa:

* *Νάρα· συνίμι,*

quacum composuit, ut iam uidimus, Buecheler Lat. *narus*, cui tamen praeiit hac in re Lobeck rhem. p. 132, qui idem cum Guyeto seriem secutus litterarum restituit *νάρω*. *νάρειν* (*κύειν*, *κρύπτειν*, *ζήτην* etc.) et *ινάρει* (*μαστεύει*), tamquam corruptum ex *γάρει*, num in eodem censum uocanda fuerint uiro docto, ualde dubito.

Ὅρουα· χορδή. καὶ σύστρεμμα (Mein., σύντρεμμα cod.)
πολιτικόν, εἰς ὃ Ἐπιχάριον δρᾶμα.

ὄρουα· χορδὴ ἔφθῆ.

Nou inutile erit adiungere Osc. uo *uruiū* (uia curua), Lat. *uruat*, quod Ennio erat i. q. 'circumdat' (Fest. p. 375). Sunt igitur *χορδαί* (intestina) dictae uruae uel curuae, quippe quae tortuosis et multiplicibus ambagibus aluum expleant.

ὄρουα uocabulum de factione ciuili dictum ne mireris, cf. Aristoph. equ. 214: *τάραττε καὶ χόρδεν' ὁμοῦ τὰ πράγματα*. Nos quoque: *kreis*, *zirkel* (club).

Παλακίτιος· πολεμιστήριος.

Lobeck proll. p. 210 not. ad Byz. *παλλ(λ)ικάρια* relegant glossam, quod significare dicunt 'milites', sed significat potius teste Du Cangio '*calones*', 'serui', 'pueri'. Dicitur e. g. *οἱ στρατιῶται μετὰ τῶν παλληκαρίων*.

Cum autem legamus Etym. Gud. p. 450, 18: *παλακίτιος παρὰ τῆ Σώφρονι. τὸ ὄνομα δηλοῖ δὲ τὸν πάλληκα ἢ τῆς παλλακίης εἶδόν*, nescio cur nou Siculis possit deberi tota haec significationum series: *οικότριψ*, uerna, puer, seruus, calo, qui *πολεμιστήριος* optime dicitur. Est enim addictus *πολεμισταῖς* uel militibus.

Facile deinde, ineunte fere media quae uocatur aetate, potuisse uocabulum a Magna Graecia ad Byzantinos deuenire nemo negabit.

Πατάνα (Ahrens, *πάτανα* Schm.)· τρύβλια.

πατάνια· τὰ ἐκπέταλα λοπάδια καὶ τὰ ἐκπέταλα καὶ φιαλοειδῆ ποτήρια, ἃ πέδαχνα καλοῦσι. τινὲς δὲ διὰ τοῦ β̄ βατάνια λέγουσιν.

βατάνια· τὰ λοπάδια. ἢ δὲ λέξις Σικελική. Cf. *patiuā*.

Pollux X § 107 allatis testimoniis Sophronis, Eubuli, Antiphani, Alexidis pergit: ἐν δὲ ταῖς Ἰππάρχου Παννυχίαι ἐν-
 ρῆσθαι φασὶ κατὰ τὴν τῶν ἰδιωτῶν συνήθειαν εἰρημένον βατά-
 νιον (cf. supra p. 309)¹⁾. οἷς μέντοι τὰς κριθὰς φεύγοντες
 μετέβαλλον ἢ καὶ τοὺς κνάμιους, πατάλλια ταῦτα ἔκαλετο.
 Cf. *patella*, *πατέλλιον* apud eundem Pollucem VI § 90, qui ut
 suae aetatis affert formam. Inde Photius: οἱ δὲ πολλοὶ δια-
 στρέφουσιν ὡς Ῥωμαϊκὸν τὸ ὄνομα. Sed perperam dicit δια-
 στρέφουσιν: nam Italica est uox, non Graeca. Recte enim
 Ahrens II p. 394, qui simul obseruauit ita tantum usurpari
 uocem a poetis comicis, ut Sricula origo et rei et uocabuli elu-
 ceat: 'apud Latinos eadem stirps latius regnat, ut in patera'.
 Ahrentem secutus est Weise l. l. p. 62 sq., a quo non debebat
 secedere Saalfeld, tensauri p. 832 sq., cuius tamen utilis est
 collectio iudiciorum a uiris doctis de patinae origine factorum.

Πολύλαχρον· καλόν.

Buechelcrum comparare *pulchrum*, *polcrum* iam dixi. Frustra
 temptauerunt *πολύχροον* (Alberti) uel (*ἀ*)*παλόχρο(ο)ν* (Schmidt,
 Philol. XVIII p. 713). Ad dialectum aliquam Italicam, non ad
 ipsam Latinum *pulcher*, spectare glossam docet anaptycticum *α*.
 'pulcher' enim scribitur a Graecis *Πόλχερ* (54 a. Chr. Ditten-
 berger Herm. VI p. 283), paulo post *Πούλχερ* (Strabo XIV p. 684).

Placet mihi glossa in comicarum numero collocata. Unde
 tamen si quis certo argumento expellat, non aduersabor.

Πόλτος· τὸ πνανεψίων ἔψημα. puls.

Quamquam est Alcmani (Ath. XIV p. 648 b) plantae genus,
 tamen cum antiquorum auctorum nemo praeter illum uideatur
 notuisse, Latinam uero uocis *puls* originem collatis *pal-
 ea*, *pol-enta*, *pol-len*, *pul-uis* etc. (Vaniček Et. Wb. p. 1183) optimo
 iure defendat Saalfeld tensauri p. 956, cumque Epicharmus
 quoque fr. 11, ut Siculum nimirum, *πόλτον* commemoret, nihil
 opinor obstat, quin Italico fonte oriundum per Siciliam cen-
 seamus ad Lacedaemonios migrauisse uocabulum. Reuiviscit
 deinde apud posterioris aetatis medicos latiusque patet in infima

1) *βατάνη*. Matro parodus apud Ath. IV p. 136 d.

Graecitate (Du Cange u. *πολτάρια*). Inde est in explicatione glossae *γαλαξία* . . . ἔστι δὲ πόλις κριθίνος ἐν γάλακτι.

**καταπεπολτωμένα*· *καταπεπινακωμένα* (sic Mus.), glossa est sacra, quae ad Ios. c. IX, 11 relegatur, ubi tamen nunc recepta est lectio: τὰ σανθάλια αὐτῶν παλαιὰ καὶ καταπεπελματωμένα.

Πόρτακος· ὄμιος.

Cum a *πόρταξ*, *πορτάκιον* (ἄρρην βοῖς. δάμαλις. μόσχος) glossam secludat significatio, haud male Schmidt (comparatis formis *φύλαξ* et *φύλακος*) uerum hic tamquam geronem intellegi uult (cf. *βάσταξ*· *τράχηλος* Boeot.) Siculamque uel Tarentinam glossam agnoscit, quae alludat ad Lat. *portare*. Quod si uerum uidit, a comicis glossam non abiudicaueris.

Ῥογοί· ὄρια σιτικά (ὄροι σιτικοὶ cod., *σιροὶ* Mein.), *σιτοβολῶνες*. *rogī*.

Retrahendum fortasse huc est Epicharmi uomen ex glossa, quae antecedit: *φογκιῆν*· *δέγκειν*. Ἐπίχαρμος. Nam huius utitur testimonio Pollux IX § 45: (σιτοβόλια) δὲ ῥογοὺς Σικελιώται ὠνόμαζον, καὶ ἔστι τοῦνομα ἐν Ἐπιχάρμου Βουσιριδί. Ad dendum est ex tabb. Heracl. I l. 102: ἀπάξονται ἐς τὸν δαμόσιον ῥογόν. Diuersam Latini uocabuli significationem explanare conatur Iordan krit. beitr. p. 84.

Ceterum hic statim addam, ὄρια uocem, quam explicat ipse Hesychius (III p. 215):

*ὄρια· τὰ νεώρια. ἔνιοι ἀποθήκας. καὶ Ῥωμαῖοι ὄρια καλοῦσιν (horrea),

ut bene Graecam nec Latinam addi debere lexicis. Discernitur distincte Latina forma *ὄρεα*, pro qua alicubi in glossariis inuenitur *ὄρρειον* uel *ὄρειον*. Descendit autem ὄριον de *For* (ὄράω), i. q. nostrum 'wahren' (cf. *ge-wahr-sam*, *bewahren*) et sunt ὄρια, si ita dicere licet, 'seruacula': si nauium, *νεώρια*, si frumenti, *σιτοβολῶνες* uel *ἀποθήκαι*.

Σκύτα· τὸν τράχηλον. *Σικελοί*. *scutula*.

Collata gl. *σκύτη*· *κεφαλή* et *τὰν σκύταν* apud Erotianum p. 117 subesse uidetur Hesychianae glossae femininum aliquod, non neutrum.

Sophroni solent tribuere fragmentum ἡ παύσει βάκρω καλίνω σκύταλα (ὅ ἐστι τοὺς τραχήλους) Φρῦξ ἀνήρ, quod laudat Didymus schol. Aristoph. au. u. 1283. Medicis significat uocabulum non scutulam, sed caput. Σκύταν καλεῖ τὴν κεφαλὴν πολλὰκις Ἰπποκράτης Psellus, Tittmann Zon. p. CXVIII. Habemus igitur uocis per se bene Graecae significationem, ut ita dicam, Italicam. Vide Celsum de med. VIII, 1: 'rursus a ceruice duo lata ossa utrimque ad scapulas tendunt: nostri scutula operta, ὠμοπλάτας Graeci nominant'. Vide praeterea Bergkium ad Archil. fr. 122.

1. Τετραῖντα· τετράγωνόν τι σχῆμα (cf. τετραντίας). δηλοῖ δὲ καὶ τοὺς τέσσαρας χαλκοῦς.

Adiungo statim:

2. τριᾶντος πόρνη· λαμβάνουσα τριᾶντα, ὅ ἐστι λεπτὰ εἴκοσι.

Inest in utraque glossa Lat. *as*, quem nouerunt etiam Osci, quorum est *dias(i)is* (Meyer et Schuchardt in Groeberi zeitschr. VI p. 611).

τετραῖς ($\frac{1}{12}$ λίτρας) trienti ($\frac{1}{3}$ librae) aequatur, τριᾶς ($\frac{3}{12}$ λίτρας) quadrantī ($\frac{1}{4}$ librae, i. q. teruncius). Cf. Hulschii metrol. p. 290¹⁾.

In gl. 2 εἴκοσι paulo neglegentius positum esse pro numero XXI iure censet Boeckh, metrol. untersuchungen p. 293.

Comicis glossis adiunxi ob Epicharmi fr. 6, ubi legitur ἐξᾶς (*sextans*). Adde Hesych. ἐξᾶς· εἶδος . . .²⁾ παρὰ Συρακουσίους. Idem quod alio loco praebet: τριόγδον· μέτρον τι παρὰ Ταραντινοῖς, corruptum censeo. Latet τριόγκιον (*teruncium*). Cf. πεντόγκιον Epich. fr. 5. 6 (Ahrens II p. 392).

Postremo appendicis loco apponam quaedam prorsus dubia atque incerta:

Μοιτοὶ ἄντιμοι· παροιμία Σικελοῖς. ἡ γὰρ χάρις μοι τὸν οἰνόχαριν.

1) τριᾶντος πόρνη inde est 'quadrantaria', Clodiae illud notum epitheton, sumptum a Caelio ex comico ut uidetur sermone. cf. diobolaria.

2) εἶδος νομίσματος.

Varro l. l. V § 179: 'si datum quod reddatur, *mutuum*, quod Siculi *μοῖτον*: itaque scribit Sophro: *μοῖτον* †*ἀνθύμω*. (Pro θ [th] est χ [ch] in Gb.)

Et Hesychius et Varro corruptelam passi sunt, quam emendare saepe temptauerunt uiri docti. Vide Muellerum ad Varronis locum, eundem, 'Etrusker' I² p. 4, Abrentem ad Sophr. fr. 104. Ineptit Saalfeld 'Italograeca' p. 13. — Iam quidni alteram glossae partem sic intellegamus: *παροιμία Σικελοῖς*·

ἢ γὰρ χάρις μοι τῶν μοιτῶν χάριν,

ita fere interpretandum: Gratus mihi auimus est rerum mutuarum causa uel gratia, i. e. gratus sum gratitudinis mutuae gratia, quam exspecto. Videtur autem dictum Sophronis fuisse, quod abiit in prouerbium: quare metricam rationem accuratius perpendere noli (uide Muelleri Dor. II p. 361). Ipsam uero glossam, qua explicari puto illud prouerbium, coniuncta Hesychii et Varronis auctoritate legendam ceuseo ita fere: *μοιτῶν ἀνθύμω* (*ουρογυμένων*). Omnino Varro uereor ne nihil scripserit nisi: '*mutuum*, quod Siculi *μοῖτον*, itaque scribit Sophro'. Quod sequitur, doctum iuterpretamentum puto ex eodem fonte sumptum, unde manauerunt Hesychiana.

Quod denique glossam: *τελλίην ὁ δεινα. Ταραντινοί* explicare conati sunt in comparationem uocato Lat. *talis*, significauisse satis habeo. Res enim prorsus incerta uidetur.

B) Glossae ethnicae, historicae et quae his sunt affines.

1. Tuscae.

Ἄγαλήτορα παῖδα. Τυρρηνοί

Deecke (Muelleri Etr. II² p. 511) Tuscum comparat *etera* (seruus), nullo probabilitatis indicio. Verum, ni fallor, sensit Schmidt, quem ego ita sequor, ut lemma glossae intercidisse existimem scribendumque esse:

..... *ἀγαλομήτορα παῖδα. Τυρρηνοί*. Nota est summa gentiliciae auctoritatis apud Etruscos religio. Item est notum in nomium indicibus eos secutos esse potius τὸ μητρωνυμικόν quam τὸ πατρωνυμικόν (Mueller I² p. 375 sq.).

Ἄισοι θεοὶ ἐπὶ Τυρρηνῶν.

ais-, *aisu-* themata ab Italicis frequenti usu adhibentur. Vide supra p. 278 (Buecheler lex. It. IV). *Aisos pacris*, 'dis propitiis', Marrucini. *Esune*, 'diuinae', Umbri. *Es-ar-is-trom*, 'rem diuinam', Volsci. Cf. Zvetaieff inscr. It. med. p. 72.

Ἄνδας· βορέας ὑπὸ Τυρρηγῶν,

quod composita glossa *ἄνται· ἄνεμοι* uidetur esse pro *ἄντας* (de litterae dentalis post nasalem inconstantia diximus p. 272). Hoc rursus est *ἄντας*, ita ut comparare liceat Lat. *uentus*, Sanscr. *uātas* (Curtius⁵ p. 387). Confirmari autem uideo originem meam glossa:

ἄνταρ· ἀετός ὑπὸ Τυρρηγῶν ¹⁾, quae suppeditat facillimam hanc analogiam:

Tusc. *ἄνταρ* (ἀετός) : *ἄντας* uel *ἄνδας* (βορέας) = Lat. *aquila* : *aquilo*.

Ἄρακος· ἰέραξ. Τυρρηγοί.

Arpono glossam, quam hunc in modum distinguo: *βάραξ· ἰέραξ. παρὰ Λίβυσι καὶ φύραμα στρογγύλον, ἀφ' οὗ αἱ μᾶζαι γίνονται, καὶ ἕριων τολύπη*. Unde et *ἄρακος* et *βάραξ* (cf. *φύλακος*, *φύλαξ*, supra p. 316) sunt pro *Ἰέραξ*. Subesse autem puto rad. *uar*, unde est etiam *uar-t*, Lat. *uertere*. Cf. Sanscr. *uara* (circuitus). Animaduerte praeterea in Libyca eiusdem uocabuli significatione uerba *στρογγύλον* et *τολύπη* ab Hesychio usurpata. Appellatus igitur accipiter ab Etruscis *Ἰέραξ* uel *Ἰέρακος*, quia tamquam uertigine quodam solet euolare.

Ἄριμος· πιδθηκος

cum editore doctissimo pro uocabulo Tusco uendere uehementer dubito. Cum enim Homerus B 783 dixisset: *εἰν Ἄριμοις, ὅθι φασὶ Τυφώος ἔμμεναι εὐνάς*, fabulosae huic genti domicilium aliquod quaerentibus in mentem uenit Pindari Pyth. I u. 32:

νῦν γε μάν

καὶ θ' ὑπὲρ Κύμας ἀλιερχέες ὄχθαι

Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει στέρνα etc.

1) Quod additum est: *Εὐφορίων δὲ διάσμα*, nihil ad Tuscum uocabulum. Cf. *ἀντήριος· στήμων*. Similis est glossae *δία* ratio, qua de diximus p. 278.

Iam ad Campaniae litora sitae sunt Pithecusae insulae. Statim huc migraverunt ex Cilicia Arimi. Strab. XIII p. 626: οἱ δ' ἐν Πιθηκούσαις (sc. πλάττουσι τὸν μῦθον τοῦτον), οἱ καὶ τοὺς πιθήκους φασὶ παρὰ Τυρρηνοῖς ἀρίμους καλεῖσθαι. Ude uides me non sine causa suspicionem mouisse.

Ἀταισόν· ἀναδενδράς. Τυρρηνοί corruptum uidetur. Cum autem Musurus in codice non uominatum ἀναδενδράς, sed alium casum legerit, coniciam:

..... ατα , ἴσον ἀναδενδράδι. Τυρρηνοί.

Ἀνκήλωσ· ἔως, ἐπὶ Τυρρηνῶν.

Placeret admodum ἀσσήλωσ (cf. *Aurelius*). Sed nescio, an obstant nomina *Aucilius*, *Ocellus*, Osc. *Aukil*.

Βυρρός· κάνθαρος. Τυρρηνοί.

Num iure Lobeck rhem. p. 286 Latium attulerit *fullo*, nescio. Plinio (nat. hist. XXX c. 11, 100) est 'cantharus, albis guttis. In magica utebantur eo'. Si rectum est Lobeckii iudicium, sacrae Etruscorum disciplinae ne Graecis quidem notitia defuisse uidetur.

1. Δέα· θεὰ ἐπὶ Τυρρηνῶν [καὶ δειματα, φόβοι cf. τὸ δέος!].

2. δέος· [φόβος ἦ] θεός.

Cf. p. 278, ubi statuimus uetustissimis temporibus Tuscum Graecis fere idem ualuisse atque Italicum. Iam cum Boissonade ad Gregor. Corinth. de dial. Aeol. § XLI Schaef. ex hortis Adonidis apposuisset: ἦ καὶ ὃ εἰς ἄλληλα τροπήν Αἰολέων εἶναι φασί: fuerunt, qui δέος, δέα barytounam Aeolum formam iudicarent. Sed quid de futtili illo praecepto statuendum sit, docuit Ahrens I p. 44. Macedonibus autem cum Schmidtio uocabulum δέος tribuere nos uetat, quod seiungi nequit, feminiuum δέα disertis uerbis Etruscis attributum.

Δροῦνα· ἡ ἀρχὴ ἐπὶ Τυρρηνῶν.

Subesse puto Graecum θρόνος, aduenticiuum Etruscis uocabulum.

Κάπρα· αἶξ. Τυρρηνοί. Cf. *capra*.

Noli in eundem censum uocare glossam atque eam, quam legimus u. δέα. Occurrit enim nomen proprium *Caprius* in titulo

1) Hesychius u. δέσαι. δέος γὰρ ὁ φόβος.

Perusino, Fabr. CI It. no. 1962: 'larthi . . . a capras', 'Lartia . . . ia, Caprii (uxor)'. Adde: *Caprasia, Caprea* ¹⁾.

2. Reliquae huius generis glossae.

Ἀκυλεῖς· ἀετός. aquila.

Latinum *aquila* subesse quamquam apertum est, tamen non deest difficultas quaedam. Syllaba enim *quī* imperatorum demum aetate per *κν* scribunt Graeci (*quī* per *κνι*, uide Sickingerum l. l. p. 16), cum antea in usu fuerit *κοι* uel *κονι*. Sic ἀκύλας dixisse Graecos distiucte docent Priscianus (Gr. L. II p. 413, 7) et Eustathius ad Dion. Per. n. 378: Ἀκυλλα . . . παρονομαζομένη ἀπὸ ἀετοῦ, ὃς ἀκύλας πρὸς τῶν ἐκεῖ ἐλέγτο. Attamen ad uetustissima ethnica ut referrem glossam Hesychii, illud *κν* pro *κοῖ* recentius mutatum statuens, mouit me terminatio *-εῖς*, quam ad explicandam liceat paulo longius excurrere.

Nota sunt nomina auium, quae sunt iu *-ās*, ut *πελεκᾶς*, *ἄτταγᾶς*, de quibus consulendus est Lobeck, Wolfii litt. auall. III p. 58 sq. In his *ās* est pro *ēās* more Dorico (schol. Aristoph. au. 583). Iam tibi reuoca iu memoriam, quae de Iouicis Siciliae colouis supra p. 307 diximus. Ibi pro Dorico ἀκυλάς (= ἀκυλέας), quod licet ponere, dicendum erat ἀκυλέης, prorsus eadem ratione qua diceudum erat Dor. βορράς, Ion. βορέης. Itaque paroxytonon Hesychio restituas.

Originem glossae facile explicat stirpis uocabuli per totam Italiam frequentia: *aquila*, *aquilo*, *Aquilus*, *Aquilonia*, Osc. *Akudunniad*, Umb. *Akeduniam* etc.

Quamquam non repugnem, si quis malit posterioris demum aetatis glossam ethnicam statuere, qua exponatur eodem fere modo atque ab Eustathio urbis Aquileiae nomeu, cuius incolae sunt Ἀκυλεῖσιοι nel Ἀκυλεῖσιοι ²⁾. Quod si sequimur, turbatae et truncatae glossae reliquias tantum habemus:

..... Ἀκυλεῖσ(ιος) ἀετός

1) De γάπος (ἄχημα) et γνίς uel γινίς (γέρας) prorsus mihi non liquet. δάμνος (ἵππος) nescio an recte exponat Schmidt, cum contrarium id dictum uult atque illud πῶλος ἀδμής.

2) Temptauit iniuria hanc formam Mueller geogr. min. II p. 286 not. Redit enim ad rariorem Lat. *Aquileiensis* (Liu. XXXIX c. 45).

Ἀρβίννη· κρέας. Σικελοί. aruina.

Nihil fortasse aliud latet in gl. βρίννια· τὰ ἄρνεια κρέα, unde simul emendaueris glossas Philoxeni, quibus aruina explicatur στέαρ et λίπος ἄνευ σαρκός. Debet esse λίπος ἀρνείου σαρκός.

Ipsum tamen Siculum uocabulum paulo alia ratione erit iudicandum. Videtur enim imitari deminutiuam formam Latinam, quam seruauit Festus p. 20 'arbilla, aruina, i. e. pinguedo corporis'. Nescio igitur, an medicorum aliquam technicam quae dicitur uocem teneamus, quorum dicendi genus identidem uidimus (cf. p. 315) a Siculorum sermone non alienum fuisse. Cuius rei causam inde repetimus, quod, cum Graecorum medicorum tamquam prouincia esset Latinorum ualetudo, uicinos Italiotas praecipue illi arti operam dedisse uerisimile est. Ceterum de Hesychiana glossa confirmat mihi sententiam Suetonius de uitis corp. p. 272 Reiff.

Legitur apud Hesychium *ἄρη· ἄνεμον, δρέπανον. ἡ ὀρνέου γένος κατὰ Λατίνους. Illud κατὰ Λατίνους non suo loco comparere nemo erit, qui neget. Itaque in epecdosi relegauit Schmidt ad ἀρεπᾶναι· μάνδραι βοσκημάτων, apposito tamen [κατὰ Ταραντίνους?].

Et Italicum quidem uocabulum eleganti acumine sensit uir doctissimus. Cui autem non in mentem uenit nomen *Arpi*, *Arpinum*. *Arpi* habet ethnicum *Arpani* (Plin. nat. hist. II c. 98, 2. Cf. ΑΡΠΑΝΩΝ, legenda nummi apud Fabr. CI It. gloss. p. 175). Fuisse *Arpi* primum Ἄργος Ἑπτιον, deinde Ἀργυρίπια, post Ἄρποι nemo Straboni (VI p. 283) credit. Obstat enim uel alterum illud nomen *Arpinum*, gens *Arpineia*. Iam Lat. *arcus*, ubi de Iride dicebant, erat *arquus* (Nonius p. 425). Festus p. 20 nouit *arquites*. Nonne huic Lat. *qu* in dialectis respondere potest *p*? Cf. *equus*, *Epona*¹⁾. *aripa* in uase Volcenti (Fabr. CI It. no. 2188) num huc spectet, nescio. Nomen igitur duxerunt *Arpi*, *Arpinum* de fluminum, quorum in ripa sita sunt oppida, quodammodo arcu, i. e. circuitu. Idem accidit in oppido Thessalico Γοννόι, Aetolico Ὠλενος.

1) Cf. Lat. *hircus*, Sab. *fircus*, Osc. *hirpus*, unde sunt *Hirpi*, *Hirpini*.

Arpīnum cum Diod. Sic. XX c. 90, 4 dicat Ἄρπιναν, uidentur fuisse aliquod uocabulum *arpīna, unde Italiotae ἀρπάνη eadem ratione sibi formauerunt, quae intercedit inter bucīna et βυκάνη. Quapropter iu Hesychio legerim ἀρπάναι paroxytous. Sunt uero ἀρπάναι μάνδραι βοσκημάτων i. e. saepia, quibus tamquam circumuallantur greges. Asperum spiritum commisit ni fallor ἄρπη.

Illud denique κατὰ Λατίνους, quod littera *p* pro *qu* uel *c* posita uou admittit, ita expediamus, ut ad incertam illam uetustioris aetatis rerum Italicarum uotitiam id redire censeamus.

Βούβελα· κρέα βόεια. bubula.

Vocem uetustioris Latinitatis (Plaut. Aul. II, 8, 3) et medicorum (Cels. II c. 24) propriam (eo uimirum sensu, quem Hesychius indicat) hic statim attuli, quia eiusdem fere notae glossa uidetur atque ἀρβίννη. Cf. p. 322. Mediae uel infimae aetatis certe non est: ueque enim Meursius nec Du Cange eam agnoscit.

-ελα pro Lat. -ula est ut in πίελα (*picula*) cf. Σικελός (*Siculus*).

Βρένδον· Ἐλαφον.

De Seleuco huius glossae auctore diximus p. 297. Cf. Fest. p. 33: Brenda (Brundisium). Mommseu, uerit. dial. p. 46.

Γαῖσος· ἐμβόλιον ὀλοσίδηρον¹⁾ καὶ ὄνομα ποταμοῦ²⁾.

οἱ δὲ μισθόν, ἧ ὄπλον ἀμυντήριον. gaesum.

Docta et proluxa est hoc de uocabulo commentatio apud Hodium de textu orig. LXX lib. II p. 178 sq. occurrit enim uocabulum et Italicis et Graecis aduecticiū Iudith c. 9, 7 et Iosua c. VIII, 18, ad quem locum incerti auctoris scholion iu editione hexaplorum Montefalcouiana legitur, idcirco utilissimum, quia nomine Diogeniani apposito glossam auctor affert.

Ipsis Graecis uisa est per Italiam Gallici gaesi notitia ad ipsos uenisse: γαῖσον, τὸ ὄπλον, δοκοῦν εἶναι Ἰταλικόν, Bekker auecd. I p. 88, 2.

Iam illud οἱ δὲ μισθόν quid sibi uult? Etym. M. p. 223, 26: Ἰταλιῶται δὲ καὶ Ταραντῖνοι γαῖον τὸν μισθὸν λέγουσι. Eodem

1) Spectat ad rostrum nauale cf. Etym. M. p. 223, 26. Hesych. u. ῥῶστρον. 2) Γαῖσων, M. Schmidt in epecdosi.

sensu γαίος legitur Bekk. anecd. I p. 229, 17. Γαϊάτης· γεωργός comparat M. Schmidt. Ego tamen nullus dubito, quin corruptum antiquitus γαῖον in lexicis circumferatur. Nihil enim est nisi γαῖσον. Quod praeter glossam Hesychianam confirmat mihi grauissimus auctor Polybius II c. 22: διεπέμποντο πρὸς τοὺς κατὰ τὰς Ἰλλεῖς καὶ περὶ τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν κατοικοῦντας Γαλάτας, προσαγορευομένους δὲ διὰ τὸ μισθοῦ στρατεύειν Γαισάτους. ἢ γὰρ λέξις αὕτη τοῦτο σημαίνει κυρίως.

Itaque ad Polybium glossa spectare uidetur. Nihilo tamen minus hic eam apposui. Nam Etymologum si audis, Italiotis, non Romanis Graeci debuerunt uocem γαῖσος, unde explicaueris fortasse generis diuersitatem: γαῖσος: *gaesum*.

Ceterum non inscitum est, quod Etymologus addit, ἃ οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι ὑσσούς. Felicissime enim hoc uocabulum ad Lat. *hasta*, Umbr. *hostatu* relegauit nuper Buecheler Rh. M. XXXIX p. 424. Quam autem requirit comparatis *pessulum* et *pestulum*¹⁾ formam ὑστός, hanc suppeditat Fauorinus, qui paulo diuerse ab Etym. M. exhibet: ἃ οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν ὑστῖός (καλοῦσι νύστους, ed. Rom. 1523). Ex Hesychianis huc referam ὑστιακός· ποιήριον ποιόν. Ἰταλιῶται (Rhintho, Ath. XI p. 500 f). Erat longae fortasse formae poculum. Nam quod Baunack, studia Nicolaitana p. 18, ὑστι-ακός (= ὑστι-ακός) de *ὑστειν (tamquam ἑδρεύειν) et ακφο (tamquam *aqua*) formatum uult uocabulum, haud facile quisquam probabit.

*Γέλανδρον· ψυχρόν.

Huic glossae, cui Lat. *gelidum* solent adiungere, ego me spero tandem medicum exstitisse. Proficiscor inde, quod ordo suadet *ι, γέλινδρον*, uel sic corruptum. Iam audi de Gela, Siciliae urbe, a Rhodiis et Cretensibus condita, Thucydidem (VI c. 4, 3): καὶ τῇ μὲν πόλει ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ τοῦνομα ἐγένετο, τὸ δὲ χωρίον, οἷ νῦν ἢ πόλις ἐστὶ καὶ ὁ πρῶτον ἐτερχίσθη, Ἀἰνδιοὶ καλεῖται. Adde Steph. Byz. (u. *Γέλα*): γέλα πάχη (gelu) λέγεται τῇ Ὀπικῶν φωνῇ καὶ Σικελῶν (cf. Herodian. I p. 253, 25). Scripsit igitur Hesychius procul dubio:

1) Quibus addi potest ἀγεσσα (*agesta*), Suidas.

γέλα· Αἰνῶιοι, ψυχρόν,

unde lucramur speciosissimam glossam ethnicam, nisi paradoxographicam mauis. De Callimacho (fr. 361) et Artemone cogitare licet comparato schol. Pind. Ol. II u. 16.

1. Γραικός· Ἕλληγ,

2. Γραικιστί· Ἑλληριστί.

Addo statim:

3. Γραικός· Ἕλληγ. Ῥωμαῖοι δὲ τὸ γ̄ προσθέντες Γραικόν φασι.

De ipso nomine uide uirorum doctorum iudicia in Saalfeldii tensauro p. 507. Iapyges quosdam cum ipsis cognatos, in Epiro tamen relictos uocasse Graecos uel Graios, tamquam 'ueteres' (cf. γραιῦς), probabilis est sententia Nisseui 'Ital. landeskunde' I p. 543 not. 5. Γραικός enim a Γραικός prorsus seiungamus. Eustath. ad *M* 20: ἡ μὲν συνήθεια καὶ Σοφοκλῆς δὲ πον (fr. 445. 993 D.) κατὰ τοὺς παλαιοὺς καὶ ὁ Ἀνρόφρων (u. 532) διὰ τοῦ ἐν ἀρχῇ γ̄ προσφέρουσιν ἐπὶ Ἑλλήνων, οἱ βάρβαροι δὲ Γραικοὺς φασὶ δίχα τοῦ γ̄, ὡς ἐν παλαιῷ εἴρηται λεξικῷ ῥητορικῷ. Cf. Sturzium de dial. Maced. p. 8 not. 3¹).

Glossam autem alteram, quae est Γραικιστί, ualde suspicor, au ut prorsus nouiciam uou dico ex Diogenianeis, sed uel ex Hesychianis expellere debeamus. Vide enim, quae Du Cange habet u. Γραικός. Cum antea Graeci Romaeos appellari uoluissent, tamen 'postquam Romani (seu occidentales) Graecorum gentis dominationem et fastum auersari coepere, seu etiam, quod Romanos sese appellari uelle Graecos indignarentur, uel etiam ut ab iis discernerentur, Graecorum nomen sensim inductum a Latinis'. Tum igitur Γραικιστί (Graece) prorsus ex usu communi erat, in uetustis glossis ethnicis locum uou habet.

Ceterum et hic transiit usus. De Constantinopoli capta legimus apud Villoisonem aueed. II p. 249:

ἡ βασιλις τῶν πόλεων πῶς Ἰταλοῖς ἐάλω
καὶ τοῖς Ῥωμαίοις πῶς ἀπεδόθη πάλιν.

1) Vel Epicharmo Γραικός· Ῥωμαῖοι uindicat Zonaras p. 1603, cui accinit Fauorinus, idemque addas uerbis Etym. M. p. 701, 13 ex codice Laurentiano Milleri (mél. p. 260).

Aequè fluctuat usus in nomine Latino. Feruntur in nomicis lexicis tituli: *Λατινικαὶ λέξεις, αἱ ἐν τοῖς νόμοις κείμεναι* 'Ιταλικάι λέξεις, αἱ καταγραφείσαι λέξεις' *Ῥωμαϊκάι ἐν τοῖς νόμοις* etc. (Otto, thes. iur. Rom. III p. 1706). Occurrit uel τῆ *Ἀύσοντιδι διαλέκτῳ*, Etym. Gud. p. 83, 3, et uocabatur imperator *Ἀύσονοκράτωρ*. Quapropter etiam glossam *Ἀύσωνίησι*· *Ῥωμαϊκοῖς*, ut infimae aetatis, ab his ethnicis secludam. Vocantur enim inde ab Alexandrina aetate *Ἀύσωνιοι* a Graecis Itali exceptis Romanis, quod docuit Nissen l. l. p. 65 not.

Δάμεια· *ἑορτὴ παρὰ Ταραντινοῖς*.

Osc. '*diuivā*[?] *damuse*[?]', 'Iouiae Damusi', Corssen eph. ep. II p. 160. *Damium* sacrificium aliquod notum est Festo p. 68 aliisque glossatoribus. Buecheleri, osk. bleitafel p. 71 sq. doctissimis hac de glossa uerbis nihil ego habeo, quod addam.

Ἐριέντης· *Ἀφροδίτης ἐπώνυμον*.

Comparauit iam Schmidt Lycophronis, cuius rursus mireris doctrinam Italicam (cf. p. 281) *Ἐρέντη* (u. 832). Deam Oscam et Paelignam *Herentam* huc reuocauit Buecheler, Umbrica p. 58. Nomen est ab *heriom*, uelle. *Herentas* igitur tamquam Voluntas. Venerem autem esse hanc *Herentam*, docet inscr. Osca no. IX, 2 (Enderis), ubi est: '*Herentatei Herukina*' i. e. 'Voluntati (uel Volupiae) Erycinae'.

Ἐριέντης autem pro *Ἐρέντης* dictum commiserunt sane nomina Graeca *Ἐριάνθης*, *Ἐρίβοια*, *Ἐριμίδη*, *Ἐριρύλη* etc.

**Ἰταλός*· *ταῦρος* 1).

Cf. Osc. *viteliū*, Umbr. *vitlu*, Lat. *vitulus*, Mommsen, unterital. dial. p. 260. Curtius 5 p. 208. Hellanicus apud Dion. Hal. I c. 35 (quem ab Antiocho hoc loco discedere ingenue mihi fatendum est) *ἀπὸ τοῦ ταύρου* Italiam dictam censet, *τῆ πατριῶ φωνῆ . . . καλούντων (τῶν Σικελίας ἐπιχωρίων) τὸν δάμαλιν οὔττονλον*. Eandem originationem ut Timaei affert Gell. XI c. 1, 1. Cf. p. 281.

Siculorum *κάγχαλος*· *κρίκος* ὃ ἐπὶ ταῖς θυραῖς si quidem non diuersum est a uocabulo *κάκαλον* (G. Meyer gramm.

1) Nam *Ῥωμαῖος*, additamentum prorsus nouicium, delendum erit (cf. quae modo dixi u. *Γραικός*).

Graec. p. 171), ex eis est, quae magis cum Italicis quam cum Graecis faciunt. Cf. Lat. *cancellus*, Umbr. *çihçeda*.

Eiusdem fere notae est *κόρνος* κεντρομυρσίνη. *Σικελοί* cf. cornus.

De *κορώννα*, *κορωνίς* etc. Vide p. 274 et 298.

Λατίνοι· *Ῥωμαῖοι*.

Nescio, cur non referamus ad Lycophronem, cuius e. g. est u. 1254: ὑπὲρ Λατίνους Δαντίους τ' ὀκισμένην, ubi Scheer *Λακίου Δαντίου τ'*, in scholio tamen est: *Λατίνοι καὶ Δάνιοι ἔθνη Ἰταλίας*. Fluxit fortasse glossa ex Theonis commentario.

Etym. Gud. p. 363, 18: *Λατίνος*. *Ῥωμαία ἢ λέξις*. *λατὺς γὰρ πλατὺς κέκληται* (Anastasius, Etym. M. p. 828, 10). Quam originationem nuper impugnavit Buecheler Umbr. p. 37.

Ad eundem Lycophronem, quem non iniuria *βαρβαρό-γλωσσον* dicit Tzetzes ad u. 276, pertinere puto:

* *Μάμερτος*· *Ἄρης*.

Lycophr. u. 938 (cum nota Bachmanni). 1410. 1417. Cf. Etym. Gud. p. 379, 12: *Μάμερτος ἐν Ἰταλίᾳ ὁ Ἄρης, ὅθεν καὶ οἱ ἐν Σικελίᾳ οἰκίσαντες στρατιῶται Μάμερτιανοὶ ὠνομάσθησαν, οἱ ἴσα ἐργαζόμενοι Ἄρει*.

* *Νάρης*· ἢ *Ἡβη*

a glossa *νάθηξ* seclussit Schmidt in epecdosi. Italicum deae Hebes nomen hic latere suspicatur Buecheler Umbr. p. 58. Cf. Osc. *nerum*, Umbr. *nerf*, Lat. *Nero* etc. Mommsen, unterit. dial. p. 353. *Νηρίνης*, *θεᾶς οὕτω τῇ Σαβίνων γλώσσῃ προσ-αγορευομένης* mentionem facit Lydus de mens. IV § 42. *Ναρι-* uidetur ordine flagitari etiam iu Hesychio. Itaque malim:

Ναρίνα· ἢ *Ἡβη*.

Addit Buecheler *ναρούς* (*φύλακας*), *νηρίται* (*μεγαλοί*), *νίρον* (*μέγα*). Qua tamen in re cautissimo opus est iudicio cum ne Graecis quidem desit stirps *nar* (Curtius⁵ p. 306).

Πάμπανον· ἢ *Δημήτηρ ἐν Ἡρακλείᾳ*.

Siquidem omnino Italicorum Heracleotarum glossa est, conferendum uidetur Lat. *pampinus*, cuius de propria uide Curtium⁵ p. 511.

Πάν[ε]ια κεχορτασμένη (pabulata). Ex Seleuco, cf. p. 297. Ath. III p. 111 c: πάνος ἄρτος. Μεσσήπιοι. καὶ τὴν πλησμονὴν πανίαν, καὶ πάντα τὰ πλεῖστα Βλαΐσος ἐν Μεσοτρίβῃ καὶ Δεινόλοχος ἐν Τηλέφῳ, Πίνθων τε ἐν Ἀμφικρόνῳ. καὶ Ῥωμαῖοι δὲ πάντα τὸν ἄρτον καλοῦσι¹⁾. Cf. Nissen ital. landeskunde I p. 543 not. 5.

Haec omnia artissime inter se cohaerere (Curtius⁵ p. 270) non video cur neget Ahrens II p. 393.

Τερίμη· τάφος.

Cum auctores uocabulo non uti uideantur, tribuendum censeo Italiotis. Alludit enim ad Osc. *teremmiss*, *teremnattens*. Fossa terminari solebant agri, fundi etc. 'Hanc tibi fossam determinauit ipse', inscr. Orelli no. 4794.

*Φαῦνος· Ἰταλικὸς θεός.

Quoniam non suo loco comparet, coniungendam existimo glossam cum ea, quae non longo interuallo sequitur, in hunc modum:

φαῦνος· φαίνων ἐαυτόν (cf. φαίω, πι-φαί-σκω), Ἰταλικὸς θεός. Subest originatio nominis diuersa a Varroniana l. l. VII § 36 'a fando Faunos dictos'.

C) Incerta quaedam aut male intellecta. Varia.

*Ἀβολεῖς· περιβολαὶ ἐπὶ Σικελῶν. abollae.

Quod temptauit Schmidt, cum in epeodosi ipse uideatur reliquisse, omnino missum faciam. Graeca uocis origo patet ex ἄ-βολεῖν, ἄ-βολος (Vaniček et. wb. I p. 213). Inde Siculi ἄ-βολεῖς (cf. ἄμφι-βολεῖς), plur. ἄ-βολεῖς, uestes quae 'coeunt', quae totum corpus quodammodo ambiunt uel includunt. Quapropter in glossa Hesychiana mutatione omnino nulla opus est. Romani uero cum Siculam uestem *abollam* dicerent, deminutivae alicuius uocis speciem subesse uoluerunt. Quod non perspexit Saalfeld, tensauri p. 3. Refragatus autem est uocabulum, uidelicet ut Sicilismum (cf. p. 273), sermo urbanus²⁾.

1) Eodem modo *πανεμ πάντα* dicit Plut. quaest. symp. VIII c. 6, 5.

2) Omnino saepius factum est, ut quaedam ex Italiotis aduenticia uocabula lingua uulgaris uel rustica exciperet, cum aspernaretur elegantiorum hominum sermo. Unde sunt in Romanensium linguis uocabula quae-

Varro in saturis abollam dixit uestem militarem (Non. p. 538), deinde utuntur uerbo Martialis et Iuuenalis. Purpurea abolla est apud Sueton. Calig. c. 35. Horatius uero uitauisse uidetur uocem. Dicit enim ep. I, 17 u. 25: 'contra, quem duplici panno patientia uelat'. Duplex autem pannus nihil est nisi abolla, 'quae duplex est, sicut et chlamys', Seru. ad Aen. V u. 421.

Ex Graecis auctoribus utitur uocabulo solus Ps. Arrianus peripl. maris Erythr. c. 6, et quidem forma ἄβολος. Cum autem ἄβολος teste Hesychio (ἄβολος· νέος, οὐδέπω ἴψας ὀδόντα) uestem non significet nec obstet quidquam, quin a Romanis Graecum uocabulum recuperauisse peripli auctorem statuamus, scribendum erit illo loco ἄβολλαι, ueluti scripsit Mueller geogr. min. I p. 261.

* Ἰορνος· λιμὴν ἢ λίμνη.

De λιμὴν et Schowii et Schmidtii dubitationes exemit Meineke Philol. XII p. 516, ex cuius explicatione simul patet non ante Augusti aetatem glossam esse scriptam¹⁾. Vocabulum ipsum ab origine puto Graecum esse. Subest enim *a* priuatium et ὄρνις. Προσεμύθειον οἱ ἐπιχώριοι καὶ τοὺς ὄρνεις τοὺς ὑπερπετεῖς γινομένους καταπιπτειν εἰς τὸ ὕδωρ φθειρομένους ὑπὸ τῶν ἀναφερομένων ἀέρων, Strabo V p. 244. Cf. Lucr. VI u. 752.

Latini autem pro Ἰορνος eadem ratione *Auernus* dicebant, qua pro ἄορτίρ *auerla*.

Ἀράντισι· ἱρινύσι, Μακεδόνες.

Curtius⁵ p. 344. Macedonicum uocabulum etiam Italiotis Grae-

dam, quae ab origine Graeca in tota Latinitate per litteras nobis tradita frustra quaeruntur. Aedeas e.g. Hesychium: μύσταξ· αἱ ἐπὶ τῶν ἄνω χεῖλει τρίχες (cf. μύττακας). Etym. M. p. 808, 23 (u. χελίγη): ὃν δὲ καὶ μύστακα προσηγόρευον Ῥωμαῖοι. Adde his It. rec. *mustacchi*, Franco-Gall. *moustache*. Similis erit ratio glossae κονπήϊον· καμάρα ἢ ἐπὶ τῶν ἄμαξων γινομένη, quacam componit Lobeck path. proll. p. 242 not. 10 ex Graecis κνηίλη, ex recentibus *coffin*, *coffre*. Potuit autem addere etiam *coupé*, quamquam recentissimum, tamen prorsus consentiens cum Hesychio.

1) Potest autem esse aut tragica (Sophoclis [Bekker anecd. I p. 414, 2], Lycophronis [u. 704 cum paraphrasi]) aut, ut ita dicam, paradoxographica.

cis in usu fuisse docet Oscum *arentik(ai)*, ultrici, quod attulit Buecheler Rh. M. XXXIII p. 6.

Βειρόν· δασύ.

βερρόν· δασύ.

Conferunt iniuria ut horum uocabulorum *πρωτότυπον* Lat. *birrus* et *birrum*, unde, quod concedendum est, recentiores Graeci sibi finxerunt sua: *βίρρον, βήριον, βιρρίον, βιρροφόροι* etc. Esse autem et *βειρόν* et *βερρόν* uocabula mere Graeca docet Macedonicum *βίρροξ* (*δασύ*). Idem fere ualet de *burra* (*βύρριον· λιμάτιον· Ρωμαϊκόν, Suid.*), quae est a *πυρρός* (Loewe prodr. p. 75), quaeque promiscuo fere usu cum birro posthac ita coniungebatur, ut in glossis legamus uel: 'birrus: rufus' (Loewe p. 74), quod pertinet ad *burrus*, et uice uersa in epigrammate aliquo a Salmasio ad script. hist. Aug. p. 515 allato: 'nobilis horribili iungatur purpura burrae', ubi *horribili* est *hirsutae, densae* spectatque proprie ad *birram*, non ad *burram*. — Vaniček et. wb. II p. 566. Saalfeld, tensusus p. 174. 194.

Βράσκη· κράμ(β)η. Ἰταλιώται. brassica.

Brassicam cum a praesecando dictam esse Varroni l. l. V § 104 et Festo p. 31 crederet Mueller, 'Graecos Italiotas eam appellationem ab indigenis populis adoptauisse' censuit (not. ad Festi l. l.), sed perperam: aduenticium Romanis est uocabulum. Qua re nollem Saalfeld in tensuso id omisisset. Proficiscendum puto a radice *vrak, vlak* (Curtius⁵ p. 542), cuius hoc mihi uidetur stemma:

1. *vrak.*

- a) Graeca: *βράκος, βρακίαι* (οἱ τραχεῖς τόποι). — *βρακίνα* (τὰ ἄγρια λάχανα, nimirum ut *τραχέα*, 'kraus', 'struppig'). — **βράξις*, **βραξικός* (cf. *φυσικός*), cuius femininum sibi fecerunt *βρασσική* Italiotae¹⁾. ss = x (cf. *βάννας* = *ἄναξ*, apud Italiotas *κατὰ τύπον Ἰταλικόν* est: Osci *eestint* (*exstant*), *eizak* (*exac*), *meddiss* (*meddix*), Umbri *testru* (*dextra*), Latini *Sestius* (cf. *Sextus*) etc.

1) Itaue in Hesychio scribendum est *βρασσική* (*βρασσική* Arcerius).

- b) Latina: *rac-ēmus* (non = ῥάξ, Sanscr. *drākshā*, ut uoluit Kubn KZ VII p. 66. Solent enim seruare *δρ* in initio uocabulorum Graeci, cf. Corssen, krit. beitr. p. 144). *Racēmus* autem uel significatione huc reuocatur. Dicitur enim proprie de horridulis illis ramalibus, quae sunt intra uuam, unde pendent singula acina. Videntur autem et haec tamquam crispa uel hirsuta. Veluti Graecis *βοσκήχια* et de capillis et de racemis in usu est. *r* in initio pro *vr* positum in lingua Latina nou caret exemplis: *rādix* (*βρίσθα*), *rigare* (*βρέχειν*), alia. Vide Corsseni krit. beitr. p. 505.

rā-mus, *rā-malia*. De quibus non sine dubitatione iudicium fert Curtius⁵ p. 352. Procul tamen dubio aliena sunt *rāmenta* et *rādula*, quae faciunt cum *rādendi* uerbo.

2. *vlak*.

a) Graeci: *εὐλάκα* (**ē-Flāk-a*), uomer.

b) Latini: *lacer* (**vlacer*), *lacinia*, Curtius⁵ p. 542.

Meam rationem si sequeris, iam utramque in utraque lingua radices formam habes.

**B(a)υκανήσεται βοήσεται, βοήσει.*

Mutauerunt *βρυκανήσεται* suppeditante Hesychio *βρυκανήσομαι* (*βοήσομαι*), *βρυχάνα* (*σάλπιγγι καμπύλη*), *βρυχοί* (*ψόφοι*). Cf. *βρυχᾶσθαι*, Delbrück, stud. I, 2 p. 136.

De *bucina*, *bucinare* cogitare nos uetat Hesychii explicatio. Dicam tamen data hac occasione mihi quoque uideri *bucina* (**bouicina*) Graecis, non Romanis aduentitium uocabulum (Saalfeld, tensauri p. 68). Dicebant autem illi *βυκάνᾱ* prorsus eadem ratione, qua *πατάνᾱ* (cf. p. 315), analogiam secuti uerborum suorum *μαχάνᾱ* (*machina*), *τρυτάνᾱ* (*trutina*) etc.

Καμπός· ἵπποδρόμος, Σικελός.

Noli de *campo* cogitare, licet id uocabulum bene nouerint Graeci explicantes eius ope nomen Campaniae (e. g. Eustath. ad Dion. Per. u. 357). Nouit autem Herodotus VII c. 158 genus quoddam Siculorum equitum, quos uocat *ἵπποδρόμους ψιλόους*. Itaque *καμπός* non est locus uel campus, ubi equitant, sed

est ipse eques et quidem 'eques, qui equum gyros uariare cogit' (Lobeck, rhem. p. 48), a *κάμπτειν*. Similiter Latini *fleumines*.

Ὀδερὸς γαστήρ. Comparat *uterus* Guyet.

Lobeck path. p. 410 non sine causa suadet *ὄδερὸς*. Cognatum enim *ὕστρος γαστήρ* (cf. *ὕστρια*) cum sit pro **ὔτ-τρο-ς*, Latinorum autem *uterus* pro **ut-teru-s* uel potius **ud-teru-s*, quod suppeditat Sauscr. *ud-ara-m* (Curtius³ p. 228): aspero facile carebit *ὄδ-ερο-ς*, forma dialecti alicuius propria, cuius *o* uergebat ad *u* (*u*), itaque fortasse Italiotarum, cf. p. 295 not 2.

Πόλυντρος ἄλγιστα

Schmidt cur Aeolicum dicat, causam non uideo: rectius Salmasius (Wannowski l. l. p. 42) Lat. *polenta* contulit. Grauior uero cum sit terminationis immutatio, uetustioribus his adiungere malui glossam quam nouiciis. Quamquam rem incertissimam esse ipse concedo.

§ 2. Latina.

A) Comparatiua ut ita dicam studia grammaticorum Graecorum. Latina aut a Graecis ducuntur aut cum eis comparantur aut eorum opera explicantur. Cf. I § 10.

**Ἰλαξ ἡ πρίνος, ὡς Ῥωμαῖοι καὶ Μακεδόνες*.

Non agnuit glossam Sturz de dial. Mac. p. 41, sed mutandam censuit cum Musuro *Ἰλεξ*. Iam cum Draco Stratonicensis teste Schmidtio dicat: *τὸ Ἰλαξ τὸ ἰ καὶ τὸ ἄ μακρὸν ἔχει*, lucramur aliquod Lat. *ilāx*, quod iuxta se habet *ilex* eadem ratione, quae intercedit inter *mordāx* et *mordex* (Buecheler, Woelffliuii arch. I p. 104.). Corssen II² p. 195. 204.

V. *κεκαρητότα* legitur (Hom. E 698):

ἐκπεπνευκότα. κάπυς γὰρ τὸ πνεῦμα καὶ κῆπος ὁ περιπεπνευμένος καὶ εὐήμερος τόπος. ἔνθεν καὶ καπηλάτος (capillatus), ἀπὸ τοῦ διασειεσθαι αὐτοὺς τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχας ἐπὶ τοῦ πνεύματος. καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ κεφαλὴ ἐπὶ Ῥωμαίων κάπυται κέκληται, ἀπὸ τοῦ ὑψηλοτέραν εἶναι τοῦ ἄλλου σώματος αὐτὴν (καί?) πεπνεῖσθαι.

Cf. *κάπυται(ς) κεφαλῇ. Ῥωμαῖοι*.

Haec etiam si prorsus insulsa Meinekio (Philol. XIII p. 559) iure sunt uisa, tamen ex eis, quas supra p. 299 uel optimorum auctorum in hoc genere nugae non sine consilio apposui, apparet in expellendis huius notae ariolationibus cautissimo opus esse iudicio. Accedit, quod *κάποιου* iam bonis temporibus in Graecorum notitiam peruenit: explicabant enim eius opera Capuae nomen. Strabo V p. 242 (Eustath. ad Dion. Per. u. 357).

In itacismo, qui est in *καπηλάτος* (non *καπήλατος*, uide Buttmani gramm. d. neutestamentlichen sprachgebrauchs p. 6 not. 2), noli offendere. Videtur enim grammaticus *καπηλάτος* intellexisse, quasi esset *καπ-ήλατος*, cf. *ίππ-ήλατος*.

* *Ἀυδοί* οἱτοὶ τὰς θεὰς εὐρεῖν λέγονται, ὅθεν καὶ Ῥωμαῖοι λούδους φασί.

Speciosissimam hanc et quaesitae doctrinae glossam cum Schmidtio textu expellere profecto priuare, non restituere est Diogenianum. Res ipsa satis nota. Liu. VII c. 2. Dion. H. II c. 71. Appian. Libyca c. 66. — Mueller Etr. II² p. 198.

De glossa *ῥρια* τὰ νεώρια. ἔνιοι ἀποθήκας. καὶ Ῥωμαῖοι ῥρεα καλοῦσιν, uide p. 316.

Ῥᾶνα ἄρνα. Ῥωμαῖοι δὲ βάρραχον.

Vocabulum Graecum adde apud Curtium⁵ p. 345, quem audi: 'das doppelte ρ in *πολύ-ρρην* wird wie in *ἐρρήθη-ν* aus *ρη* entstanden und eine alte doppelform *φαρ-ν*, *φρα-ν* anzunehmen sein. Die zweite form ist als *ρήν* bei späteren autoren und in den ableitungen *ρήν-ιξ* — *ἀρναίς* schaaffell, *Ῥήνεια* erhalten'.

Addo quaedam, quae uel omisso Romanorum nomine in eundem censum uocanda esse mihi uidentur:

* *Ἰνουλεοῦς* (-οῦς cod. et edd.) *νεβρός* (*νευρός* cod.).
ἐνικῶς. (*hinnuleus*), *inuleus*.

De ipso Lat. *hinnulus*, *hinnulus* post uirorum doctorum iudicia, quorum conspectum exhibet Saalfeldii tensusaurus p. 556, nihil habeo, quod addam. Cum Hehnio kulturpfl. p. 516 aduentium uocabulum esse Latinis et ipse persuasum habeo. Sed pugandum mihi est contra Schmidtiū, qui Callimacheam glossam statuens scripsit in fine *ἐθνικῶς*. Glossator enim *ἐνι-*

κῶς addidit, nimirum ut indicaret, quod indicare etiam debuit insolentius reddeus Lat. *-us* per-*ous*, non per-*os*, siugularem subesse numerum, non accusatiuum pluralem. Cum autem turbetur hac glossa ordo litterarum, ego additis uerbis (καὶ παρὰ Ῥωμαίοις) ἰουλιεὺς νεβρός ἐνικῶς coniungam cum priore, qua docte et prolixè explicatur Ἰννος (γίννος). Omissis igitur illis, quae modo suppleni, uerbis lacuna exstitit, qua factum est, ut pro additamento euaderet glossa singularis ¹⁾.

1. Ῥεκτός· ἀνδρείος ἦ (del. Salmasius) χιτών

2. ῥεκτῶν· ἀπομακτῶν. ἦ ἱματίων.

Wauowski cum aliis (l. l. p. 279) in gl. 1:

ῥέκτης· ἀνδρείος

ῥεκτός· χιτών.

Neque tamen puto quidquam mutandum esse nisi ῥεκτός. Est uocabulum ῥέκτης i. q. ῥεκτήριος, δραστήριος, cf. Plut. Brut. c. 12: οὐκ ὄντα ῥέκτην οὐδὲ θαρραλέον. Inde est etiam uomen proprium Siculorum Ῥέκτας (cf. ad CIG III no. 5643). Ῥέκτη ἀνδρὶ· τῷ πράκτῃ, Suidas. Hoc igitur ῥέκτης explicauit grammatico in mentem uenit, quod nunc legimus in Festo p. 277: 'rectae appellantur uestimenta uirilia, quae patres liberis suis conficienda curauit omissis causa. Ita usurpata, quod a stantibus et in altitudinem texuntur' (cf. Salmas. ad script. hist. Aug. p. 400 f). Inde illud ἦ χιτών.

Iam glossam alteram ut expediam, proficiscendum est a glossa ῥόχανον· σκυταλίδα, ἀπομακτήριον (ἀπορακτήριον Schm., παρεκτήριος cod., unde fortasse παραρεκτήριος), ἢ ἀπορηγλιῶσι (Schm., ἀπορηχοῦσι cod.) τὸ μέτρον. Cf. ῥάκτρια· τὰ ῥαβδία, ἐν οἷς τοὺς καρποὺς ἀπαράσσουσιν, et ἐπιρρόχανον· ἀπόμακτρον (ἐπιρρόχανον cod.).

Habemus hic, quod Latini dicebant *hostorium*. Comparet autem in uocabulis Graecis uaria forma (ῥοχ-, ρεκ-, ῥιχ-, ῥακ-²⁾, ῥογ-) thema, quod est in Lat. *regere*, in Graecis ὄρεγ-ω, ὄριγ-

1) Eadem fortasse est ratio glossae γρομφά· ἵς παλαιά, σκρόφα, ὁμοίως καὶ ἡ γρομφίς. *Scrofa* enim et *γρομφάς* ab eadem stirpe ductae uidentur (Curtius² p. 703). Cf. Aristoph. Byz. περὶ ὀνόμ. ἱλικ. fr. III N.

2) Nisi hoc se iungimus, cf. ῥάκη, ῥακίδες.

ρά-ο-μαι, ὀρογόγια, in illo Siculo ῥογός, de quo diximus supra p. 316. Curtius⁵ p. 185.

Potest igitur etiam ῥεκτός, cuius gen. plur. ῥεκτῶν laudat Hesychius in gl. 2, hostorium fuisse. Eadem tamen forma cum esse posset a ῥέκτης, quod modo explicauit, addidit grammaticus utriusque linguae peritus ἡ ἱματίων.

Ῥῶμα (ῥῶμα Schm.)· ῥώμην, ἰσχύν. ὄρημα. ὡς γυνῶμα, γνώμην.

Prorsus mihi certum est hic latere Romae originationem, cuius gratia fictum est illud ῥῶμα. Voluit Latinam nominis formam explicare, qui bene sciret in usu esse Graecis Ῥώμη (cf. Hesych. u. ῥώμη). Cf. Etym. M. p. 705, 48 (auctore Oro, Miller mélanges p. 263). Etiam Faunus glossae addit: ἐπὶ δὲ τῆς πόλεως ἀπὸ Ῥώμου καὶ Ῥωμύλου τοῦ Αἰνείου παιδῶν.

B) Aptus fit transitus hac glossa ad eas, quibus explicantur nomina propria Romana. Nam cum inde a Varronis aetate onomatologica studia Romae florere numquam desierint (Loewe prodrom. p. 387, gloss. nom. p. 143), nihil habet miri, quod Graecos quoque eis operam nauasse¹⁾ in Hesychiano lexico non incerta uestigia indicant.

Ἀβιόλη· σπέρμα λεμερές . . . (σπέρμα τι, Faunus). Latinum nomen *Auiola* sensit Lobeck path. proll. p. 131.

Est autem quaedam herba, quae *auia* dicebatur, tamquam 'groszmütterchen', ut nos in alia planta 'stiefmütterchen'. Columella VI c. 14, 6: 'Celsus quidem tumentis ceruici herbam, quae uocatur auia (*habia* codd.), ut supra dixi, contundi et imponi iubet'. Ipsa uero quae sit auia, libenter Schneidero (script. r. r. II² p. 329) concedam non satis constare. Nec tamen uideo, quid obstet sententiae Facciolati, qua uult auiam esse senecionem, quem 'quia uere canescit', erigerontem uocare Graecos Plinius (nat. hist. XXV c. 13, 106) docet, cuiusque flores *πάπποι* uocabantur secundum Apuleium de herb. c. 75. Nonne omnia bene consentiunt, auia, *πάππος*, senecio, erigeron?

1) Feruntur in glossariis Ἀλιάντωρ: Salinator, Βλεσόπου: Scaurus etc.

Tertium comparationis in promptu est: comparatur marcidus flos cum canescente capite senis. Scripsit Hesychius fortasse: *σπέσμα ἑμπερές ἰριγέροντι* (cf. s. u. *σησαμοειδής*).

Auiola cognomen fuit Aciliorum ¹⁾ (De Vit onom. p. 590 col. b). Maximī autem documentī est cognomen, Herennio quod fuit, Senecio (Tac. Agr. 2).

Unum restat, in quo offendi possit, in Hesychii explicatione positum esse *σπέσμα* pro ipsa herba vel eius flore. Cuius tamen usus unum saltem affert ex glossariis exemplum Stephanus: *σπέσμα φόδου* calta (caltha).

Καيسάραι περικεφαλαίαι (αἰοί?). caesaries. Accuratus Lydus de mens. IV c. 63: *καيسάριεν* = caesariem. Philoxenus: 'caesaries: ἀνθρώπου κόμη'. Explicari eiusmodi glossis Caesaris nomen solitum esse vel infimae aetatis testis est Constantinus Manasses, quem Du Cangius citat:

Ἄλλοι δὲ πάλιν λέγουσιν τῆς κεφαλῆς τὴν κόμην
Ῥωμαίους λέγειν καισάριην. Καίσαρ γοῦν ἑπεκλήθη
Γαῖος ὡς εὐπλόκαμος.

Λιτύρα κυρίνη

Schmidt cum Vossio cogitat de Lat. *litura* mutatque *κίρινη*, quod quid sibi velit, non satis adsequor. Ut dicam, quid sentiam: Hesychio deest glossa *Κυρίνος* (*Quirinus*). Vide enim Lydum de mag. I c. 5: (Romulus) *Κυρίνος προσηγορεύθη, οἶονεὶ κύριος, κὰν εἰ Διογενιανῶ τῶ λεξογράφῳ* (sic) ἄλλως *δοκῆ* (cf. Plut. Rom. c. 29, quem fortasse respiciebat Diogeniana glossa). Itaque uidetur iam pridem uocabulum *Κυρίνος* in lexico obscuratum esse aliqua *litura*, notauisse autem doctus quidam, quod legere sibi uidebatur, ita fere in margine: *λιτύρα* κυρίν[η], quod facta lexicī illa diorthosi tamquam glossa in ipsum textum migravit. Neque enim raro fit, ut ultimi aevi scioli cum Graecis adnotationibus misceant quaedam Latina, qua de re uide Lehrsium, Pindarscholien p. 97.

1) Quorum tamen planta nulla uidetur tamquam insigne fuisse. Vide nummos eorum in Mommseni 'röm. münzwesen' p. 631. Cf. eiusdem 'röm. forschung' I p. 44.

Talia vero adnotata interdum in textum inuadere docet locus Gell. X c. 12, cuius in fine laudatum est fragmentum aliquod Graece scriptum. Addidit aliquis: *μέχρι γὰρ τούτου*, quod omni iure secluserit doctissimus editor.

**Ἰλιος*· *εὐσεβής*. Pius.

Secundi saeculi grammatici, qui Romae docebant, hoc inprimis agnomen bene nouisse nemo negabit. Ludi quoque Piales (*ἀγῶνες πιαί*) in honorem Hadriani ab Antonino Pio instituti *Εὐσέβεια* Graecis erant (ad CIG I no. 1068, III no. 5810).

Σέξστος (*σέξεστος* cod., emend. Meueke, Philol. XII p. 621)· *ὄνομα κύριον*.

De auctore huius glossae Philoxeno iam dixi p. 298. *Σέξτος* legitur Polyb. XXXII, 20, 2, quem locum fortasse respicit glossa. De scriptura *Sexstus* et in libris et in titulis frequenti cf. Loebekii paralip. p. 18 (Corssen I² p. 296).

C) Antiquitates Romanae. Cf. p. 282.

1. *Δικάτωρ*· *ὁ διπλασίαν τὴν ἀρχὴν ἔχων*.

2. *δικτάτωρ*· *ὁ διπλασίαν τὴν ἀρχὴν ἔχων*.

Significat gl. 2 magistratum Romanum plurimisque in lexicis eadem fere forma circumfertur (Wannowski l. l. p. 169). Explicatione autem Hesychiana inductus suasit Heinsius *δικράτωρ*, sed omnia sana sunt. Tenemus enim ueriloquium tamquam *δι-κτάτωρ*, *δι-κίττωρ* de uerbo *κτάσθαι*. Byzantinis quoque tritum hoc fuisse docet glossa nomica Du Cangii, qua Hesychianae glossae adiectum est: *ὅς παρὰ Ῥωμαίοις διούπατος καλεῖται*. Minus uero quadrat explicatio Hesychiana in uocabulo *δικάτωρ*, cuius genuinum interpretamentum uescio an expulerit dictatoris nimia uicinitas. Componebant autem Graeci *δικάτωρ* cum *δίκα*, *δίκη*, ut iam uidit Dindorf in Steph. thes. s. u. Inde etiam explicandum, quod uel infima aetate et notum et passim etiam usitatum est uocabulum. Dion. Hal. V c. 73 (cf. Plut. Marcell. c. 24): *ὄνομα δ' αὐτῆς τίθενται δικτάτορα, εἴτε διὰ τὴν ἐξουσίαν τοῦ κελεύειν, ὅτι θελοὶ, καὶ τάττειν τὰ δίκαιά τε καὶ τὰ καλὰ τοῖς ἄλλοις, ὡς ἂν αὐτῷ δοκῇ. τὰ γὰρ ἐπιτάγματα καὶ τὰς διαγραφὰς τῶν δικαίων τε καὶ*

ἀδίκων ἠδίκα Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, εἴτε, ὡς τινες γράφουσι, διὰ τὴν τότε γενομένην ἀνάρρησιν, ἐπειδὴ οὐ παρὰ δήμῳ τὴν ἀρχὴν ἐφόρμενος κατὰ τοὺς πατέρας ἐθισμοὺς ἔξειν ἔμελλεν, ἀλλ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀποδειχθεὶς ἐνός (consul dictatorem dicit). Sed ad explicandum δικάτωρ haec fere inutilia, nerum sup-
 peditat reuerendae aetatis cippus Spoletanus (Buecheler Rh. M. XXXV p. 627), ubi cum legatur: 'eins piacli moltaique dica-
 tor(ei) exactio est(od)', etiam in ipsa lingua Latina *dicator* fuisse apparet. Bruns, font. iur. Rom.⁴ p. 54: 'dicator est, qui dicat rem sacram, i. e. in uico magistratus uicanus'. Quod non satisfacere rei Buecheler l. l. docuit. Mihi quidem uidetur fuisse apud priscos Latinos uerbum **dicare*, sensu a dicendi uel edicendi uerbo haud dinersum, id quod confirmat Fest. p. 75: '*dicassit*: dixerit', quam glossam ad Lucilium refert Loewe prodr. p. 336. Eadem fere ratione ex Philoxeni '*du-
 cator*: ἀγός' elicias **ducare*, ex participio frequentissimo *elegans* uerbum **elegare*. Dicator igitur magistratus, sane uicanns aliquis, a dicando, dictator a dictando uocatus est.

Παλλία (Salmas. *Παλλία cod.) ἀγών. οἱ δὲ τῷ Πάλει, ἔνιοι δὲ τῷ Πανί.

Wannowski l. l. p. 253. Post ἀγών aliquid excidisse, fortasse Romanorum nomen, indicat, quod statim sequitur: οἱ δέ.

Ath. VIII p. 361 f: ἔτιχε δὲ οὐσα ἑορτὴ τὰ Παρία μὲν πάλαι καλούμενα, νῦν δὲ Ῥωμαῖα, τῇ τῆς πόλεως Τύχη ναοῦ καθιδρυμένον ὑπὸ τοῦ πάντ' ἀρίστου καὶ μουσικωτάτου βασιλέως Ἀδριανοῦ. Vides igitur, quam facile potnerit Diogenianus glossam, ut 'suae aetatis' (cf. p. 300), copiis suis addere.

Πάτρωνες· οἱ πρῶτοι τῶν ἀξιοθέτων τῆς Ῥωμαίων πολιτείας ὑπὸ Ῥωμύλον, ἑκατὸν ὄντες, ὡσερ δευτέρων πατέρων τάξιν ἔχόντων· καὶ ἐκ τούτου οἱ κρινομένοι(ς) βοήθοι παραγινόμενοι.

Omnia clara sunt. Πάτρωνας enim Graeci et patres conscriptos et patronos causarum dicebant. Plut. Rom. c. 13: ὁ μὲν οὖν σενάτος ἀρεκῶς γερονσίαν σημαίνει. πατρικίους δὲ τοὺς βουλευτὰς κληθῆναι λέγουσιν, οἱ μὲν, ὅτι παιδῶν γνησίων πατέρες ἦσαν, οἱ δὲ μᾶλλον ὡς αὐτοὺς ἔχοντας ἑαυτῶν ἀποδείξαι

πατέρας, ὅπερ οὐ πολλοῖς ὑπῆρξε τῶν πρώτων εἰς τὴν πόλιν συρρεόντων. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς πατρωνείας. οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὴν προστασίαν καὶ καλοῦσιν ἄχρι νῦν οὐκ ὀνομαζομένην Πάτρωνά τινα τῶν σὶν Εὐάνδρῳ παραγενομένων . . . ἀφ' αὐτοῦ τῆ πράγματι ταύτην τὴν προσήγορίαν ἀπολιπεῖν. Ipse uero Plutarchus quamquam quartam ipse proponit originationem, hoc tamen apparet, commune aliquid habere Hesychium cum Plutarchi doctrina textuque Diogeniano iniuria expelli glossam. De ipsa forma *πάτρωνες* Sickinger l. l. p. 39 not. 1.

Ῥῶστρον· ἔμβολον.

Rostrum est nanium. In mentem uenit extemplo columna rostrata, cuius mentionem iu Latinorum grammaticorum scriptis certe non uno loco inueniunt Graeci. Adde: τοὺς καλουμένους ἔμβόλους, Polyb. VI c. 53, 1.

Τήβεννος· εἶδος περιβολαίου παρὰ Ῥωμαίοις.

Τύπον Italicum ἐν τῇ τηβεννικῇ ἐστῆτι iam Strabo uidit (III p. 167), post quem uerum uidisse inuenio Pearsonem aduers. Hesych. II p. 824. Accuratius autem hac de glossa eiusque origine Buecheler Rh. M. XXXIX p. 420sq., cuius doctissimis uerbis nihil ego habeo, quod addam.

Vocauerim autem in eundem censum glossas quasdam, quae ex historia Romana Graece conscripta et ipsae uidentur dnetae esse:

Φαλαγγίκα· εἶδος λόγχης,

alienum uocabulum, si quid nideo, a Byzantinis et uel ob hanc causam melioris notae speciem prae se ferens.

Fest. p. 86: '*falarica* genus teli missile, quo utuntur ex *falis* i. e. ex locis exstructis dimicantes'. *Falae* uero ibidem dictae ab altitudine, 'a *falandō*, quod apud Etruscos significat caelum'. Quod apud Hesychium quoque legendum ceuseo, cuius glossam *φάλαι ὄρα, σκόπει* feliciter Mueller ad Festi l. l. emendat ὄρη, σκοπίαί. Et quoniam non *falarica* tantum, sed et ipsa *fala* significat machinam aliquam militarem (cf. Ribbeckium ad Nou. At. u. 12 com.² p. 256), pro eis, quae in Hesychio nunc sunt:

φάλαι ὄρα, σκόπει

*φαλαγγοστορύναι ὄργανα πολεμικά

ego malim: *φάλαι· ὄρη, σκοπιαί. ὄργανα πολεμικά.*

**φραλαγοτορῦναι* (uox comica, cf. Varronis *Cosmologyne*)

Φερεντάριοι· τάγμα στρατιωτικόν.

'Ferentarii uel rorarii', Wannowski l. l. p. 209. Ut Plautium affert uocabulum Varro l. l. VII § 57. Festo (p. 85) sunt 'auxiliares iu bello a ferendo auxilio dicti, uel quia fuudis et lapidibus pugnabant, quae tela feruntur, uou teuentur, ita appellati'. 'Fuuditores' Vegetius quoque (I c. 20) eos dicit, 'in coruibus locatos, uude pugnandi sumebatur exordium'. Idem 'apud ueteres inter pedites' eos fuisse dicit, quocum consentit Byzantiorum de eis silentium.

Φλεξέντης (Buecheler Rh. M. XXXV p. 628, *φλεξεντής* cod.)· *ίππική τάξις παρὰ Ῥωμαίοις.*

'Flexentes' appellati a genere pensilium, quod . . . uocabant . . . *έφιππιον*', Granius Lic. p. 4a, 20. 'Celeres sub Romulo regibusque sunt appellati (equites), deinde *flexutes* (alii: *flexumines*), postea trossuli . . . idque durauit ultra C. Gracchum', Plin. uat. hist. XXXIII c. 2, 9, uude aestimanda est insignis glossae aetas. Nec est nullius momenti, quod eisdem fere temporibus, quibus Romanis equites fuisse flexutes modo didicimus, Siculi uocauerunt eosdem *καμπούς* eodem fere sensu (p. 331).

D) Metrologica, cf. p. 299.

Δηνάριον· [τὸ νόμισμα ἧ] εἶδος ἀργυρίου. denarium. Schmidt iu epecdosi relegauit glossam ad Matth. c. XX, 2: *συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν* etc. Sed huic sententiae non fauet explicatio Hesychiana. Exspectarem simile quiddam glossae Basilicanae: *σαλάρια· δηάρια.*

Melioris igitur notae glossam statuerim nec offendendum puto in genere neutro. Nam etiam *denarium* forma bonis iam temporibus frequentatur. Contra illud τὸ νόμισμα ἧ infimae aetatis additamentum esse ceuseo, qua iam uniuersam pecuniae uim ac potestatem habebat denarius. Cf. Albau. *denári*, Rum. *dinárjü* (Miklosich deukschr. d. Wiener akad. XX p. 21). Ital. rec. *danaro, danaio.*

Λεύγη· μέτρον τι, Γαλάται (γάλακτος cod.). leuga.
Vox Gallica (Franco-Gall. *lieue*) cum Graecis anctoribus ignota uideatur, per Romanos, qui illam uouerunt, iu uotitiam conditorum lexicī peruenit.

Μίλιον· [δένδρον ὅμοιον ἐλάτῃ, ᾧ τοὺς νέους στεφανοῦσι ἐν ταῖς πομπαῖς (cf. s. u. σμίλος)], μέτρον ὁδοῦ σταδίων ζ', οἱ δὲ ζ' ἴσχυοδῶν δ'.

De Eratostheue uide p. 281. *Μιλιᾶσθαι*, miliaris metiri, Polyb. XXXIV, 7.

Est autem *μίλιον* iu uiuersum VIII stadiorum. Uude Strabo VII p. 322 fin.: *λογιζομένῳ ὡς μὲν οἱ πολλοὶ τὸ μίλιον ὀκταστάδιον.* Hesychii autem ζ' non ad Olympicum, sed ad Asiaticum stadium spectat, de quo Plut. C. Gracch. c. 7: *τὸ δὲ μίλιον ὀκτὼ σταδίων ὀλίγον ἀποδεῖ*, accuratius Photius u. *μίλιον*: *ἑπτὰ γὰρ ἤμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον.* Quare nescio an Hesychius scripserit: *οἱ δὲ ζ' καὶ ποδῶν τ'.*

E) Glossae medicae et *ἐξηγήσεις βοτανῶν*, quoad quidem melioris uotae uidentur. Cf. p. 301.

Γεντιανή· ῥίζα τις οὕτω καλουμένη χρήσιμος οὐσα εἰς τὰς ἀντιδόσεις.

Plin. nat. hist. XXV c. 6, 71: 'Gentianam inuenit Gentius rex Illyriorum ubique nascentem, in Illyrico tamen praestantissimam . . . radice uatna est excafactoria'. Subest radix *γεν*, *gen*: deductum tamen hinc thema *genti-* facit cum Lat. *gen(t)is*, iu Graecis sui simile nou habet.

Σάλιξ· ἰτέα, Ῥωμαῖοι. salix.

Φάβα· [μέγας φόβος καὶ] τὸ σύνθηρες ὄσπριον.

Cf. *κύαμος· ὄσπριον [φάβα μεγάλη], ἧ ὁ κληρος etc.* *Τὸ σύνθηρες est: τὸ κατὰ συνθήθειαν λεγόμενον. Τὸ φάβα καὶ αὐτὸ βάρβαρον, εἰ καὶ κλινοῖτο, Herodian. I p. 351, 20. Φάβα ἀπὸ τῆς Ἰταλῶν . . . φωνῆς μετηγμένον εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνῆν, Theognostus, an. Ox. II p. 78, 16.*

Φόρμικα· μύρμηκα. formica. Cf. *ὄρμικας· μύρμηξ.*

Latinam glossam uidit Curtius⁵ p. 338. Morbi nomen formicam esse animaduertit Lobeck paralip. p. 144 not. 38, qui

tamen non debet Musuri malam coniecturam (φόρμιγγα) sequi. In usu est medicis etiam *formicatio* (μυρμηχίασις), *formicare* (μυρμηχίζειν). Formae autem ὄρμικας uereor ne subsit grammatici alicuius nugipolyloquidis futtilis doctrina: 'sane formica dicta est ab eo, quod ore micas ferat' (Seru. ad A. IV u. 402).

F) Addo quaedam, ut mihi uideatur, τῶν ἐπὶ Διογενειανοῦ γεγενημένων, uulgari ab usu non aliena quidem illa, sed quae a Byzantinorum consuetudine paulo distent ideoque melioris notae uidentur esse.

Κάσα, οἰκία, καλύβη, οἴκησις παρὰ Ῥωμαίους. casa.
Καίτρεαι· ὄπλα Ἰβηρικά. οἱ δὲ κυρτίας.

Cf. *κατείρα· ἀσπίς, πέλτη. caetra.

Romanis inde a Varrone in usu est (Non. p. 82, 17), Graecis non item. Itaque ueri est simile spectare glossam ad quendam rerum Romanarum scriptorem. Κατείρα, corruptum, nihil aliud, quam καίτρα. Καίτρεαι profectum est a Lat. *caetrea (cf. capra et caprea).

Πικέλα· πίσσα. Ῥωμαῖοι. picula.

Picula cum inferioris aetatis Latinis sit γλοιὸς παιδικός, explicatio Hesychiana πίσσα ad uetustiore usum recedit. Fortasse iam Italiotae uocabulum more rustico deminutiuē fictum a Bruttis acceperunt, apud quos picis coquendae atque conficiendae tamquam fabricam fuisse Plinius tradit nat. hist. XIV c. 20, 127¹⁾.

*Πόρτα· θύρα πόλεως ἢ αὐλῆς οἴκου. porta.

Παρὰ τὸ τὸν πόρον τηρεῖν addunt Etym. M. p. 683, 59 et Fauorinus.

Πορτικός· στοά. porticus.

Byzantini potius, ut uidetur, πόρτιξ (Du Cange).

Σκάλα· κλίμαξ, ἀνάβασμα. scala.

Pollux I § 93: (nauium) ἀπόβαθρα καὶ διάβαθρα, ἣν σκάλαν καλοῦσιν.

1) -ελα pro Lat. -ula, ut in βούβηλα, cf. p. 323.

Φαμελία· ὁμόδουλοι. familia.

De ε pro ε posita, more in Graecis transcriptionibus nulla aetate nou usitato cf. Wannowski l. l. p. 4, Dittenberger Herm. VI p. 136, Cohn philol. auz. 1885 p. 202 (cf. λέγτιον, linteum, λεγέων, tegio etc.).

Cap. II. Hesychiana.

In omuibus eis glossis, quas supra enarraui, hanc legem me secutum esse uelim te memoria tenere, ut a Diogeuiano nihil abiudicarem, quod aut nou esse aut nou posse esse Diogenianum adhuc nemo demonstrauit. In singulis sane errare potui. Maxime uero uereor, ne iniuriam fecerim, de quo nuuc dicendum est, Hesychio. Huic euim quid tribuendum sit ex Latina lexicī farragine, ille demum accuratius poterit demonstrare, cui Hesychii uitam atque aetatem certioribus fribus licuerit defuire. Ego cum Alexandrium grammaticum (cuius in dictione ne Alexandriae quidem uestigia dialecti desunt, Schmidt quaestt. Hesych. p. CLXXXIX) a Bosporanae originis glossis sacrisque interpretamentis liberaudum esse persuasum habuerim, admodum pauca relictā uideo, quae uiudicari posse Hesychio mihi uidentur. Idem tamen, uti iam dixi, nou negauerim posse etiam ex eis, quae ut Diogeniauea laudant, nonnulla ad Hesychii doctrinam reduudare. Byzantinis autem cum tanta fuerit Romauorum uocabulorum quasi familiaritas, ut ne sentirent quidem aduenticiam eorum naturam, sed prorsus ut Graecis uterentur eis explicarentque eorum opera uel mere Graeca et usu tritissima: Hesychiana doctrina nou indigna esse opinor, quae laudato Romanorum uoimine afferuntur. Quibus adiuuxi, quae Du Cangii copiis in comparationem uocatis ab usu uulgari infimae aetatis paulo remotiora uidentur esse.

Singula tamen distinguere iam supersedeo, sed litterarum sequor ordinem, quantumuis liceuter modo huc modo illuc nos uocantem.

Και λ ὀυρανός. Ῥωμαῖοι. caelum.

Schow in codice scriptum uidit καιλόν. Musuri καιλός doctius uidetur, quam ut uerum esse credam (Ennius ann. u. 474 V).

Λακιναρίδιον 'Ρωμαίοι, *ὑπόδημα*.

Suffixo deminutiuo duplici formatum est. Descendit eum de *lacinia*, quam τὰ ἀμφιβαλλόμενα explicat Choeroboscus, anecd. Par. II p. 236, 12, Cyrillus autem *κράσπεδον*, sicuti Festo quoque p. 117 *lacinia* 'pars uestimenti' est. Neque tamen iure Meursius gloss. Graecobarb. p. 295: 'errat Hesychius, non enim est *ὑπόδημα*'. Nam etiam u. ἀναξυρίδες occurrit in explicatione *ὑπόδημα*, cui uocabulo uim aliquam latiore illa aetate tribuerunt.

Δραχμή τὸ ὄγδοον τῆς οὐγγίας.

Melioris uotae glossis attribuitur loco Galeui comparato, quem affert Boeckh metrol. untersuchungen p. 24: ἡ οὐγγία ἄγει παρὰ μὲν τοῖς Ἀιτικοῖς δραχμὰς ζ', παρὰ δὲ τοῖς Ἰταλικοῖς δραχμὰς ἦ'. Idem docet illam hic intellegi debere drachmam, quae denarii locum obtinuerit fere inde a saeculo secundo. Adiungendae autem sunt glossae: δίδραχμον τὸ τέταρτον τῆς οὐγγίας et κιάθους· σκαμφώλια, ὠάρια σιδηρᾶ, οἷα κιάθος δέχεται ὑγροῦ τινος οὐγγίας δύο, qua in glossa lacunam me statuisse nemo reprehendet. Sunt autem:

48 cyathi = 1 sextarius (Hultsch metrol. p. 91)

20 unciae = 1 sextarius (ibid. p. 88 not. 1)

ergo 48 cyathi = 20 unciae

1 cyathus = $\frac{5}{12}$ unciae, i. e. ca. $\frac{1}{2}$ uncia.

Quae cum ita sint, quod praebet codex: ζζβ', non recte soluit Musurus. Scribendum potius est: κιάθος δέχεται ὑγροῦ τινος οὐγγίας ἡμισυ.

Non subesse hic uetusta Italica (*ὄγκια, τρίογκιον* [cf. supra p. 317], *πεντόγκιον*, cf. Phot.: *ὄγκιαν τὸν σταθμὸν Σώφρων καὶ Ἐπίταρμος*), iudicio sunt litterae *ou* et *γγ*. Vide Ahrens II p. 392. Litterae *κ* praeunte uasali mollitae exemplum infra inuenies uocem *κἀγγέλος* (cancellus). Cf. Umbr. *iveka irenga*, Neograec. *κωμικόν*, sed *τὸ γ γωμικόν* (Foy, lautssystem etc. p. 47).

'Ρίγεια' παλλία βαπτὰ ὑπὸ (ἀπὸ cod.) 'Ρωμαίων. βεβαι-
μένα ἱμάτια. ἔργεις γὰρ οἱ βαφεῖς.

Cf. *τριβώνιον*· παλλιον, περιβόλαιον.

Latinam pallii originem post Corsseui I² p. 527 doctam explicationem neminem puto esse negaturum. Concedam autem, quod scripsi *ὑπό*, si id non placet, glossae iuter Hesychianas locum uón esse. Nam et Byzantinis frequens est *παλλίον* et potuit *ἀπό Ῥωμαίων* addere, qui *ῥήγεα* cum Lat. *regia* componendum duxit.

Σαίκουλουμ· χρόνος [σάκκος]. Ῥωμαῖοι. saeculum. Cyrillus: *αιών*: aeuum, saeculum. Philoxeuus: *saecula: αιῶνας*. De continni alicenis glossarii uestigiis, quae in promptu hoc loco uidentur, uide p. 305.

Σέδασ· καθέδρα. sedes.

Delendum uocabulum, quod etiam Suidas et Photius praebent, ex Graecis Curtii³ p. 241. Latinam originem glossae nidisse inuenio Dobraeum, adu. crit. III p. 51.

In mutata declinatione ne offendas, appono *φίνα* (finis), *νάβα* (nauis), *λάγκη* (lanx) (Wannowski l. l. p. 63).

Σορδισμός· τὸ μὴ καθαρῶς διαλέγεσθαι ἤτοι ἐλληνίζειν.

* *σόρδιδον· ἔνπαρόν*, quod cum pugnet cum ordine, priori glossae statim adiungam: (*ἔστι δὲ*) *σόρδιδον ἔνπαρόν*.

Iudicat glossa quantumuis barbara doctiorem auctorem, qui nonerit grammaticorum Latinorum nsum uocabuli technicum.

Addo incerta quaedam (A) et male iutellecta (B).

A.

*Βερβενία· ξύλα καθηλωμένα, ἐξ ὧν τὰς ληκύθους ἐκρέμων. οἱ δὲ γένος τι Ἀρκαδικὸν τοὺς Βερβετίους. περ-
benaë?*

In genere Arcadico noli offendere. Etiam *τήβεννον* sibi uindicare studuerunt Graeci ficto aliquo heroe Arcadico (Buecheler Rh. M. XXXIX p. 420 sq.). Simile quid uidimus in gl. *πάτρωνες*, cf. p. 339. Maiorem autem difficultatem monet explicatio. Teuendum tamen est uerbenarum potestatem omnino latius patere. *Verbenae* dicuntur uirgulta (*ξύλα*), quae semper uirent, iucundi odoris. Alii uerbenas uirgulta religioni apta, Seru. ad Ecl. VIII u. 65. Sunt igitur *ξύλα, ἐξ ὧν τὰς ληκύθους ἐκρέμων*, uirgulta, quibus opus est ad paranda sacrificia.

Μῶδα· ἄλφιστα σίτου.

Affert Schmidt Lat. *mola*, sed res prorsus dubia.

Πάλμη· γέρον.

'*Palmā, parma*', Soping. et est *parma* post Polyb. VI c. 22, 1 non ignota Graecis. *Parma* autem et *palma* apud Latinos interdum promiscuum usum iniisse satis constat (cf. Tibull. I, 9 u. 82). Cum tamen Thraciae originis *parmam* ipse Hesychius dicat (*πάρμη· Θράκιον ὄπλον, σκεπαστήριον, †κόνδοτρον*¹⁾ *θυρεῶν*), a Romanis aduentitium uocabulum Graecis uenisse in usum non dixerim.

Τορτύρα· τῶν κεραμίων προμήκης πνυθμῆν.

Τοργύρα, quod Schmidt suadet, audacior mutatio uidetur. *Τορτύρα* autem cum Graecis auctoribus ignota sit, componendum erit Latinum *tortura*, inferioris Latinitatis uocabulum. Obscurum *τορτυρόμενον· νιφόμενον* seponere satius duxi, itemque *τορκιμός*, cuius et significatio et per litteram x finitum thema Latini uerbi, quod est *torquere*, familiam aduocare uidetur²⁾.

B.

Ἄβλαροι· ξύλα.

Perperam Schmidt secundum Pearsonem *applare* contulit, pro quo et *apalare* est, 'cochlear, cuius praecipuus usus erat in sumendis ouis teneris et sorbilibus' (Forcell.), quae *apala* dicuntur (*ῥὰ ἀπαλά*). Inde igitur *aplar* iam Pacuuus (Ribbeck, trag.² p. 136). Diuersum autem ab hoc est purum putum Graecum *ἄβλαροι*, cuius uocabuli thema est *uel*, Curtius³ p. 568 (cf. Lat. *ulōrum). Metathesi fit:

Fl + uocalis producta.

**ἔ-Flη-ρο-ν*

**ά-Flη-ρον*

εῦληρον (*Ἴωνες*, Bekker an. I p. 464, 2) *αῦληρον* *ἄβλᾶροι*

ἐλλάροι (Hesychius. Dor.?)

ἄλλᾶρα

(Hesychius)

1) Etiam corruptelae huic Latinum aliquod uocabulum uidetur subesse.

2) * tamen apparet etiam in *τροξιμον* (*τροκ-σιμο-ν*)· τὸ ὀγρισμόρουλλον, plantae nomen apud Tittmannum Zonar. p. CXX.

Ἀβλαρος igitur est τὸ τοῦ δόρατος εἰς τὸν αὐλὸν τῆς ἐπιδορα-
τίδος ἐμπέπτον, ligneum quidem hoc, sed, ut ita dicam, coch-
 leatum, cuique torquendo et uertendo iuducitur ἡ ἐπιδορατίς.
 Vides radicis uel propriam uim ac potestatem.

Βακνίδες· ἐποδημάτων.

Memores glossarum, ueluti *baclae*: ἐποδήματα γυναικεία σκη-
 νικά, mutauerunt *βακλίδες*. Rectius tamen, opinor, Alberti:
βαυκίδες, quo de uocabulo consulendus Hesychius s. u. Possis
 etiam *βασιλίδες*, uide Poll. VII § 85.

Βάσκοι· δεσμαὶ φρυγάνων.

βασκευαί· φασκίδες, ἀγκάλαι, cf. διάφρυσον· φασκίς¹⁾.
 'Fasces' cum sint Plutarcho (Popl. c. 12) φάσκης, cumque ipse
 Hesychius opera uocis φασκίδες (ἀγκάλαι i. e. fasciola, qua
 librorum compages cohibetur) exponat *βασκευαί*, equidem
 numquam crediderim etiam haec, *βάσκοι* et *βασκευαί*, esse
 pro *fasces*, **fascitores*²⁾. Itaque bene Graeca uocabula statuens
 componam *βασκαίνειν*, *fascinare*. Utrumque duco ex radice
b(h)adh (Grassmann KZ XII p. 120), cuius est uertendi uis.
Βασκαίνω autem est pro **βαθσκαίνω*, elisa consona ante σκ,
 ut id fit in **διδαχ-σκω*, **dic-SCO*. Confirmat hoc significatio.
 Dirae enim et defixiones a Graecis uocantur *καταδέσεις*. Cuius
 uocabuli uis propria eadem est, quae elucet ex *βάσκοι*· *δεσμαί*.

Βρινδεῖν· θυμοῦσθαι, ἐρεθίζεῖν.

Comparant *frendere*, quod ego ita tantum sequor, ut *βριν-*
δεῖν non aduenticiū, sed bene Graecum uocabulum statuam.
 Omnino Curtii³ p. 530 comparatio in hunc modum producenda
 erit: Graec. *βρέμειν*, *βρόμιος*, *βροντή*, *βροντήσια*, *βρινδεῖν*, Lat.
fremere, *fremor*, *fremitus*, *frontesia* (Buecheler Rh. M. XXXIX
 p. 408), *frendere* (quo de aliter iudicat Curtius³ p. 203. — Cum
βρινδεῖν cf. Scandinau. *brim* 'brandung').

Παρελίκουλον· ἀπόφασις ἄρχοντα.

1) Scrib. *διαφῦσα* i. e. *διαφῦσα* fasciola, cuius opera tamquam coalescant singuli librorum quaterniones.

2) Mutatae litt. *β* et *φ* ego omnino unum tantum noui exemplum:
βίτ = *fit* (Wannowski l. l. p. 178). Corssen I³ p. 172 not. contra Schuchardtium I p. 183.

Schmidt: *periculum*, sed quid fit explicationi? Ego totam hanc glossam partem alicuius interpretamenti esse censeo, cuius lemma expulsum sit. An: *παρεί[ναι τὸν σφόδρα νέον ἢ σύμ]-βουλον ἀπόφασις [ἦ] ἄρχοντα?* Vide Solonem apud Stob. flor. 117, 6.

**Πτέρνα*· *πτερά*.

Du Cange *πέννα*, penna, flagitante ordine. Sed caue statim Latinum medicum adsciscas. Explicatur potius *πτέρνα* (calx, cf. Phot. u. *πτέρνη*), similiter sane atque in Etym. M. p. 694, 8: *πτέρνα παρὰ τὸ πετῶ πετέρνα καὶ συγκοπῆ πτέρνα* etc.

Πούτριον (**πούριν* cod.)· *σαπρόν* (Meineke Philol. XII p. 553, *σαθρόν* cod.).

Πύθειν est *putrefacio*, inde Aeoles *κατὰ ψίλωσιν* potuerunt dicere *πούτριος* (de *ου* uide Meisternm, dial. I p. 76). Dubitationem tamen mouet nouicium *-ιν* pro *-ιον*. Nec uidentur infimae aetatis Graeci Latinum *putre* ignorasse. Cf. *κουτάνα*.

Cap. III. Interpolata.

§ 1. Glossae integrae.

A) *Medicae et ἐρμηγείαι βοτανῶν*. Cf. p. 301.

Ἄβιν· *ἐλάτην*, οἱ δὲ *πέυκην*.

Ἄβιν uidetur esse pro **abiem*, cuius modi formam quondam fuisse testatur compositum *abie-gnus*. Terminatione tamen (*-ιν* pro *-ειν*) etiam hanc glossam puto nonitatis speciem prae se ferre. Cf. *Κύρι* (*Κύριε*) CIG IV no. 7336. Quamquam uestigia eiusdem mutationis in utraque lingua etiam uetustiora non desunt (Benseler stud. III p. 149sq.).

**Γέντερον*· ἡ *κοιλία*. uenter.

Agnouerunt Ahrens II p. 57, Curtius⁵ p. 600. Alii dubitauerunt, cf. notam Schmidtii.

Γ pro *F* in Hesychiano lexico saepius occurrere notum est. Notum etiam uehementer hac de re uiros doctos inter se dissentire. Ex litteratura autem potius quam ex pronuntiatione illud *γ* tantum non ubique intellegendum esse ne ego quidem negauerim. Attamen sunt pauca, in quibus etiam locutos

esse ueteres illud γ ab omni parte mihi fixum et stabilitum est. Γουάναξ et γουελένα affert disertis uerbis grammaticus Bekkeri, anecd. III p. 1168, licet semidoctus rem turbanerit. Άγουρος (= ἄφωρος) noni ex Dn Cangio. Γούπα (= βούπα) et γαιτζω (= βαντζω) praebebat Mullach p. 136. Ponticos Graecos nō hodie dicere *agutos* pro reliquorum *avtos* (αὐτός) communicant mecum illius regionis indigena. Albanensium *νέ-γouλι* (= Lat. nebula) affert Schnhardt II p. 501. Accedit analogia Romanensium. Lat. *vastare*, It. rec. *guastare*, Franco-Gall. *gâter* (cf. *quanto*, *gant* et Latina etiam *unguere*, *ungere*, Schnhardt II p. 481 sq.). Quae cum ita sint, Hesychiana γέντερ (uenter) et σέργοι (cerui) satis mihi firmata nidentur esse. Cum posteriore nescio an ntile sit comparare Lat. *seruiens*, It. rec. *sergente*.

Ἐμορτεν· ἀπέθανεν, quibus subiungam:

Ἰσήμορτεν· ἀπέθανεν.

Curtius verb. II² p. 11 Graecam esse censet glossam. Cf. μορτός· θνητός, Hesych. Sed quoniam Byzantinis μόρτης (mors) in usu fuit, antiquae formationis laudem dubito num mereat glossa. In actiua forma ἔμορτεν (mortuus est) non offendendum est. Cf. πραιδεύειν *praedari* et contraria ratione ζογεῖσθαι *rogare* (Malalas p. 322, 20, ζογεῦσαι *ibid.* p. 410, 13). Ἰσήμορτεν Curtio est ἰσ-έμορτεν, in quo ἰσ- sit dialectice dictum pro ἔξ. Schmidt audacius κῆμορτεν. Fortasse nihil est nisi ἦμορτεν, quod corruptum in ἔμορτεν restanator lexicī (cf. p. 305) intra ea uocabula posuit, quae incipiunt ab ι. Ubi rursus quod deprauatum euasit ἰσήμορτεν, culpa est earum quae antecedunt glossarum, ἴση, ἰσηγορεῖ etc. usque ad ἴση μοῖρα.

Πίμεντα· φάρμακα (pigmenta).

πιμεντάριος· φαρμακός καὶ μυρψός (pigmentarius). Uocabula Byzantinis tritissima. Quendam ἀπιμέντις ut ἐπὶ τῶν ἀρωμάτων inter dignitates anlenses affert Lydus de mag. III c. 20. Quod addit glossae Fanorinns, βοτανολόγοι, minus puto sensum quam originem glossae explicare.

Elisae autem gntturalis ante *m* litteram exempla non desunt, cf. ἄmidus = *ugmidus (ὑγρός).

B) Nomicae glossae.

Ἄβεις· ἔχεις. habes.

De Latina uoce ἄβεις origine fuerunt, qui dubitarent, ἔχεις statuentes pluralem uocis ἔχεις (anguis). Itaque Schmidt Rh. M. XI p. 622 ἄβεις dialectice dictum pro σῆπεις censet, Philol. XIII p. 218 Macedonicam glossam agnouit (Sturz de dial. Mac. p. 31). Sed obstat in explicatione positum ἔχεις, Hesychio cum sollemne sit ὄφεις¹⁾. Latinam si statuimus glossam, omissa aspiratio nullam offensionem praebet. Nam *abets* iam in inser. Pompeiana occurrit, CIL IV no. 2013, 10. Cf. Schuchardt II p. 351. Ἄβειν, ἄβετ, ἀβιτεύσει nouit Du Cange. Quamquam μεταβῶν· μετασχῶν (Hesych.) num huc faciat, nescio. Placet enim Vossii μεταλαβῶν. Originem autem glossam duxisse puto ex alicuius stipulationis formula. Vide Ottonis thes. iur. Rom. III p. 1710: Ἀκουῖλιανὴ ἐπερωτήσις, οἷον τὸ ὄπερ σοι ἐχρεώστων, ἔχεις λαβῶν;

Ἀμβιτιῶν· ἐπιτηδεύων παρεβάλλειν τινὰ τῆς αὐτοῦ ἐξουσίας.

Musuri ἐφετικόν uerbum ἀμβιτιῶν reiciendum est. Cf. ξυμβασιέοντα Thucyd. VIII c. 56, διαβασείων Cass. Dio XL c. 32, διαβησειώ, Agathias apud Suidam. Contra ἀμβιτεύειν, ἀμβιτιῶν (*ambitio*), ἀμβιτιῶν (tamquam *ambitans*) Byzantinis usitatissima sunt (Wannowski l. l. p. 87). Iam igitur suppeditauimus ex Graecis fontibus illud **ambitare*, quod in uulgari Latinitate frustra quaesivit Groeber explicans Italicum '*andare*', Woelfflinii arch. I p. 238.

Interpretamentum Hesychii cum diuersum sit a similis argumenti scholiis, quibus ἀμβιτος λέγεται ἐπιθυμία τιμῆς, δωροδοκία, περιδρομή, φθορὰ κρίσεως uel etiam φθειρόντων τὰς κόρας (Labbaeus p. 5), certam aliquam actionem uel legem uidetur respicere.

Ἀντικένσωρ· ὁ τοὺς νόμους μεμαθηκώς. antecessor. Quod debemus exspectare, ἀντικήνωρ, habet Lydus de mag. III c. 27. Cum Hesychio facit codex Palatinus anthologiae

1) Cf. u. δισαν, διφατος, εἰλυσπᾶσθαι, ἐλένων, Ἐλειών, ἐλλόπιδας, ἔρωε ποικίλος, κοτυλήδον, ἕδρα etc.

XI, 367, cuius lectio est ἀντικέσσορ(ο). Ἰντερκέσωρ legitur simile uerbum in glossis iuris. Dixeram autem nos debere expectare ἀντικήσωρ non sine causa. Nam ut Byzantini in μίνσος, significantes productam uocalem suo more incerta quadam infixā nasali, seruauerunt Latinum *missum* (= **mit-tum*), ita dicendum eis erat etiam ἀντικήσωρ = *antecessor* (**antecēd-tor*). Sed uides hic, ut saepe alias, liberum nec ad amussim exaequatū loquendi usum. Nec sufficit ad pronuntiationis fluctuationem confugere, quae tum erat inter δ et ε̄ (ε et η). Quid enim, si apud Hesychium praeter κένσος et κήσος legitur etiam κίνσος? In ἀντι- uero pro ἀντε- positio uulgaris illius etymologiae usus cernitur, de quo iam supra diximus. Illa denique incerta nasalis, de qua modo uidimus, ne a Latina quidem lingua uulgari abhorret. Cf. *quiescit*, de Rossi no. 451 (= *quiescit*) a. 397 p. Chr.

Antecessor principio militaris erat uox et quidem inde ab argentea aetate. Est, qui praemittitur agmini, speculator, quem antecursorem dicit Caesar b. c. I c. 16. Cf. Sueton. Vit. c. 17. Mansisse hunc usum docet a Du Cangio laudatus Leo tact. 4 c. 23. Inde antecessor fit etiam uel iurisprudentiae uel sacrae doctrinae tamquam προηγούμενος. Sollemne autem est et uel cognominis instar uocabulum iuris consultis, ueluti Theophilo, auctori Graecae periphraesis institutionum. Iulianus antecessor occurrit in anthologiae modo laudato epigrammate. Aliam uim uocabuli indicant glossae iuris: ἀντικένσωρ· ἀντιγραφεὺς διαθήκης (cf. Bekkeri anecd. III p. 1097), unde Salmasius ad script. hist. Aug. p. 480 a: 'antecessor est iuris peritus, qui testamentum dicitur'.

* Βάλλεκα· ψῆφον. balluca.

Comparant glossas: Valuca: γήδιον χρυσοῦ ἀκαθάριστον, uel γῆ χρυσιώδης χρύσαμμος. 'In balluca, quae Graece χρύσαμμος appellatur', l. 1 t. 2 cod. Iust. XI, 6. 'Minutum calculum' illud Hesychianum ψῆφον recte interpretatur Harduin ad Plin. nat. hist. XXXIII c. 4, 77, ubi Hispaniensium alicui linguae uocabulum tribuitur, cuius cognatum apud Armoricos reperisse sibi uisus est Sparschuh Philol. V p. 257. Ad Graecos uero,

quorum auctoribus omnino deesse uidetur, migrauisse Ibericam uocem per Italiam satis documenti est iuris consultorum huius aduenae familiaritas (uide Heumannii 'handlexicon zu den quellen d. römischen rechts' s. u.).

Ceterum non uideo, cur in lexicis feratur ballūca, producta paenultima. Quod nititur loco Martialis XII, 57 u. 9, ubi Turnebus et Salmasius:

'illinc balucis malleator Hispanae'.

Optimus autem codex Thuaneus cum habeat medelam nulla docta fraude occultam *pollicent* (*pallidus*, corr.), iure Schneidewinus recepit in textum iam in margine alius libri adscriptum illud: *paludis*. Hesychianum uero βάλ्लεα collatis uocabulis Σικελός et Siculus, σκόπελος et *scopillus*, commendat et ipsum *ballūca*. Quamquam posse uocabulum aduenticium terminationum Latinarum (-u, -ūcis et -ūca) similitudini se accomodauisse non pernegauerim.

Γέντινοι· οἰκέτοι.

Temptauerunt γήσιοι, ἔντιμοι, οἱ Κεῖοι. Fortasse, quamquam non mordicus teneam hanc coniecturam: *γεντικοί*. 'More gentico', Tac. ab exc. III c. 43. VI c. 33. Possis etiam *γεντίλιοι*, nam *γεντήλιος* frequenti usu tritum erat Byzantinis (Du Cang.).

* Γλέβα· ἀξίωμα συγκλήτου. gleba.

Σύγκλητος est senatus (Polyb. I c. 11), ἀξίωμα συγκλήτου census senatorius. Perturbatum locum Lydi de mag. I c. 34 omnino missum faciam (uide Schoellii XII tab. rel., notam ad p. 39). Quid autem sibi uelit lexicographus, intellegitur ex eis, quae Du Cange in glossario Latino de gleba senatoria disputauit. 'Glebalis functio, pensio, praestatio etc., certum uectigal, quod pro possessionibus ac postmodum in modum oblationis imperatori a senatoribus pensitabatur'. Cf. l. 2 cod. Iust. XII, 2, ll. 7—17 cod. Theod. VI, 2.

Ipsa gleba ut ponatur pro functione glebali, fit ex schemate quodam iuris consultorum dicendi generi proprio: est tamquam 'res pro uectigali rei'. Similem in modum *fossatum* (fere idem quod *fossa*) esse potest etiam 'obligatio, qua fossatis urbium reficiendis tenentur ciues' (Du Cang.).

* Δάμνον· δεινόν. *damnum*?

Schmidt ed. mai: *damnum*, ed. min.: ἄδαμνον. Nec argumentis prior ratio confirmari potest nec placet parum scita explicatio δεινόν. Itaque ne ego quidem grauiorem corruptelam subesse negauerim. Verum fortasse est: δάμνιον· ἀγγεῖον. Nam Νίκανδρος καὶ Θεωρίδας ἀπὸ τοῦ δάμνασθαι προφέρονται ἀσυνδέτως δάμνιον, dicit scholiasta ad Hom. γ 444, quem uersum respicit glossa. Alii non ἀσυνδέτως scripserunt ibi δ' ἄμνιον. Cramer anecd. Par. III p. 436, 11.

Δηλάτωρ· κατήγορος. *delator*.

Δηλότορας τοὺς διαβόλους καὶ συκοφάντας καλοῦσι Ῥωμαῖοι, ex Cedreno Du Cange. Qui idem praebet δηλατορεύειν, δηλατορεύεις, δηλατωρία, alia.

Δηληγατιῶν· ἀφορίζων. *delegatus*.

Glossae iuris: διληγατεύω· ἐκτάσσω et ἐδελεγάτεον· μετετιθέμην. Quae una cum Hesychiana quo ualeant, docet Faourinus: δηληγατιῶν κατὰ Ῥωμαίους ἢ ἐπαγὴ τοῦ σιτοπομπίου καὶ ἡ ἀννόνα. Δηληγατιῶν igitur est, qui delegati munere fungens annonam curat uel ἀφορίζει. Etiam in iure Romano occurrit delegatio, 'quae ab amplissima praefectura in diuersas prouincias ex more quotannis emittitur', census nempe annui indictio (Heumann. l. l. u. *delegatio*).

Δηποράτος· ἐξωρισμένος (Alberti. ἐξορισμαῖος cod.).
deportatus.

Δηποράτης est in glossis iuris et explicatur: ὁ διηνεκῶς ἐξοριστος, ὁ ἐν νήσῳ περικεκλησμένος. De ipsa re uide Ulpianum Dig. XLVIII, 13, 3: 'peculatus poena aquae et ignis indictio, in quam hodie successit deportatio'.

Δηφένσωρ· ἔδικος et διφένσωρ· βασανιστής, κριτής.
defensor. Cf. p. 305.

Vocabulum *defensor* cum suis cognatis (διφενδάριος, διφένδενσις, ἀδεφένδεντος, διαφενδέειν etc.) uaria significatione frequentissimum est Byzantinis. Noti sunt defensores illi uel prouinciae uel ecclesiae: hic habemus defensorem iustitiae, iudicem. Quam eandem uim accepit uocabulum ἔδικος, quod scite glossatores iuris interpretantur per ἐκδικητής, nimirum

qui iudicando causae finem faciat. *Διφένσωρ* uero et *ἐκδικος* significationis uinculo tam arte coniuncta sunt uerba, ut *ἐκδικούς* uel milites defensores tactici appellarent. Glossae iuris: *δεφένσωρες· οἱ μετὰ τοὺς κουρσῶρας ἦτοι προμάχους ἐπακολουθοῦντες πρὸς ἐκδίκωσιν αὐτῶν.*

Ἐκπελεύει· ἐξώθει. expellit.

Feruntur *ἐξ-* et *ἐκπελλευθῆναι*, *ἐκπελλευτής* etc. Glossae iuris: *ἐκπελάτωρ· πᾶς ὁ αὐτοκράτωρ διοικεῖν λαχὼν τὸν πόλεμον.* Itaque uidetur glossa et ex nomicis et ex tacticis esse.

Ἡδίκτων· συνοδικιόν. edictum.

Συνοδικιόν Hesychius ipse dicit *συνδεδογμένον*. Iam cum glossis iuris *ἔδικτων* explicetur per *δικαιοσύνημα*, *διάταξις*, *παράγγελμα*, non per *συνοδικιόν*, cumque hoc rursus satis prope alludat ad glossam Cyrillianam (codicis Vindobonensis) *Ἰνδικτων· συνοδικὸν ἢ συνδεκτικόν*, Hesychianus locus turbatus uidetur.

Κάστελλος· ὄνομα τόπου ἄνω φέροντος καὶ κάτω φέροντος καὶ μερίζοντος τὸ ὕδωρ. castellus.

Festus p. 70: 'diuidicula antiqui dicebant, quae nunc sunt castella'. Sed noli ob hunc locum Hesychianam glossam speciosum documentum putare Latini apud doctos Graecos studii. Inferioris enim aetatis sciolus interpolator aquae ductus descriptione insipida et parum eleganti uel ipse se prodit. Praeterea intereuntis neutrius generis aetatem indicat masculina forma *κάστελλος*. Ut est *castellus* Dig. XXX c. 41, 10. 'Sed si cancelli sint uel uela, legari poterunt, non tamen fistulae uel castelli'. Du Cange laudat Scylitzam: *ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς δὲ τῶν ὑδάτων ὄγκους ἐποιήσατο τοὺς τὸ ὕδωρ τῇ πόλει εἰσάγοντας καὶ τοὺς δεχομένους τοῦτο καστέλλους.*

**Κηρησῆτωρ· ὁ τῆν γῆν μετρῶν.* censorior.

Schmidt comparat Isidori glossam 'censitores: agrimensores'. Fuerunt autem censitores imperatorum emissarii, qui census causa singula praedia metirentur describerent aestimarent (Heumann, u. *censitor*).

**Κονδούκτωρ· μισθωτός.* conductor.

Addatur uocabulum Du Cango. *Μισθωτός* uocatur conductor, quippe qui conducatur cum spe praemii locatum. Inde glossae

iuris κονδούκτη· ἀγωγή ἀρμόζουσα τῷ μισθωσαμένῳ, κονδούκτωρ· μισθωτής. De usu Romanorum iuris consultorum uide Heumannum, u. *conducere*.

*Κυαιστειωνάριοι (κυαιστειωμάριοι cod.)· βασανισταί. quaestiuarii.

Etym. Gud. p. 335, 9: κοιαστῶρ, βασανιστής, Ῥωμαϊκὸν ἀξίωμα καὶ κλίνεται κοιαστῶρος. ὁ συζητητὴς καὶ ἐρευνητὴς ἐπὶ χρέμασι¹⁾. Romanis antecessoribus uidetur uocabulum nou in usu fuisse.

Κωδικιλλὰ· σύμβολα ἀρχαῖα (Schow. σύμβουλα ἀρχαῖα cod.). codicilli.

Cramer anecd. Par. IV p. 52, 4: ἡ μετὰ τῆς διαθήκης βουλή. Ῥωμαῖοι. χάριτος ἔγγραφος. Spectat glossa ad imperatorum codicillos et insignia illa, quibus utebantur in mandandis muneribus officiis negotiis. Nescio igitur, an Schowii coniecturae ἀρχαῖα praetulerim ἀρχεῖα, ut 'dignitatem codicillariam' inuenimus in codice Theodosiano (Heumann, u. *codicillus*).

*Κώδιξ· βιβλίον νομιμὸν. codex.

Observatum est Latius uocabula, quae terminantur in *-ex*, Graecos suo loquendi more finiuisse per *-ιξ* (Dittenberger Hermes VI p. 145). Inde Plutarcho (Galba c. 4) Vindex est Οὐίνδιξ, inde est ἄλιξ = *alex*. De uocabulo κώδιξ uix opus erit mouere κατ' ἐξοχήν sic appellari codicem Iustinianeam, cuius etiam interpretibus sollemne nomen erat οἱ κωδικισταί.

Sequitur glossa satis obscura, de qua explicanda desperauit Wannowski p. 262 not.

Λάρεις, λάραβες· τοὺς κυρίτας οὕτως Ῥωμαῖοι.

Eodem fere modo legitur inter glossas iuris, nisi quod accusatiuus ibi nulla uocalis anaptyxi est λάρβας²⁾.

Non pertinet ad uetustissima Italica glossa, sed fluxit e scholiis nomicis (Lobeck in Seebodi misc. crit. I p. 732). Κυρίττειν est πλήσσειν, proprie de bubus cornu tudentibus, deinde etiam, ut uidetur, de illis cerritis (Preller röm. mythol.³

1) Sequitur tam futtilis originitio, ut nullo sensus detrimento totam eandem transferre in uocabulum κενσήτωρ glossator iuris Labbaei potuerit.

2) Similiter: *larualem* (*larualem*) in libris est Priap. XXXII u. 12.

p. 80), hominibus lymphatis omnibusque porro, qui in rusticis orgiis ligneis laruis instructi saltantes ac ludentes per lasciviam furoremque agitabantur. *Πρόσωπα* novit Hesychius *κύριθρα, κλινθια* etc. Idem u. *κυριττοί· οί έχοντες τὰ ξύλινα πρόσωπα κατά Ἰταλίαν καὶ ἑορτάζοντες τῇ Κορυθαλίᾳ* (scil. *Ἀρτέμιδι*, Ath. IV p. 139 b) *γελοιασταί*.

Hoc autem vel simile huic genus Indorum in Italia vel Christiana aetate tenacissime retinuisse rusticos, iam supra indicaui. Erant nimirum 'tempi della vendemmia, ne' quali al più basso ed oscuro uomo che vi sia è lecito dire al più alto signore e alla più nobile donna che veda tutte le ingiurie che vuole', verba incerti auctoris apud Villoisonem anecd. II p. 316. Qui addit: 'per totum vindemiae tempus Baccho pleni esse ac furere prorsus videntur. Tria enim praeter omnem consuetudinem modumque factitant, esum, vindemiam, clamorem lascivientium . . . , non homines videntur, sed Satyri ac Bacchi sacerdotes petulantes, iniuriis lascivientes, luxuriantes'. Itaque vel lege opus erat, ne his paganorum ludis atque sacrificiis christianae fidei integritas immineretur neque homines dignitate clari laederentur. Inde fit, ut legamus apud Hagenum, anecd. Heluet. p. 248 not: 'antiqui enim ludentes publice deridebant, quos nemque nolebant. Sed cum prohibitum fuit hoc agi, larvas i. e. talamascas (?) de cortice arboris factas accipiebant et ad faciem suam illas adponebant, ne cognoscerentur etc.'.

Quae cum ita sint, cuius aetatis Hesychiana glossa sit, nemini puto non constare. Lares vero et larvas confuderunt Christiani paganos illudentes. Nam celebrari Lares solitos esse in rusticis illis sacrificiis non opus est monito.

Μίλια· τὰ ἄξεθρα χρήματα.

Cf. *μείλια· μείλιγματα, χαρίσματα, τὰ ἀπόθετα χρήματα*. millia. (Nisi subest *μείλια* Hom., Windisch KZ XXVII p. 168.)

Μονητάριος· τὸ κέρμα ἐργαζόμενος. monetarius.

Ὀφικιάλιος officialis.

Nescio an coniungam glossam cum ea, quae sequitur, praesertim cum extra ordinem haec posita sit, in hunc modum:

ὀφικιάλιος· [ὑπηρετῶν] ὀφειλόντως, πρεπόντως, δεόντως.

Πεκούλιον· βαλάντιον. *peculium*.

Wannowski p. 129: σύνια ὑπεξουσίον ἢ δοῦλον. Frequens etiam πεκουλιάζεσθαι, *peculium colligere*.

Πραίικων· κῆρυξ. *praeco*.

Πριμιλιγιών· τιμῶν (Schm., τιμίων cod.). *privilegiorum*.

Vox multifariam detorta occurrit apud Suidam: *πριμιγγιλίων*· τιμῶν, ἤτοι βασιλικῶν δωρεῶν, ἢ προνομίων, apud Zonaram p. 1581: *πριμιλογίων*· τιμῶν βασιλικῶν. *προνομίων*, rectius in glossis iuris: *πριβιλέγια*· *προνόμια*, cum scholiasta Basil. a Du Cangio laudatus habeat: *πριμιλεγιάριος*. Hoc in promptu est, iam Latinos vulgari quae dicitur etymologia ludentes ex *privilegium* uoce fecisse *primilegium*.

Πριουάτον (πριουάτον Schm., cf. p. 288 not.)· τόπος ἐργαστηρίου. (Suidas: Ῥωμαία ἢ λέξις.) *privatum*.

Praeplacet *δικαστηρίου*. Cf. gloss. iur.: *πριβάτον*· *δικαστήριον* τὸ ἀπαιτητικὸν καὶ ἐξεταστικὸν τῆς κεκρυμμένης αἰτίας.

Ῥεφούγια· ῥεμπτά. *refugia*.

Paulo supra cum sit ῥέπεις· ῥέψις, ῥεπου..., Schmidt ex Theognosto restituit ῥεπούδιον, ad quod pertinere uult *μεμπτά*, quod corruptum in *ῥεμπτά* depulsum sit ad *ῥεφούγια*. Rationem probo, malim tamen *πεμπτά*. Dicebant enim teste Du Cangio *ῥεπούδια πέμπειν* (*ῥεπουδιατεύειν*), *repudium* mittere.

Σήλεκτος· χαμαιδικάστης (*χαμοδικάστης* cod.). *selectus*.

Cf. Phot. et gloss. iur. *Iudex pedanens* uel *privatus*. Publici enim iudices cincti appellabantur, Du Cange.

Σπόρτουλον· τόκον. *sportulam*.

Satis scite glossae iuris: *σπόρτουλα*· *χρήματα δημόσια*. τὰ ἐν σπυρίδι διδόμενα ξένια. Ibidem occurrunt *σπόρτουλα ἐκβεβαστικά* (ἐκδικαστικά?) et *σαλάρια* τὰ διδόμενα τοῖς συνηγόροις, quibus quidem *sportula* profecto est *τόκος*.

Τίτλος· πτυχίον ἐπίγραμμα ἔχον. *titulus*.

Vocabulum Byzantinis frequentissimum. Cf. *τιτλάριον*, *τίτλωμα*, *παράτιτλος*, *τιτλοῦν*, *προτιτλοῦν*, *ὑποτιτλοῦν*.

Φειδικόμισος· ἢ διὰ μαρτύρων πίστις. *fideicommissum*.

Φειδεϊκόμισος (-μίσος cf. p. 351) maluit Meursius gloss. Graecobarb. p. 599. Parum scitam dicunt explicationem iuris periti: mihi abstinendum iudicio. De masculina forma neutrius locum occupante iam dixi p. 354.

Φέρι ἄγριε [ἢ ἄγριαί, scriptura tantummodo, opinor, diuersa]. feri.

Quo iure nomicis glossam tribuerim, docent loci iuris consultorum, quos collegit Kalb, Woelfflinii arch. I p. 83. Aliud est *φέρι* apud Plut. Marcell. c. 8. Idem quod *παῖε*. Τὸ γὰρ τύπτειν φερίτε οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι.

Φίσκος δημόσιον. ταμείον πολύχημον. fiscus.

Φισκοσυνήγορος ὁ ταμείων συνήγορος.

Advocatus fisci, Du Cange u. *φίσκος*.

C) Notitia dignitatum quaeque similes sunt glossae ad aulam vel ecclesiam Byzantinam spectantes.

**Βιστιαρίον* τόπος, ἐν ᾧ τὰ χρήματα τίθενται καὶ τὰ ἱμάτια τοῦ κοινοῦ. uestiarium.

Cf. *ἀβεστάριος*, quamque statim subiungere liceat glossam Hesybianam: *πρωτοβεσθάριοι* (**προτροπεσθάριοι* cod.)· *ἐπιτροπήν ἔχοντες* [τοῦ βεστιαρίου] ¹⁾. Est autem *βιστιαρίον* κυρίως, ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται, deinde omnino *χρήματα*, thesaurus. Unde Albaneuses usque ad haec tempora: *visiariu* (trésor).

Δούξ ἡγεμών, ἄρχων. dux.

Nota sunt: *μέγας δούξ*, *δούκας*, *δουξ* *δουκῶν*, *δούκαινα*, *δουκάτον*, *δουκικός* etc.

Κομενταρίσιος τὰς ἐγγραφὰς τῶν ἐγκλημάτων δεχόμενος. commentariensis.

Wannowski p. 192. Legendum *κομενταρήσιος*.

**Κόμης* ἄρχων, ἡγεμών. comes.

Erant comites provinciarum, orientis, consistoriani, rerum priuatarum, domesticorum etc., multifaria cuiusuis gradus hominum cohors. Fortasse tamen ex tacticis glossa est. Cf. gloss.

1) -θάριος fortasse est pro -τιάριος significatque in sibilam uersam una cum *i* uocali litteram *t*. Cf. Lat. *pre-ti-um*, It. rec. *prezzo*.

iur.: κόμησ' ὁ μιᾶς κοόρτης ἄρχων, ᾧ καὶ ἑκατονταρχοὶ ὑποτάσσονται.

Κομιστορίον· θεῖον συνέδριον. consistorium.

Κονσουλάριος· ὑπατικός. consularis.

Ὀυεριδάριος· βεριδάριος. ueredarius.

Veredarius (courier, eilbote) et *priscae et infimae Latinitatis* est. 'Veredis antiqui dixerunt, quod ueherent rhedas, i. e. ducerent', Fest. p. 372. Βεραίδουσ δὲ Ἴταλοῖσ εἶναι δοκεῖ τοὺσ ἱεροζυγλοὺσ ἴπποὺσ, ὅπερ ἐσὶν ἔλκειν τὸ ὄχημα, Lyd. de mens. I c. 28.

Πριμικήριος· ὁ πρῶτος τῆσ τυχοῦσῆσ τάξεωσ. primicerius¹⁾,

qui primus notatur in tabula cerata. Eodem modo dicebatur *σεκουνηκῆριος* (Wannowski p. 7), *τερτιοκῆριοι* (id. p. 188). Iulianus quidam *πριμικήριος τῶν νοταρίων* occurrit apud Phot. bibl. p. 57 b, 33 B.

Ῥεγεονάριος· γειτονίαρχοσ. regionarius.

Sunt regionum praefecti, quibuscum *σεβαστοφόροσ* coniungit Suid. u. *Ἀγγοστειον*. Alii uicomagistros intellegunt (Wannowski p. 164).

Σέκρετον· συνέδριον. secretum.

Longe patet Lat. *secretum* uaria et forma et significatione apud Byzantinos. Sunt etiam haud alieni ab hodierno usu aulensi, cf. Etym. Gud. p. 83, 3: ἀσηκρήτησ (a secretis, 'geheimrat')· συγγραφεύσ· ὁ τοῖσ τῶν κρατούντων μυστηριοῖσ ὑπηρετούμενοσ etc.²⁾.

Τέμπλα· τέμπλω ἐπίσημα.

Sat obscura glossa. *Τέμπλω* omisit Photius. Partem quandam aedium sacrarum, qua excludebantur laici, a Byzantinis ac Neograecis templum uocari uereor, ne nihil nos promoueat. Suberitne Templariorum ordinis aliquod insigne (ἐπίσημον)?

D) Sermo uulgaris. 1. Glossae tacticae.

Βάνδα (Alberti, *μανδοτά* cod.)· σημεία. banda.

Οἱ Ἴταλοὶ βάνδα καλοῦσι τὰ ἐν ταῖσ τάξεσῖ ἐπίσημα, ἃ κόν-

1) Latinis quoque in usu fuit, Heumann p. 481.

2) Σίγκρητεσ· ὑπηρεταὶ βέρβαροι. Lat. *sinceri* disiungas.

τοὺς ἤρτηται, ἀετῶν ἢ λεόντων ἢ δρακόντων ὑφάσμασι ποικίλοις καὶ παρασήμοις κατάστικτα, aned. Par. IV p. 198, 8. Cf. Ital. rec. *bandiera*, nostrum *banner*, Neograec. *μπαμιτέρα*.

Ἐξπέδιτον· expeditum.

Supplenda est glossa ex Suida et Fanorino: ἐξπέδιτα· τὰ στρατιωτικὰ πλήθη. Idem igitur ualet atque exercitus, quo de usu uide Du Cangium u. ἐξέριτον.

Κομίατον· ἐξαίτησιν λαμβάνειν τοῦ ἀφεθῆναι. com-
meatum. (Leo tact. VIII, 4.)

Κοντουβερνάλιος· συστρατιώτης. contubernalis.

Λεγεών· πλήθος στρατεύματος ἢ τάγματος ἕξ χιλιάδων ἑξακοσίων ἑξήκοντα ἕξ. legio.

Numerus 6666 plane ineptus est. De forma λεγεών pro λεγιών Dittenberger Herm. VI p. 142.

Inde a gl. πρεσβύτης Schmidt exhibet:

. πρέσβυς [αἰοράνομος

* Πραιτώριον· τόπος, ἐνθα συνάγεται ὁ λαός. praetorium. (Nota inter αι et ε inconstantia.)

Quod autem antecedit, ut hoc statim absoluiam, αἰοράνομος suppeditat ἀγοράνομος glossamque πραιτώρ· ἀγοράνομος quantumuis incitam. Ἀγοράνομος enim Graecis aedilis est, cum praetor sit στρατηγός, ἐξαπέλεκυς, rarius πρόβουλος et ἀστυνόμος (Cassius Dio). Wannowski p. 148.

Στατίων (*στρατίων cod.)· τὸ τῆς φυλακῆς (φύσεως cod.), ὅπερ ἐξέστη κατὰ φυλάς. statio.

Cf. σινέδρα· ἡ στάσις, ἣν νῦν στατίωνα λέγουσιν.

Φοσσάτον· ὄρυγμα (στρατόπεδον Suidas). fossatum.

Cf. *βύθιος (i. q. βυθμός)· φύσσα.

Franco-Gall. *fossé* est 'festungsgraben'. Φουσσάτον, φωσσάτον 'munimentum' nouit Wannowski p. 28, 220. Potest autem glossa etiam ex nomicis esse, cf. p. 352, eademque gromatica (Pott, ztschr. f. d. alt. 1854 p. 323).

2. Vestimenta. Res familiaris. Supellex.

Βακάιον· μέτρον τι. bacarium.

'Bacrionem, genus uasis longioris manubrii', et 'bacar, uas uinarium simile bacrioui' Festus p. 31. Prorsus segregandum

puto uocabulum a *bacca*, βάκκαρις (cf. Hesych. s. u.), quamuis confuderint haec recentiores (Loewe gloss. nom. p. 181). Vinarium autem uas quidni ducatur a nomine Bacchi? Est nota scriptio *Bacanal*. Nec per casum factum est, ut etiam *baccharium* exstet, licet paulatim obliuione obruta sit propria uis uocabuli: nam '*baccarium*: uas aquarium', Isidorus. Plauti quoque deperditam fabulam rectius *Bacariam* dicemus (*Baccaria*, Loewe prodrom. p. 292). Infimam autem Hesychianae glossae aetatem indicat euanescens Romanensium more canina littera interuocalis. Cf. It. rec. *dietro* (**diretro*), *carbonajo*, *Pistoja* etc. Ne Franco-Gallis quidem ignotus est 'l'usage de prononcer les *r* comme des aspirations ou comme des *y*-grecs. On disait *Pahis* pour *Paris*, *payadis* pour *paradis*' (Schuchardt III p. 282).

Ἐξομπλον ἴσον. exemplum.

Latinam uocem uidit Salm. ad script. hist. Aug. p. 508 e. Contra fuerunt, qui Hesychiana glossa perducti Lat. *ex-em-p-lu-m* (cf. *ex-īm-o*) e Graeco *ἔξομαλόν iuberent descendere (Forcell. I p. 219). — Ἐξομπλον proficiscitur a Lat. uulg. **exomplum*. Similia sunt, quae Schuchardt II p. 250 affert: *solomni*, *antotnarum* (cod. Bern. Verg. A. III u. 549). Vetustum *condumpani* (CIL I no. 197, 10) eiusdem fere notae est. Ἐξέμπλωτος, uariis figuris ornatus, ex Niceta et Eustathio affert Du Cange, idem exhibet etiam ἔξεμπλάριον. Albanensium ξόμπλεα nouit Schuchardt III p. 279. Graecos Ponticos audio usque ad hunc diem dicere ἔξομπλον, quo significant μέτρον τι, quo Hesychii quoque ἴσον referendum esse censeo.

Παρατούριον ἀντίπανον. κράσπεδον. paratura. antepanni.

Suidas: ἀντιπαρατούρα· ἀντικόσμησις ἢ ἄλλη εὐπρέπεια. παράτον γὰρ ἢ παρασκευὴ παρὰ Ῥωμαίοις. 'Institas siue lora, quibus ornabantur uestes, ornaturas dixerunt et paraturas', Salmasius l. l. p. 478 a. Ὅρνας uocat easdem Cedrenus. Uocabulum autem *ορνα*, *ae* eiusdem fabricae est, quam quod Cyrillus praebet: ἠχώ, ἀντιχώ: *resona*'. De terminatione *-ura* gliacente longius in sequiore Latinitate disputauit Thielmann,

Woelfflinii arch. I p. 69 sq. De ἀντίπανον uide quae Du Cange Schmidtio suppeditauit. Ἀντί pro ante est, ut in ἀντικένσωρ.

Σακέλα· ὅπου τὸ χρυσίον τίθεται.

σακέλιον· ὁμοίως.

Sunt saecella, sacculi, crumenaе (Wannowski l. l. p. 290). Σακέλιον Ῥωμαϊκὴ λέξις ἐστὶ, φυλακὴν τῶν χρημάτων σημαίνουσα. ὅθεν καὶ σακελλάριον καλοῦσι τὸν ταμίαν καὶ φύλακα τῶν χρημάτων, Du Cange ex schol. Greg. Nazianz., ad quem omnino rettulit glossam Sauelsberg (Schmidt, auctar. emend. p. 43).

3. Ἐργαλεῖα.

Μάρρον· ἐργαλεῖον σιδηροῦν. marra, ligonis genus, Wannowski l. l. p. 40.

Ῥῆγγλαι· σίδηρα ὡς ῥάβδοι. regulae.

Sunt autem 'hostoria', cf. supra p. 334. Hesychius u. ῥόχανον, ubi nounulli legunt: ἢ ἀποριγλῶσι τὸ μέτρον (Salm. l. l. p. 437), ἀποριγλᾶν, regulis abstergere et aequare.

* Σερπενδύβουλουμ βέλ πλουμβίνουμ, Ῥωμαϊκῶς. Adscriptum est ab interpolatore u. στάθμη, ἐν ἣ ἀπορροῦσιν οἱ τέκτονες etc. (Bluemner technologie II p. 232). Fuit autem ab initio περιπενδύβουλουμ etc. (perpendicularum uel plumbinum [= plumbeum]). Cum uero lexicī illa, de qua iam identidem dixi, diorthosis facta esset, proprium locum obtinuit additamentum tamquam glossa corruptumque est ex ordine litterarum σερπενδύβουλουμ. Ceterum, quod est -βουλουμ in terminatione, non -ουλουμ, eius rei culpa nou carebit adiectiuum aliquod 'pendibile'.

Σουγλάριον· ἐργαλοθήκη (ἐργαλειοθήκη, gloss. iur.) Schmidt: theca subulae ('ahle'). Rectius Wannowski l. l. p. 17: subulae, fabrilis alicuius instrumenti ('wiude'). Subula enim est σουβλα, σουβλίον (Du Cange) cf. subla CIL IV no. 1712, 3.

4. Varia. Dubia.

* Ἀβέσσει· ἐπιποθεῖ [θουρβεῖ]

ἀβήσσει (ἀβήσση cod.)· ἐπινοεῖ. *auescit, *auessit.

Cf. Schmidt. Rh. M. XI p. 622. Cyrillus Mosqu. ἀβέσω· ὀρέγω, ἐπιθυμῶ et ἀβήσω· ἐπινοήσω. Itaque Stephauus comparat:

praes. ἀλθέω, ἀλθέσσω, fut. ἀλθήσω =
 „ ἀβέσ(σ)ω „ ἀθήσω,

minus tamen recte. Primum enim simplex σ nihil potest ualere in Cyrilli ἀθήσω, quoniam nihil ualere uolunt in ἀβέσω eiusdem auctoris. Deinde ἀθήσσει debet Hesychius per futurum aliquod explicare. Sed iam de auendi uerbo uideamus, quod componitur cum Graec. *αF-l-ω (Curtius³ p. 386). Explicationes Hesychii ἐπιποθεῖ, ἐπινοεῖ (nam ἑορυβεῖ iure ad ἀραβάσσει refert Schmidt, quaest. Hesych. p. CXLIII) suppeditant animaduertendi uim, audiendi simul et cupiendi notiones. Ἐπινοεῖν utrumque est, et animaduertere et cupere (Eurip. Phoen. u. 408). Docet idem Lat. *audire*, cum auendi uerbo cognatum. Quin ipsum *auere* olim uidetur animaduertendi potestatem habuisse, siquidem aliquid saltem ueri inest in ueriloquio ceteroquin inepto Varronis l. l. VI § 83: ‘*auris* ab *auero*, quod his auemus discere semper, quod Ennius uidetur etymon ostendere uelle, in Alexandro cum ait: „Iam dudum ab ludis animus atque aures auent, auide exspectantes nuntium“ (Ribb. trag.² u. 34)’. Iam, ut saepe factum est, prisca Latinitas quasi rediuiua fit inferiore aetate. Quibus temporibus fuisse puto: 1. uerbum *auire*, unde est ‘*Abita*: Desiderata’ (Du Cange, gloss. Lat.). De coniugatione mutata audi Schuchardtium II p. 265 sq. (cf. *debire*, *lugire*, *miscire* etc.). 2. uerbum *auisare* (cf. *fauisor*, *fauisio* de *fauere* et iam pridem natum *gauisus* de *gaudeo*, Loewe in Woelfflinii arch. I p. 32). Nihil aliud quam *auisat* puto Hesychianum esse ἀθήσσει· ἐπινοεῖ, quocum olim docti uiri (uide notas Alberti) composuerunt Franco-Gall. *auiser*. Duplex σσ ex analogia uerborum Graecorum se insinuauit, quae terminantur infinito numero in -σσω. 3. uerbum *auessere*. Notum enim est in transitu linguae Latinae ad Romanensium idiomata facto quam latum campum obtinnerint uerba incohatiua. Irrepsit illud *sc*, quod Diez docuit, initio quidem, ut seruaretur τὸ λῶτονον. Deinde uero eas quoque formas occupauit, quarum paenultima ab omni principio sub accentu posita erat. Ex quo genere est Franco-Gall. *finissons* (Mussafia, ‘zur praesensbildung im roma-

nischen' [Berichte der Wiener akademie, philol.-hist. classe. 1883] p. 6 sq.

Iam haec nouicia incohatua promiscuum paulatim usum inierunt cum aliis quibusdam uetustissimis, ut *capessere*, *arcessere* (Sittl in Woelfflinii arch. I p. 487. 515). Unde intellegitur, cur Placidus p. 18, 18 Deuerl. praecipiat: '*capessitur* non per *sc*'. Apuleius met. c. 11, 21: *gliisebat* (cod. Laur., *gliisebat* male Eyssenh.).

Licebit igitur formare *auessere* (= **auescere*), cuius uerbi testimonium puto ἀβέσσει· επιποθει.

Άγαρος· σκευοφόρος. φορηγός.

Latinorum uulgare *agarus* subesse puto i. q. *agaso*, fortasse Graecis fontibus delapsum uocabulum (ἀγάζων). — 'Agaron', Loewe in Woelfflinii arch. I p. 22. 'Agaso uel *agarus*: minister officialis', Du Cange gloss. Lat.

*Άγραρεύεις· περιέρχη.

Cum Graeco ἀγρεύειν (uenari, captare) conferri glossam uetat interpretamentum. Rectius Salmasius attulit Lat. *agrare* i. q. *ambulare* (Du Cange). Cf. per-egr-inari, sed bonae aetatis iam *peragrare* (Merguet lex. Cic. III p. 585). Inde glossae: '*peragrat*: περινοσσει, περιέρχεται'. Neque tamen emerim pro ἀγραρεύεις, labentis Graecitatis fetu, Cyrillianum facilius sane intellectu ἀγρεύεις. Vocabulum enim, quale sit *agrare*, in infima Latinitate prorsus nihil inauditi habet. 'Agrarabilis' (quamquam arandi ui) nouit Du Cange. Dupliciter suffixum est *armarari* (394 p. Chr. De Rossi I no. 419). 'Auerer, desirer avec ardeur', rursus Du Cange. It. rec. *essere* affert Schuchardt II p. 392, *negresisc*, tamquam Lat. **nigrescisco*, Gärtner, rätöroman. gramm. p. 128 sq.

Κουβηζός· στηβάς (cod. εύς).

Pro *κουβιζός· στηβάς*. Cf. Plin. XXIV c. 9, 38: 'foliis sibi cubitus sternunt'. *Κουβίζιον· κλισία ἢ καθέδρα*, Suidas. De i elisa cf. supra p. 358 not. Suffixum -io- deminutium Graecorum est.

Μαγίστωρ· επιστάτης. διδάσκαλος.

μαγιστόρους· διδασκάλους. επιστάτας.

Cf. *Κονείδης*: *Θησέως παιδαγωγός [καὶ μαῖστωρ, quod de-
lenit iam Fanorius]*.

Μαγίστερ Zon. p. 1327, Wannowski l. l. p. 178. In forma *μαγιστόρους* uides uocabulum ex secunda in tertiam, deinde rursus ex tertia in secundam declinationem reductum.

Παγανός: *ιδιώτης, ἄφρων. paganus.*

Meursius, gloss. Graecobarb. p. 393: *ἀβάπτιστοι*. Cf. Suid. u. *ἀστράτευτοι*.

Σεργολί: *ἔλαφοι. cerui. Curtius* ³ p. 600. Supra p. 349. Infimam aetatem indicat praeter *γ* digammatis uim obtinens sibilum *σ* (pro gutturali *ς*). Cf. Alban. *τσέργεα*, Franco-Gall. *cierge* (tamquam **cergia*).

Ταβερνία: *καπηλ. . . .*

ταβέρνων: *πανδοχείων.*

Fortasse rectius cum Zonara p. 1711:

ταβερνία: *πανδοχείον.*

ταβερνώων: *καπηλείων. taberna. tabernarum.*

Vides incertam transferendi rationem.

Τρακτεύει: *μηχανᾶται. τρακτωρία*: *μηχανουργία.*
tractat. tractura.¹⁾

Φάτρην: *τόπον ὑπαιθρον, ἐρελίπιον, φάνα. atrium.*

rum et threnorum genus antiquissimum¹⁾ non solum mortuos deflebat sed etiam superstites consolabatur²⁾, tamen florentibus quidem litteris in eo minus quam rhetores et philosophi se exercebant. Qui quidem tam accurate totam materiam conlegerant et pro uariis lugendi occasionibus disposuerant, ut mox separatim certae scholae existerent, quae non solum de morte sed de exilio, de interitu patriae, de seruitute, de debilitate, de caecitate, de omni casu in quo nomen poni solet calamitatis, dicerent et scriberent³⁾. Itemque illi diligenter consolationi locum suum in philosophia tribuerant. Scimus

1) Il. Ω 721 *αἰδοῖοι θρήνων ἔξαρχοι* memorantur quorum *θρήνος* excidit, nam secuntur *Andromachae Hecubae Helenae γόοι* fortasse substituti.

2) Lucian. de luct. XX *ἀλλ' ὅμως οἱ μάταιοι καὶ βοῶσι καὶ μεταστειλάμενοι τινα θρήνων σοφιστὴν πολλὰς συνειλοχότα παλαιούς συμφοράς, τοῦτω συναγωνιστῆ καὶ χορηγῶ τῆς ἀνοίας καταχρᾶνται, ὅπῃ ἂν ἐκείνος ἐξάρχη, πρὸς τὸ μέλος ἐπαιάζοντες.* Cf. Il. Ω 723 *Ἀνδρομάχη ἦρχε γόοιο* et 746 *ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες.* — Etenim malorum socios habere miseris semper magnum solacium et fuit et est. Nec mirum, si quidem maxime humanum est. Itaque haud dubie antiquissimum argumentum et in consolationibus grauissimum locus est 'alienorum malorum commemoratio'. Threnorum autem genus, ut fit in talibus, per saeculorum decursum nullam fere mutationem passum est, ut discimus Luciani illo grauissimo testimonio et ex hoc loco epicedii a Statio in patrem scripti quem mihi uideor tandem restituisse (Silu. V, 3, 54 sqq.):

non arua rigaret

Sudor equum, aut putri sonitum daret ungula campo,

Sed Phoebi simplex chorus hic frondentia uatum

Praemia laudato, genitor, tibi rite ligaret.

Ipse madens oculis, umbrarum animaeque sacerdos

Praecinerem gemitum e. q. s.

'Praemia tibi (scil. statuæ tuæ coronam) ligaret' dicit ut Phaedr. IV, 6, 5 M. 'qui capitibus cornua suis ligarant'. — Inprudenter ut saepe in Statii siluis hunc locum corrumpit Baehrens. Ceterum in illo uno argumento uersata est Antimachi consolatio quae *Λύδη* inscripta fuit. Hic enim *Lyda* coniuge mortua *παραμύθιον τῆς λύπης αὐτῷ ἐποίησε τὴν ἐλεγείαν τὴν καλουμένην Λύδην, ἐξαριθμησάμενος τὰς ἠρωικὰς συμφοράς, τοῖς ἀλλοτριοῖς κακοῖς ἐλάττω τὴν ἑαυτοῦ ποιῶν λύπην.* Plut. cons. ad Ap. 106 B. cf. Athen. XIII, 597 A. Pariter Pindari Simonidis Bacchylidis atque adeo Statii threni passim ad consolationem spectant.

3) Cic. Tusc. III, 34, 81.

Posidonium stoicum in parte morali non tantum praeceptionem sed etiam suasionem et consolationem et exhortationem necessariam indicasse¹⁾. Quamquam quae una nobis tradita est diligentior definitio Eudori Alexandrini qui nouae Academiae philosophus et Straboni Augustoque aetate suppar fuisse uidentur²⁾, ad satis recentem pertinet aetatem. Is in opere quod inscripsit *Διαιρέσις τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν λόγου*³⁾ cum moralis partis tres locos fecisset, unum *περὶ θεωρίαν τῆς καθ' ἕναστος ἀξίας*, *περὶ τὴν ὁρμὴν* alterum, tertium *περὶ τὴν πράξιν*, tertii loci fecit speciem *περὶ τῶν ἀλλοτριούντων ἀπὸ τινῶν πράξεων* quae adpellatur *παραμυθητικός*, a quibusdam autem *παθολογικός*⁴⁾. Itaque hoc genus arte cognatum est *προτρεπτικοῦ* siue 'exhortationis' generi quocum ab antiquis et rhetoribus⁴⁾ et philosophis⁵⁾ passim componitur.

Verum omnium illorum consolationis generum longe praestantissimum et granissimum plurimisque modis uariatum et elaboratum est ut facile intellegitur id quod mortis tractat solacia, ut consolationem quae est de morte liceat uocare consolationem *κατ' ἐξοχίην, τὸν παραμυθητικὸν λόγον*. Cuius speciei in litteris initia incrementa, florem exitum hac critica disputatione persequi in animo est; altera libelli parte quam edituri sumus, ipsius consolationis indolem et naturam quantum hodie fieri potest delincare et singula argumenta locosque quibus utebantur ueteres conligere et a primitiis usque ad extrema antiquitatis tempora recensere conabimur. Non igitur licuit subsistere in paucis illis operibus quae consolationis nomine nunc inscribuntur, sed undique conquirenda erant quae ad restituendam deperditorum scriptorum indolem rationemque aliquo modo apta esse uiderentur. Pertinet autem, ut hoc

1) Sen. epist. 95, 65.

2) De Eudori aetate quem in Pythagoreis recensuit Mullachius (in frgg. phil. gr. II, 102 sqq.), nondum liquebat Heusdio, in diatribe in locum philosophiae moralis qui est de consolatione apud Graecos, Trai. ad Rhen. 1840, p. 8. cf. Strab. XVII, 1, 5. Zelleri phil. III, 611 adn. 3.

3) Stob. Ecl. eth. 46 sqq. u. Mull. l. l. 4) Cic. de or. II, 12, 50. 15, 64. Quint. X, 1, 46. 5) Eudorus l. l. 52. Sen. epist. 95, 65.

*) Excursus I.

statim addam, ad genus consolatorium ὁ ἐπιτάφιος λόγος¹⁾ siue laudatio funebris ex ipsius Platonis definitione²⁾ e qua eius postremus et quartus locus est πατέρας δὲ καὶ μητέρας καὶ εἴ τινες τῶν ἄνωθεν ἔτι προγόνων λείπονται, τούτους δὲ παραμυθούμενος — licet ipsa floris Atheniensium aetate degenerauerit fere in meram cum defunctorum tum totius Atheniensium nominis laudationem.

Inter philosophos primus in genere consolatorio uidetur uersatus esse DEMOCRITUS qui cum summum bonum statueret εὐθυμίαν siue εὐεστώ³⁾, quomodo hic animi status posset parari conpluribus libris quaesivit, quales sunt περὶ εὐθυμίας, Εὐεστώ, ἔπομνήματα ἠθικά⁴⁾; libello autem qui fuit περὶ τῶν ἐν Αἴδου mortis metum uanum esse uidetur demonstrasse⁵⁾.

1) Hic primum ad milites solos pertinebat qui pro patria mortui erant; qualis oratio solis Atheniensibus in morem uenit, ex a. 479 quo Aristides post Plataensem pugnam laudationem dixit primus, si credis Westermanno (in quaest. Dem. 1831, II, p. 24). Sed moris origo tenebris obuoluta est: Persicorum bellorum temporibus morem ortum esse crediderim. Cf. Thnc. II, 34, 5. — Apud Romanos inter mulieres prima laudata est Popilia a Catulo filio primo a. Chr. n. s. Cic. de or. II, 11, 44.

2) Menex. p. 236 E. cf. Menandri περὶ ἐπιδεικτικῶν c. XI (Rh. gr. III, 421 Sp.). Pseudodion. art. rhet. VI, 4 init. εἶτα οὕτως ἐπὶ τὸ παραμυθητικὸν τῶν πατέρων . . . ἀναγκαιότερον δὲ ὁ παραμυθητικὸς παραμυθουμένων ἡμῶν τοὺς προσήκοντας.

3) Diog. La. IX, 45.

4) Diog. IX, 46. Infelicissime Heusdius p. 14. Fabricii coniecturam secutus Democriti opus inscriptum fuisse censet: Ἀμαλθείας κέρας ἢ περὶ εὐθυμίας ἔπομνημάτων ἠθικῶν ἢ. Probabilius conicias perperam in moralibus scriptis enumerari Ἀμαλθείας κέρας et fuisse opus quo 'uariam et miscellam et quasi confusaneam doctrinam' conquireret πολύτροπος ille philosophus. Inter eiusmodi librorum inscriptiones illa certe a Gellio praef. 6 memoratur; et Sotionis Peripatetici Ἀμαλθείας κέρας 'liber multae nariaeque historiae refertus' ab eodem laudatur 1, 8, 1.

5) Creauit enim Democritus consolationis locum qui est 'de uano inferorum metu'. Ἐνοι — ait apud Stob. Flor. CXX, 20 — θνητῆς φύσεως διάλυσιν οὐκ εἰδότες ἄνθρωποι, συνειδήσι δὲ τῆς ἐν τῷ βίῳ κακοπραγμοσύνης, τὸν τῆς βιοτῆς χρόνον ἐν ταραχῇσι καὶ φόβοισι ταλαιπωροῦνσι, ψεύδεα περὶ τοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν μυθοπλαστοῦντες χρόνον. Epicurus

Certum est non pauca consolatoria ad eum redire; historiolum autem quae de Democrito Dareum regem consolante traditur a Iuliano ¹⁾, indicatur a Plinio ²⁾, olim in aliquo Democriti scriptorum narratam fuisse, tum in unam alteramue consolationem — gaudet enim hoc genus mythis allegoriis fabulis ³⁾ — migrasse crediderim, praesertim cum Iulianus qui ipse eam in consolatione adfert, reconditam et minus diulgatam esse adfirmet. Nimirum Lucianus ⁴⁾ quod eandem fabulam narrans inducit pro Democrito et Dareo Demonactem cynicum et Herodem Atticum sophistam illum tum clarissimum, aut ioci gratia aut in maiorem amici gloriam hoc fecisse putandus est.

HIPPARCHUM PYTHAGOREUM Lysidi aequalem si inter huius generis scriptores hoc loco enumero, commoditatis causa facio, non quod contra consensum recentiorum philosophorum fragmentum illud consolatorium pulcherrimum id quidem quod ex Hipparchi libro *περὶ ἐὶθ' ἡμετέρας* exhibet Stobaeus ⁵⁾, antiquo illi Pythagoreo ausim tribuere ⁶⁾. Attamen recentiore eiusdem scholae sectatorem quisquis haec scripsit et propter sermonis Graeci bonam notam et propter argumentorum probitatem haud posuerim post I a. Chr. n. saeculum.

Non praetereundus est PRODICUS CEUS quippe qui oratione quam de morte et de uitae miseriis habebat multum contulerit ad excolendum genus, ut eum potissimum posterioribus consolationibus certam notam impressisse certumque colorem dedisse cogamur statuere ⁷⁾. Cuius orationis summam debemus auctori Axiochi dialogi; ualde tamen cauendum est ne eo progrediamur ut omnia fere, praecipue illam de animi immortalitate doctrinam (p. 370 B sqq.), quae illic proferuntur Prodicō

hunc locum pluribus explanatum omnium ori inseruit; eundem legimus pulcherrime adornatum apud Lucr. III, 978 sqq. L.

1) Epist. 36 H. 2) Nat. hist. VII, 189. cf. Zellerum l. l. III 1, 765.

3) De sententia cf. Democr. frgg. 20 et 41 Mull.; eodem spectat de Luctu fabula in Plutarchi cons. ad Ap. 111 F et ad ux. c. VI.

4) Demonax c. XXV. 5) Flor. CVIII, 81. 6) Iam Meinersius spurium esse contendit hoc fragmentum. Cf. Heusdium p. 30 et Zellerum III 2, 99. 101. 7) Sic iam Welcker in opusc. II, 497 sqq.

deberi cum Geelio et Welckero ¹⁾ putemus. Nam oratio illius sophistae certis finibus a Socrate qui narrat ita circumscribitur, ut incipiat a p. 366 D ubi postquam Axiochus interrogavit: *Τίνα δὲ ἦν τὰ λεχθέντα;* Socrates respondet: *Φράσαιμι ἄν σοι ταῦτα ἃ μνημονεύσω· ἔφη γάρ·* — et pertineat usque ad p. 369 D ubi Axiochus narrantem indignatus interpellat: *Σὺ μὲν* inquit *ἐκ τῆς νῦν ἐπιπολαζούσης λεισθηρίας τὰ σοφὰ ταῦτα εἴρηκας.* Tum Socrates sua ipsius de animi immortalitate doctrina illum mirum quantum consolatur. Nec maiore iure Gobryae narratio Prodicō uindicatur. Ceterum quod p. 366 B extr. Socrates fatetur *ταῦτα δὲ ἃ λέγω Προδίκων ἐστὶ*, innuit locum illum 365 D qui p. 369 C repetitur. Et uideo me in hac re cum Zellerō ²⁾ consentire.

Ipsarum consolationum quae quidem ad nos peruenerint et haud dubie earum quae apud ueteres ferebantur, antiquissimam censeo esse libellum illum aureum qui inscribitur *ΑΞΙΟΧΟΣ ἢ περὶ θανάτου.* Itaque accidit ut ipso initio huius disputationis in quaestiones spinosissimas mergamur simulque grauissimas a quibus iudicium de conplurium huius generis scriptorum fonte faciendum pendeat. Atque perlustranti mihi Graecas Romanasque litteras uix ullius in mentem uenit operis, de cuius auctore tempore pretio tam diuersae et dissonae sententiae a uiris doctis et iis partim horum studiorum principibus in medium latae sint; paene dixerim cum Cicerone: ‘Harum sententiarum quae uera sit deus aliqui uiderit; quae ueri simillima magna quaestio est.’ Sed altius repetendum est et historia ratioque totius quaestionis quam breuissime explicandae sunt.

De auctore Axiochi qui iam Laertii Diogenis temporibus ³⁾ inter Platonis dialogos *νοθευομένους* ferebatur et hodie quoque plerumque in eiusdem codicibus inuenitur, iam pridem a multis multum dubitatum est ⁴⁾, cum alii quorum dux uidetur

1) Vide Welckerum l. l. p. 499. 2) l. l. 1, 1003 adn. 6.

3) Diog. III, 62.

4) Vide I. Fr. Fischeri epistolam ad Gernhardum in ed. III Aeschinīs

esse Marsilius Ficinus cogitarent de Xenocrate academico cuius inter scripta Diogenes (IV, 12) librum *περὶ θανάτου* recenset — satis inepte et plane nullo fundamento nixi —; alii multi ¹⁾ Clementem Alexandrinum Stobaeum, Thomam Magistrum codices secuti eum Platoni adscriberent, alii et ii quidem summi uiri uelut Casaubonus Gesner, Hemsterhusius Ruhnkenius libellum esse Aeschinis Socratici suspicarentur — permoti testimoniis quibusdam Diogenis Athenaei, Harpocratonis Suidae. Atque sub Aeschinis nomine Axiochum cum dialogis qui inscribuntur *Ἐρωξίας* et *περὶ ἀρετῆς* primus edidit Ioannes Clericus Amstelodami p. Chr. n. MDCCXI. Cui suspicioni praeter ipsum sermonem qui non semel posterioris sermonis graeci prae se fert uestigia obstare uidebantur grauissima argumenta: cum enim Pollux (I, 35) ex Aeschinis Axiocho *ἀλεχτρονομοῦ* uocem adferat et Athenaeus (XIII, 611 D) Alcibiadem in hoc dialogo ut moechum et hominem uinolentum perstringi testetur, neutrum in eo de quo agitur Axiocho inuenitur. Et Stephanus quidem olim aut illum ad quem isti spectarent Aeschineum dialogum ab eo quem legimus distare aut duos eiusdem nominis sed diuersi argumenti dialogos ab illo esse scriptos statuit; et in eandem suspicionem uideo incidisse Welckerum ²⁾ qui ‘maiolem’ Aeschinis Axiochum perisse, ‘minorem’ seruatum esse censuit. Primus Meinersius ³⁾ magno impetu cum in ceteros illos duos dialogos tum in Axiochum sic inuectus est: ‘Aeschinis’ inquit ‘qui feruntur dialogi tantum abest ut illum aliumue Socratis discipulum auctorem habeant, ut ne ab uno quidem auctore profecti sint. Scribendi enim genus quo III dialogi siue Axiochi auctor usus est ab illo sermone qui in duobus prioribus (Eryxiam et de uirtute dialogum dicit) tantum abest ut quibus Graecae linguae non pror-

dialogorum, Lips. 1786, p. 193 sqq. cf. C. Fr. Hermannii qui inscr. Gesch. u. Syst. d. Platon. Philos., Heidelb. 1839, I, 594.

1) Enumerat eos Fischer l. l. p. 194. 2) Unächtheit der Rede des Lysias gegen den Socratiker Aeschines, in op. I, 422. 3) In ‘iudicio de quibusdam Socraticorum reliquiis’, Gotting. 1752, in Fischeri ed. III p. XXXV sqq.

sus ignarus auctorum etiam diuersitatem agnoscere et possit et debeat.' In Axiocho autem adgnouit putidam et barbaram orationem, pestiferas et inter se pugnantes sententias, intempestium declamandi furorem, sermonis sordes et rursus meretricium fucum, immo totum libellum quod a posterioris aevi sophista fictum esset portentosum scriptum ausus est uocare.

Eis quae de ceteris illis dialogis disputauit nemo dubitabit subscribere, si quidem toto caelo distant ab Axiocho fetus isti quorum altero Platonis quaedam doctrinae quam potest maxime inepte atque perperam referantur¹⁾, altero uero dum legimus sopiamur²⁾, uterque insuper iam a ueteribus tamquam spurius damnatus sit³⁾. Iudicio autem illi de Axiocho iniquissimo se adplicauit Matthiaeus⁴⁾ eatenus ut dialogum cuius quosdam locos etiam in Ciceronis Tusculanis disputationibus et in Plutarchi ad Apollonium consolatione reperiri obseruasset, ex eodem atque illos fonte Crantore inrigatum itaque post CXX fere olympiadem siue post annum CCXCVII ponendum esse censeret. Idem de libelli aetate quamuis illius ignarus statuit argumentis non additis Wytttenbachius⁵⁾. Tandem defensores naectus est dialogus ille Boeckhium⁶⁾ qui eum uocauit 'inter spurios istius farinae dialogos facile principem, qui plura prorsus diuina et Platone haudquaquam indigna' haberet — et Welckerum⁷⁾ qui notato Meinersii iudicio 'nimis leui' ad pretium tempus rationem statuenda plura adtulit argumenta quae ipse inueneram, priusquam eius disputatio mihi nota esset. Postremo Car. Fred. Hermannus l. l. p. 416 sqq. Meinersii iudicio credo praeoccupatus et abreptus studio dialogi a Platone suo abiudicandi minus recte illum uituperauit inclinauitque

1) Meiners l. l. Hermannus p. 414. 2) Sic etiam Meiners. In contrarium sane iudicat Herm. p. 416 et 'de Aeschinis reliquis', Gott. 1850, p. 9; quamquam hunc quoque dialogum spurium esse censet. 3) Diog. II, 60 conl. Suid. s. u. *Alex.* 4) 'Loci nonnulli libri I Tusc. disp. cum locis Aeschinis et Plutarchi comparati', 1808, in opusc. p. 51.

5) Animadu. in Plut. II p. 699. 6) 'Simonis Socratici, ut uidetur, dialogi e. q. s.', Heidelb. 1810, praef. p. X. 7) In Mus. Rhen. a. 1832 siue in opusc. II, 393: 'Prodikos von Keos, Vorgänger des Sokrates'.

in Matthiaei de tempore sententiam. Sed aliquot annis post aliquantum eum loco cecidisse infra uidebimus. — Hodie uero lite posita dialogum illum et ab Aeschiue et ab eius aetate uidentur abiudicare¹⁾. Iamiam quo ego. peruenerim integro ut opiuor animo diu meditatus tandem licet explanare.

De Aeschinis dialogis testimonia haec sunt: Diogeues (II, 61) VII eius dialogos genuinos Miltiadem Telaugem Rhinonem Calliam Axiochum Aspasiam Alcibiadem; eosdem enumerat s. u. Suidas. Nec discrepat Athenaeus etsi V tantum memorat dialogos, quia uimirum non id egit ut plenum catalogum couponeret — Telaugem Aspasiam Calliam Axiochum (V, 220 A—C), Alcibiadem (XIV, 656 F). Accedunt Harpocratio (I, 41 Dind.) et Pollux (I, 135 Bkk.) qui Aeschinis dialogum *Ἀξιόχου* inscriptum laudant. Certa igitur et constans memoria est de genuinis dialogis inter quos semper Axiochum adparere notato; adde quod Panaetius ex omnibus Socraticorum dialogis genuinos esse censuit Platonis Xenophontis, Autisthenis Aeschinis, ceteros omnes repudiauit²⁾.

De huius Socratici scriptis uuum fere iudicium est ueterum: longos et urbanos (*μακροὺς καὶ ἀστείους*) dialogos eius esse Lucianus testatur³⁾; τὸ δὲ ἰδίως καλούμενον εἶδος Σωκρατικὸν μάλιστα ζηλωσαὶ praeter Platonem Aeschinem auctor libri *περὶ ἑρμηνείας* qui Demetrii Phalerei fertur⁴⁾, superare eundem Xenophontei sermonis tenuitatem (*λεπτότερος*), Platonici simplicitatem Hermogeues⁵⁾ praedicat; Phrynichus⁶⁾ uero *εἰλικρινὸς καὶ καθαροῦ καὶ Ἀττικῶν λόγων κανόνα καὶ σιᾶθμην καὶ παράδειγμα* cum Platonem et Xenophontem tum Aeschinem Socraticum memorat. Equidem omnia illa quae adtuli testimonia persuasum habeo prohibere non posse quominus Axiochum aetati Aeschinis immo huic ipsi tribuamus.

1) Vide Zellerum² II 1, 204 adn. 4 et Gerckium in exigua disputatione quae est 'de consolationibus' exstatque in conlectaneo libello qui inscribitur 'Tirocinium philologum sodalium regii seminarii Bonnensis', Berol. 1883, p. 30. 2) Diog. II, 64. 3) Lucian. de paras. c. XXXII.

4) Apud Fischerum p. 8. cf. Cic. Brut. 85. 5) *Περὶ ἰδεῶν* p. 419 Sp.

6) Phot. Bibl. p. 101^b, 5 B.

At nec uocem ἀλεκτρονοτρόφοι neque Alcibiadis commemorationem in hoc dialogo inuenimus. Optime. Sed in Axiocho quem legimus procul dubio conplures lacunae et satis amplae insunt¹⁾. Quarum una quidem in oculis incurrit uel obiter legenti, eam dico quae post p. 369 B hiat. Socrates in perpulchra illa et longa uitae molestiarum descriptione postquam regendae reipublicae artem et ipsam miseram esse Axiocho adsentiente demonstrauit, ita pergit l. l.: 'Quoniam igitur' inquit 'etiam omnium artium maxime liberalem putas detestandam esse, τί τὰς λοιπὰς ἐπιτηδεύσεις ἐννοήσομεν; οὐ φευκτάς; * * * ἤκουσα δὲ ποτε καὶ τοῦ Προδίκου λέγοντος ὅτι ὁ Θάνατος οὔτε περὶ τοὺς ζῶντας ἐστὶν οὔτε περὶ τοὺς μετελλήχοντας.' Quis umquam ad rem diuersissimam tam praeiuratum transitum facere sustinuit, a regendae rei publicae arte ad mortem? Accedit quod tam inhumane uitium cur Axiochi auctori cum Hermano inputemus ne umbram quidem habemus causae. Etenim fuit usque ad hunc locum sermo plauo alueo nullis salebris interrumpentibus cogitationum sanam seriem. Et quod grauissimum est: sententiam quam tum p. 369 B usque ad D iulustrat, eadem ad amussim est quam supra p. 365 D eodem modo eisdemque coloribus Socrates protulit. In quam Axiochus supra nihil respondit: hoc loco subito uehementissime inuehitur et uituperat acerbis uerbis Socratem 'ineptias illas hodie celebratas et ad adulescentulos adcommoatas pronuntiantem.' Haec amplam textus confusionem indicant quam ut statuam praeterea moneor hoc grauissimo quod iam indicauit Hermanus (p. 583) argumento: Axiocho p. 365 C querenti fore ut morte et priuaretur 'hac luce et bonis' et corpus foedaretur Socrates rectissime responderat: *Συνάπτεις γάρ, inquit, ὦ Ἀξίλοχε, παρὰ τὴν ἀνεπιστάσιαν ἀνεπιλογιστως τῇ ἀναισθησίᾳ αἰσθῆσθαι* e. q. s.

Repetenti tum illi p. 369 D partem prioris querellae responsurus Socrates iterum praefatur p. 369 E extr. *Συνάπτεις γάρ, ὦ Ἀξίλοχε, ἀνεπιλογιστως τῇ στερήσει τῶν ἀγαθῶν ἀντιστάγων κακῶν αἰσθῆσθαι* e. q. s.

1) Tennemannii eandem suspicionem quamuis nulla certa obseruatione factam non debuit uno uerbo repellere Herm. p. 584.

Alteram lacunam, non praeruptum transitum cum Hermannō l. l., adgnosco p. 370 B ubi Socrates postquam explanavit Axiochum perperam putare se sensurum esse nihil sentientem: *πρὸς τῷ πολλούς, inquit, καὶ καλοὺς εἶναι λόγους περὶ τῆς ἀθανασίας τῆς ψυχῆς*. Sic opinor nemo sanus argumentatione satis implicata ex inopinato abrupta ad positionem contrariam potest pergere. Esse uero utique inter p. 369 E et p. 370 D med. lacunam statuendam uel inde elucet, quod fieri non potest ut Axiochus cum p. 369 D nihil se accepisse adhuc solacii increpet, paucis uersibus ita commutetur ut 370 D med. sese iam in contrariam peruenisse sententiam atque adeo cupere mori praedicit!

His et talibus pridem adductus sum ut Axiochum qui temporibus satis antiquis ἀδέσποτος factus esse uidetur (qua de causa in Platonis scripta aberrauit), nescio quo tempore ita tractatum esse statuerem ut — fortasse in scholarum usum — summa eius exciperetur; quare scilicet mordaces illae de Alcibiadis lasciuia adnotationes et sine dubio multa alia mittebantur. Vestigia tamen acerbae Aeschini linguae quam notat Athenaeus (XIII, 611 D) nunc quoque adgnosimus p. 368 D et rationis Socraticae in ironia (quam ego hand solus contra Hermannum [p. 583] bene Socraticam esse puto) qua totum per dialogum perstringitur Prodicus. Quem prae ceteris carpendum sibi sumpsisse Aeschinem etiam in Callia dialogo testatur Athenaeus V, 220 B.

Eodem modo explico posterioris aetatis illa uestigia quae in sermone uere Attico in uniuersum et Socratico, id quod ipse Hermannus concedit, inueniuntur iuxta antiqua et perrara uerba insolentesque elocutiones. Velut passiuam uerbi εὔσεβειν constructionem (p. 364 C) praeter Axiochi auctorem unus admisit Antipho (III γ 11); ὑπὲρ τινα διαφέρειν (= aliquem superare p. 366 B), ἀπίχνημα (= dictum p. 366 C), παρ' ἀκαρῆ (= propemodum ibid.), περιψυγμός (= frigus p. 366 D), ἐπίκαισις (= frumenti rubigo), κνώδαλον (= uermis p. 365 C) alias non inuenio; uocem δέμεσθαι Homerus eumque secutus solus Hesiodus usurpauit; similem metaphoram uocis σφρυγμα-

τῶδης (p. 368 C) nns Plutarchus (Mor. p. 1088 D), nocis πομπύζειν unus Aristophanes (Vesp. 626) ausi sunt usurpare. Ubi nero in hoc dialogo meretricium fucum animaduertent mihi non liquet: contra legentem pnto inuenturum esse adstrictam hand raro praegnantem breuitatem, quali quantum scio hand ita excellabant 'posterioris aeni sophistae'. Item obseruo imaginum metaphorarum comparisonum acrem proprietatem, quae tamen a posteriorum istorum sophistarum artificum circinnisque longissime absit, nelut p. 365 D ὡσπερ εἰς ἕτερον ζῆν ἀποθανούμενος; p. 368 C ὄλον, ὡς φασιν, ἔλκος . . . κλάον νυνὶ μὲν αὐχμὸν e. q. s.; E κατεχειροτόνησαν τῶν ἀνδρῶν ἀκριτον θάνατον; p. 371 E τὸ θάρσος τῆς ἐκείσε πορείας (sc. in Orcum) παρὰ τῆς Ἑλευσινίας ἐναύσασθαι (sc. mysteriorum facibus! nisi hoc potius merum poetae fragmentum esse maui censere). Sed plerumque regnat snanis quaedam dictionis simplicitas quam Aeschineam testantur quos adtuli ueteres indices quamque per totum libellum clarum antiquitatis colorem fundere mihi uideo recte sentire, si quidem eadem de causa olim Casaubonus obiter huius libelli auctorem uocauit 'disertissimum et antiquissimum'. Verum ironiam Socrate dignam ntrum debeamus adgnoscere necne p. 366 BC et alias, ipse iudicet lector: post summos niros equidem ea delector. Contra nusquam conspicio pinguem Platoniorum dialogorum imitationem quam in dialogi personis eligendis, in proemii indole, in illis fabulis quas in fine inseruit scriptor, grassari Hermannus p. 416 sq. contendit. Nam quasdam compositionis artes, quosdam locos, quaedam lumina omnibus Socraticis communia fuisse snmas necesse est quatenus ex nno omnes fonte hausisse concedis. Quid quod consuetudo inserendi fabulas utique Platone antiquior est? Quid? Platonis pinguis pedisequus inferos describens num ita discrepuerit plane a Platonis notissimis narrationibus¹⁾ et in uniuersum et in singulis²⁾ atque, id quod grauissimum est, sibi ita placuerit in pingendis Tartari et Acheruntis terroribus quos utpote uanos

1) In Phaed. fine et in Gorg. p. 523 C sqq. 2) Cf. Welckerum l. l. p. 500. Duos indices Minoem et Rhadamanthum etiam Cicero (Aeschinemem secutus?) habet Tnac. 1, 5, 10.

et ad perterrendos homines fictos uel memorari idem Plato tam acriter uetuit? ¹⁾ Sed omnino nou inueniuntur in Axiocho loci qui cum illius locis ita concinant, ut ex eo fluxisse censendi sint: rursus totum colorem Socraticum esse nec doctriuas quae de mortis natura proferuntur cum Platonis de eadem re praeceptis pugnare iam Geelius et Welcker ²⁾ adnotauerunt.

Uenimus ad grauissimum argumentum, quo Axiochum utique ante Crantoris aetatem scriptum esse euincitur: exstant apud quosdam scriptores loci quos ad exemplum Axiochi expressos esse concedendum est. Primum malorum humanorum descriptionem exprimi a Cratete Thebauo siue cynico ³⁾ cuius uacua mente contemplanti rem liquebit. Videtur autem hoc a me non temere contendi, quandoquidem primus Welcker ⁴⁾, tum huius ignarus Reisacker ⁵⁾, tum ego idem animaduertimus. Immo ipse Hermanuus cognitionem uidit, ita tamen ut Teletem ⁶⁾ (a quo illud Cratetis fragmentum exhibetur) exprimi ab Axiochi auctore statueret. Perperam haud dubie: nam in Cratete potius deprehendimus imitatore ducis sermonem simplicem exprimentem amplificantem exornantem. — Neque alia ratio intercedit inter Axiochi auctorem et Crantorem: si enim mihi concesseris Cratetem potius ex Axiocho pendere quam hunc ex illo, facere uix poteris quin concludas item Crantorem ex Axiocho hausisse, cum Cratete compluribus olympiadibus minor natu fuerit. Atque supersunt quaedam uestigia quibus probabile fiat Crantorem Axiochi hic illic fuisse imitatore. Fuit enim in eius consolatione haud exigua pars qua uitae miseriae deflerentur, qua in re se τὴν ἀρχαίαν φιλοσοφίαν sequi ipse fassus est ⁷⁾. Principem autem locum inter hos ueteres philo-

1) In Republ. III p. 386 sqq. 2) Hist. crit. sophistarum p. 13. Welcker p. 502. 3) Apud Teletem in Stob. Flor. XCVIII, 72. 4) Cui adstipulatus est Heusdius p. 55. 5) In disputatione quae inscr. 'Der Todesgedanke bei den Griechen', in progr. Treuer. gymn. 1862, p. XXIX.

6) Quanti momenti fuerit quod Wyttenb. Herm. Heusdius parum diligenter cum non uiderent locum Cratetis a Telete exhiberi, semper de Telete cogitauerint atque sic scripserint, infra euincetur. Heusdius uero uideat ne secum ipse pugnet.

7) Plut. cons. ad Ap. 104 C. 115 B. cf. Welckerum p. 511.

sophos qui illum locum tractauerant sine dubio obtinuit Prodicus, cuius splendidum de uitae miseriis sermonem continet Axiochus. Itaque statuendum est: aut scriptor Axiochi ex Cratete uel Crantore totum quem adfert Prodicti sermonem hausit — id quod me iudice paene esset somnia fingere, quoniam Axiochus multo plura praebet quam illos habuisse ex eorum fragmentis liceat conicere — aut illi ex Axiocho sermonem Prodicti cognitum habuerunt, quia nusquam traditur eius sermones peculiaribus uoluminibus uulgatos fuisse¹⁾. Accedit quod non solum ex ea parte Axiochi qua Prodicti doctrinae referuntur, sed etiam ex aliis dialogi partibus quaedam sumpta comparent apud Ciceronem cuius Tusc. disp. 1, 83 cf. cum Axioch. p. 368 C; 1, 112 cum 370 DE; praecipue autem pulcherimum illum locum p. 370 B cum Tusc. 1, 61—63 et 68—70. Sed hos locos et eos quos statim indicabo conlatos leges in ea parte disputationis qua de Crantore agitur. — Quod uero complures illius orationis locos apud nonnullos philosophos qui post Crantorem scripserunt (quos partim iterum ex hoc ipso pendere infra singulis quaestionibus probare studebimus) ita uidemus comparatos ut ex ipsa conlatione auctorem Axiochi ducem, illos sectatores esse cognoscamus²⁾: id egregie adiuvat nostram disputationem.

His potissimum argumentis iterum ac saepius diligenter perpensis eo deductus sum ut statnerem Axiochum Aeschineum, utique e Socraticorum aetate repetendum esse.

Et nunc uelim animaduertas ea quae de dialogo postrema scripsit a. MDCCCL Hermannus (l. l. p. 8): 'Aliquid semper facultatis manebit ut Axiochi nostri scriptor in Aeschinis librum cognominem simili modo grassatus sit quo Platonis Menonem ab eo qui dialogum de uirtute conscribillaui, excerptum mutilatum interpolatum esse uidemus.'

1) Cf. ib. p. 512.

2) E. g. historiolas quae sunt de Trophonio et Agamede et de Cleobide et Bitone. Praeterea ad p. 365 D cf. Cic. Tusc. 1, 90. ad p. 369 B cf. Cic. 1, 91. Plut. 109 F. ad p. 370 B cf. Cic. 1, 25, 61—63. 68—70, quos locos infra ubi de Crantore dixi accurate contuli.

Videsne quam prope haec sententia in quam uir doctissimus quasi inuitus tandem deuenit, ab ea absit quam ego integro animo paullatim mihi conformaui? — Itaque non iam dubito accuratius Axiochi tempus ex ipsius p. 368 D concludere, ubi a Socrate *οἱ πρώην δέκα στρατηγοί* memorantur. Ergo non ante a. 406, fortasse paulo post Aeschines Axiochi quem legimus *ἀρχέτυπον* scripsisse uidetur.

Liceat in calce huius disputatiunculae suspicionem quandam proferre. Inferorum descriptionem quae in fine libelli inde a p. 371 B legitur, haud exigua ex parte ex aliquo poeta uideri depromptam esse iam Welcker l. l. p. 500 obiter monuit. Poetarum membra quae utpote disiecta paucis pedibus exceptis in certum metrum non possumus redigere — haec fere statuerim

I. (*ᾠσοῖς* . . . *ἐν τῷ ζῆν*) *δαίμων ἀγαθὸς ἐπέπνευσεν*. Locutio est plane poetis propria profecta ea quidem a metaphora Graecis Romanisque uatibus communi. cf. e. g. Verg. Aen. IX, 525 'Vos, o Calliope, precor adspirate canenti'. II, 384 'adspirat primo Fortuna labori'. Tib. II, 3, 71 'quibus adspirabat Amor'. Ou. Met. I, 2. 3. 'Di coeptis . . . adspirate'.

II. *ἔνθ' ἄφθονοὶ μὲν ὦραι* . . .

. *παγκάρπου γονῆς*

βρούσαι πῆγαι

cf. Soph. O. R. 82 *παγκάρπου δάφνης*. El. 635 *θύματα* . . . *πάγκαρπα*. Pind. Isthm. III. 59 *πάγκαρπον ἐπὶ χθόνα*. Pyth. IX, 58 *παγκάρπων φρυγῶν*.

III. de Sisyphi saxo: *οὐ* .

τὰ τέρατ' αὐθις ἄρχεται πόνων ~ - ,

ubi quam graphice meri illi iambi decurrant aures sentiunt. Dactylo-logaedicæ poesis haec uidentur esse uestigia in descriptione camporum beatorum: ●

IV. *παντοῖοι δὲ λειμῶνες ἀνθεσι ποικίλοις ἐαριζόμενοι*. cf. Pind. frg. 130 B. ubi de eadem re dicitur: *ἐν λειμῶνεσσι φοινικορρόδοις* — quod fragmentum exstat in Plut. cons. ad Apoll. p. 120.

V. (*συμπόσια τε*) *εὐμελῆ καὶ εἰλαπίνας αὐτοχορήγητοι*. Haec omnia utique poetae sunt. Vox *εἰλαπίνη* est Homérica

quam bis admisit Euripides: α 225. Κ 217. Α 413. Ψ 201. Eur. Med. 193. Hel. 1337. Verbum uero pulcherrime compositum quod est *αὐτοχορήγητος* hoc uno loco adparet; ualet autem idem atque 'sponte adornatus'. cf. *αὐτόμορφα τειχίσματα*: sunt moenia natura formata Euripidi (frg. 124 N.); pariter *αὐτόρριζον ἔστιαν χθονός* scribit auctor Rhesi u. 288. Neque aliter *ἄντρα* uocat *αἰτόκτιτα* Aeschylus Prom. 301, et Sophocles dixit *αὐτοκτίτους δόμους* fr. 308.

VI. (οὔτε γὰρ) *χειμα οὔτε θάλπος (ἐγγίγνεται ἀλλ') εὐκρατος ἄηρ χεῖται ἀπαλαῖς ἡλίου ἀκτίσιν ἀναικρινάμενος*.

Haec uix indigent commentatione. Adnoto tamen uocem quae est *χειμα* prorsus poetarum esse propriam; nam quod apud Plutarchum in pedestris sermonis ordine legitur (p. 129A), pertinet ad eum poetam qui ibi statim laudatur.

Pergit autem statim Aeschines (p. 371 D): *ἐνταῦθα* inquit *τοῖς μεμνημένοις ἐστὶ τις προεδρία*. Atqui Plutarchus et ipse in fine consolationis ad Apollonium (p. 120 C) duo maiora fragmenta e Pindari quodam threno adfert, quorum altero¹⁾ beatus piorum animorum in campis Elysiis status eisdem describitur²⁾ coloribus, quos in Aeschinis paraphrasi uidimus. Et praefatur Plutarchus (p. 120 B) huic fragmento: *εἰ δὲ* inquit *ὁ τῶν παλαιῶν τε ποιητῶν καὶ φιλοσόφων λόγος ἐστὶν ἀληθῆς ὡσπερ εἰκὸς ἔχειν, οὕτω καὶ τοῖς εὐσεβέσι τῶν μεταλλαζάντων ἐστὶ τις . . . προεδρία καθάπερ λέγεται* e. q. s. Comparanti haec cum illo Axiochi loco probabitur, utrumque spectare ad unius poetae carmen, quo talis *προεδρία* mortuo alicui mysteriis Eleusiniis (cf. Ax. p. 371 E!) initiato promissa sit. Qui poeta mihi uidetur esse Pindarus, cuius fragmentum (137 Bgk)

*ὄλβιος ὅστις ἰδὼν κείν' εἰς' ἐπὶ χθόν'· οἶδε μὲν βίου
τελευτάν,*

οἶδεν δὲ διόσδοτον ἀρχάν —

quod ad mysteria Eleusinia esse referendum Clemens testatur, equidem ad threnum pertinere pro certissimo adfirmauerim,

1) Pind. frg. 130 Bgk. 2) Cf. Pind. Olymp. II, 67 sqq.

si quidem Plato in Phaedone¹⁾ et Plutarchus in consolationis ad uxorem capite X et Socrates in Axiocho ex eadem mysteriorum notitia solacium petunt. Ad illum igitur eundem Pindari threnum duo illa quae a Plutarcho adferuntur fragmenta et Aeschini paraphrasin partim spectare conicio. Quod in carmen Pindarus more suo uidetur inseruisse fabulam de Bacchi et Herculis in Orcum descensu quam paulo post dialogi auctor memorat. Unde fortasse sumpsit metaphoram illam Pindari sublimes licentia dignam quae est τὸ θάρσος τῆς ἐκείσε πορείας παρὰ τῆς Ἐλευσινίας ἑναύσασθαι.

PLATONIS scripta ut passim consolatoribus largam materiem praebuerunt, ita tria ex eis proprie in genere consolatorio versantur, Menexenus Phaedo Apologia Socratis quorum primum²⁾ quod exemplum orationis funebris continet, cum omnino ad hoc genus formandum alicuius fuit momenti tum ab auctoribus laudationem quae Lysiae et Demosthenis feruntur compluribus locis expressum est, cum ipse Plato hic illic ad laudationem Periclis apud Thucydidem exstantem³⁾ respiciat⁴⁾; — alterum scriptum, Phaedonem dico, generis humani

1) Plat. Phaed. 69 C ὁ πεκαθαρμένος (scil. mysteriorum) τε καὶ τετελεσμένος ἐκείσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκίσει.

2) Hunc dialogum contra grauiam illam Aristotelis et Ciceronis testimonia contraque Stallbaumium (cuius u. Prolegg.) Hermannum (l. l. I, 409. 519 sq.) Blassium (att. eloqn. II, 433) alios (quos uide nunc apud Berndtium qui scr. 'de ironia Platonici Menexeni', Monast. 1881, p. 1 adn. 3) a Platone haud ansim abdicare cum Zellero l. l. II, 418. Atque maximi ponderis argumentum ad probandam libri ingenuitatem e totius dialogi aperta ironia repetendum est: quod si minus inuenit certe diligenter stabiluit Berndtius nuper l. l. Et res omnino uidetur clamare: exaggerando et sermonis et argumenti ineptias ridet Plato ineptorum laudatorum pecus, haud aliter atque Hauffins noster olim fabula illa quam 'Der Mann im Monde von H. Clauren' inscripsit, Claurenium uoluit perstringere. Quid si quando exoriat qui eam ex illius scriptis expellat? Ceterum et huic et Platoni consillium in contrarium nertit neque ab aequalibus neque a posteris perspectum.

3) Thuc. II, 35—46; dicta est oratio a. 430 cf. Westerm. l. l. p. 29.

4) Dion. de adm. ui dic. in Dem. XXIII. Berndtius contulit compluria schemata p. 4 sq.

magnam consolationem haud absurde dixeris, id quod ipse Plato sub finem dialogi (p. 115 D) indicat, cum Socratem faciat dicentem ταῦτά μοι δοκῶ . . . λέγειν παραμυθούμενος ἅμα μὲν ἑμᾶς, ἅμα δ' ἑμαυτόν. Nec minus praeclaræ illae de mortis natura quaestiones et sententiae quae in Apologia proferuntur, mox semperque πολυθρόνητοι in omnium eorum ore uersabantur qui de morte aut dicerent aut scriberent.

Tertius Socratis discipulus locum qui est de consolatione tetigit XENOPHON, si quidem in eo libello quo Cyrum suum celebrat hunc ipsum moribundum inducit et se et filios argumentis Socrate dignis adloquentem¹⁾; — si idem auctor censendus est alterius Socratis Apologiae quae sub eius nomine fertur. Et uide, iterum in uariarum quaestionum fluctus delabi cogimur qui tamen multo facilius tutiusque mihi uidentur posse tranari.

Libellum igitur huic qui Demetrio Magneti²⁾, personato Diouysio Halicarnasseusi³⁾, Dioui Chrysostomo⁴⁾ ob oculos fuisse uidetur quique a Diogene (II, 57. III, 34) Athenaeo⁵⁾ Stobaeo⁶⁾ adgnoscutur Xenophonteus — postquam primus Valckenarius cum in eo nec quidquam quod nou legeretur in Memorabilibus inueniri nec Xenophontis 'capitale ingenium' cerni arbitraretur, ab illo abiudicauit⁷⁾: uariis modis huc illuc traxerunt uiri docti, nunc merum Xenophontem uunc apertum falsarium praedicantes. Quorum labores nec mihi licet defugere quia e iudicio de libelli iudole faciendo sequitur quanti et qua trutina ea quae illo continentur, notabilia ea quidem, pendamus.

Quaeritur autem de his tribus: utrum quae et in Memorabilium libri IV capite VIII et in Apologia leguntur, ex illo

1) Instit. Cyr. VIII, 7, 6—28.

2) Demetrius hic Ciceroni aetate suppar Apologiam in scriptis X. recensuit: Diog. II, 57.

3) Art. rhet. c. XII p. 358 Rsk.

4) Or. XXVIII p. 535 Rsk. cf. ad Apol. § 6.

5) V, 218 E locus e § 14 adfertur.

6) In Flor. VII, 75 et 81 duo loci e §§ 28 et 25 excerpti exstant.

7) Adn. ad Xen. Mem. III, 3, 9 et I, 1, 1.

in hanc an ex hac in illud an e communi fonte in utrumque manauerint. Quorum si primum statueris, Apologiam spuriam esse concludas necesse erit, nisi forte scriptorem eandem rem bis eisdem fere uerbis tractare credas; si alterum, illud Memorabilem caput damnabis; si uero tertium, profecto complures oriuntur quaestiones. Ceterum inter uiros doctos¹⁾ qui post Valckenarium huc incubuerunt, defenderunt librum Bornemannus²⁾ in primis et Geelius³⁾, damnauerunt Caspersius⁴⁾ Schmitzius⁵⁾, Hugius⁶⁾ Dindorfius⁷⁾; nuper Langius⁸⁾ Pohlus, Schenklius⁹⁾ ex quibus Geelius Dindorfius (l. l. p. XIII) Langius (l. l. p. 29 sqq.) etiam Memorabilem illud caput spurium et ex ipsa Apologia haustum esse censuerunt. Schenklius ex eodem capite Memorabilem (quod statuit l. l. II, p. 144 et 147 ab eodem interpolatore siue diasceuasta qui per totum opus grassari ei uidetur adsutum esse) adhibitis Memorabilem libro I et Platonis Apologia rhetorum nescio quem discipulum conscribuisse alteram illam Apologiam l. l. III, p. 169 censet, nimis artificiose et si quid uideo non probo usus fundamento uir doctissimus. Nam cum ipse cogatur et Apologiam — quamuis sit spuria — saltem II a. C. n. saeculo tribuere et illud Me-

1) Enumerantur in Sauppli ad libellum praef. et in Pohlüi scriptione quae est 'Die angebl. Xenoph. Apologie in ihrem Verhältniss zum letzten Cap. d. Memor.', Altenb. 1874, p. 21 sqq.

2) 'Socratis Apol. a X. uulgo abdicata', in ed. libelli, Lips. 1819 (non parabilis mihi).

3) De Xen. Apol. Socr. et postremo Mem. cap. 1836; cui se addicit Heusdius p. 32.

4) In Jahn. annal. suppl. ad a. 1842 p. 100 sqq.

5) On the Apol. of Socr., commonly attributed to X., in Dind. ed. Mem. et Apol. praef. p. XVII; quamquam sermonem bene Atticum uel certe merum esse fatetur: 'the language', inquit, 'is perfectly worthy of X. and his age'.

6) 'Die Unechth. d. dem X. zugeschr. Apol. de Socr.', in Koechlii 'akad. Vortr. u. Reden' 1, 430 sqq.

7) L. l. p. XIV et XVIII.

8) De X. quae dicitur Apol. Socr. et extremo Mem. cap., Halis 1873.

9) In Xenophonteorum studiorum partibus II et III, in Relationum litt. acad. Vindob. uol. LXXX p. 135. 146; ib. LXXXIII p. 169.

morabilium caput spurium esse arbitrari: iam, ut omnino possit illa ex hoc fluxisse, iterum cogitur diasceustam illum capitis illius patrem antiquiorem fingere. Statuit autem III fere a. Chr. n. saeculum. Ergo *ἐκ νόθου νόθον!* Sauppium omnino iudicium suspendit. In statuendo autem libelli scripti tempore ii qui damnant, valde dissentiunt, cum Westermannus Schmitzius¹⁾, Langius Schenklius eum saeculo a Chr. n. uel III uel II uel I a sophista quodam fictum, Koechlius²⁾ Pohlius (l. l. p. 65) Grotius³⁾ ipsa Xenophontis aetate scriptum esse arbitrentur. Equidem libellum genuinum esse persuasum habeo: ut demonstrare posse mihi uidear eum non dignum esse qui fastidiose detrectetur neque satis prudenter a Xenophonte ab iudicatum esse, utique autem prae se ferre auctorem illi et ingenio et aetate aequalem, spurium uero esse Memorabilium libri IV caput VIII.

Viri docti quos quidem de hac re disputantes cognoui — sunt autem VIII — quattuor potissimum in rebus mihi uidentur peccasse.

Primum omnes fere conferendis iterum ac saepius Memorabilibus et (multo rarius id quidem) Platonis Apologia oblitii sunt praeter hunc et Xenophontem multos illa aetate de Socratis extrema uita scripsisse⁴⁾ atque illorum utrumque hausisse et ex uulgata fama et e commentariis qui de his rebus a multis scripti ferebantur⁵⁾.

Erant deinde qui nimis grauiter in cogitationum ordinem rationemque animaduertent et parum prudenter dicendi genus ab aetate Xenophontis alienum esse contendunt⁶⁾.

1) L. l. p. XVII.

2) In oratione quam habuit de Socrate populoque Atheniensium, in Akad. Vortr. u. R. I, 363 adn. 2. Idem eis quae hoc libello narrantur prorsus fidem habet.

3) Gesch. Griechenl.², Berl. 1882, IV, 674 adn. 121.

4) Excepto uno Hugio qui l. l. p. 437 praeter Mem. et Plat. Apologiam etiam alios aetate aequales auctores statuit exhaustos esse.

5) Apol. § 1 *γεγράφαι μὲν οὖν περὶ τούτου καὶ ἄλλοι καὶ πάντες ἔτυχον τῆς μεγαληγορίας.*

6) Pluribus exposuerunt Caspers Langius Pohlius.

Utinam dum imagini Socratis a Platone non tam in Apologia quam in dialogis snper naturam hmanam sublime lati inhaerent, ne obliti essent hominis quem quidem a Xenophonte cum alias tum in Apologia pictum esse uideo.

Ea uero quae non tam ad defensionem quam ad consolationem in illo libello pertinent cum miro modo procul habita essent a nrorum doctorum ad unum omnium cogitatione, neglecta sunt. Atqui haec ipsa non traduntur nisi in hac Apologia.

Primum nullo inre ea quae in Mem. IV, 8 et in Apologia eisdem saepe nerbis proferuntur ex illo in hanc fluxisse contenderunt. Quid enim? si in Apologia praeter ea quae aut cum Memorabilibus aut cum Platone aut cum utroque communia habet, inueniamus quae neutro loco exsistent: unde haec repetamus? cur malim potius Apologiae auctorem praeter Xenophontem et Platonem etiam alios illius temporis fontes adhibuisse quam illos et Apologiae auctorem aequae illa ex eodem fonte hausisse statnamus cui hic etiam ea debeat quae solus habet? Si doctissima quaedam et optima eum unum nobis propinare tibi demonstrarero: tu mihi concedes eum in eodem gradu ponendum esse ac Memorabilium scriptorem et Platonem, id est eum quae cum Memorabilibus et Platonis Apologia praebet communia, ea reuera cum illis habere communia, non ex illis mutuatum esse. Et hoc per singulorum qui huc pertineat locorum indolem recte a me statui infra studebo probare. Interim adtende:

Ap. 26	Plat. Ap. p. 41 B	Mem. IV, 8, 10	Xen. Mem. IV, 2, 33
<p>Παραμυθίζεται δέ τί με καὶ Παλαμήδης ὁ παραπληρώσας ἐτελευταίους ἔτιγάρ καὶ γυν καλλίους ὕμνους παρέχεται ὄνσεως τοῦ ἀδίκως ἀποκτείναντος αὐτόν.</p>	<p>Ἐπει ἔμοιγε καὶ αὐτῶ θανάσθη ἂν εἴη ἡ διάτριβή αὐτόθι, ὁπότε ἐντίχοιμι Παλαμήδει καὶ Λίαντι τῷ Τελαμώνος, καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν παλαιῶν διακρίσιν ἀδικοντέθνηκεν, ἀντικαταβάλλοντι τὰ ἔμμαντοῦ πάθη πρὸς τὰ ἐκείνων, ὡς ἐγώ οἰμαι, οἷα ἂν ἀηδὲς εἴη.</p>	<p>Ὅρα δ' ἔγωγε καὶ τὴν δοξαστῶν προγεγονότων ἀνθρώπων ἐν τοῖς ἐπιγιγνομένοις οὐχ ὁμοίαν καταλειπομένην τῶν τε ἀδικησάντων καὶ τῶν ἀδικηθέντων.</p>	<p>Τὰ δὲ Παλαμήδους οὐκ ἀκηχοῦς πάθη; τοῦτον γὰρ δη πάντες ὕμνοῦσιν ὡς διασφίαν φωνηθεὶς ὑπὸ τοῦ ὄνσεως ἀπόλλυται.</p>

Haec spectare ad Socratis eadem uerba quae in defensione sua re uera fecerit et illo consensu euincitur et praeclare confirmatur hoc argumento. Ille quod dicit Palamedem cum maxime hymnos praebere: ad praesens tempus spectans proprie dicit quippe quo ille heros tragoediis ipsius nomine inscriptis et a Sophocle ¹⁾ et ab Euripide ²⁾ celebratus sit. Cum uero huius Palamedes post poetae ipsius et Socratis mortem repraesentaretur, choro de Palamedis iniqua nece *Ἐργῶν* canente

*ἐκάνει' ἐκάνετε τὰν
πάνσοφον, ὃ Δαναοί,
τὰν οὐδέν' ἀλγύνουσαν ἀηδόνα Μουσαῶν*

totum theatrum conlacrimauit haec uerba Socratis nece interpretans³⁾. Quid iam apertius est quam Athenienses memores illorum uerborum quibus Palamedis e simili casu se solacium capere apud iudices dixisset Socrates, ita esse percussos? Accedit quod ad illud *τὰν οὐδέν' ἀλγύνουσαν* unice quadrat quod ille se defendens id potissimum identidem adfirmavit 'neminem umquam a se esse uiolatum', uelut in eadem § 26 *ἰδίχθησα μὲν οὐδένα πώποτε*.

Illum autem locum quem supra adscripsi Apologiae auctor e Mem. l. IV c. 8 non potuit depromere quoniam isto loco Palamedes omnino non nominatur. Nec magis per me quidem licet cogitare de Memorabilium illo altero loco, ubi ille a Socrate plane diuerso et sententiarum conuexu et consilio accessitur simul cum Daedalo ad probandam sententiam quae est 'e bonis non semper bona oriri'.

Deinde ne Platonem quidem h. l. in Apologia exprimi (id quod Laugius p. 11 obiter posuerat) uidetur esse statuendum.

1) De Sophocleae Palamedis tempore nihil constat. frg. 434 sqq. N. Ceterum Aeschylum quoque Palamedem scripsisse uidemus: schol. Aesch. Prom. 457. Nauck l. l. p. 45.

2) Euripides Palamedem suam ipse docuit Ol. 91, 1 s. 416/5. u. Nauckium p. 297 sq. frg. 582 sqq.

3) Frg. 591. Diog. II, 44. uide Valckenarii diatr. p. 197 sq. Nauckius huius acutissimi inuenti ignarus ad temporum rationes historiolum illam non quadrare perperam censuit ad frg. 591.

Nam satis diuersa ratione ab utroque eandem sententiam adornari quibus concedet.

Num uero imitatoris est locum tam poetice et proprie adornatum, qualis est Platonis, tam breuiter tamque tenuiter effingere? cum alias imitatores non tam quid dicatur, sed quo modo, soleant curare, itaque formarum proprietates, non sententiarum aucupentur.

Unde conligitur non uideri Apologiae auctorem illorum cuiquam locum suum debere, sed cum Xenophonte (IV, 2, 33; de IV 8, 10 infra) et Platone hausisse ex uno fonte, fortasse ex ipso ore Socratis se defendentis¹⁾. Ex Memorabilium autem libri IV loco priore hoc unum discitur: Xenophontem Socratis tum celebratissimam de Palamede hymnis laudato uocem memoria tenuisse, alio tamen loco et alio consilio et aliquantum uariatam data occasione adhibuisse. Atque hoc ipso loco contra aduersarios utor sic quaerens: Xenophon cum illud dictum teneret, quidni in Mem. IV, 8 potissimum, perinde atque Apologiae auctor et Plato, disertis uerbis et accurate, ut par erat, tradere quam tam leuiter et obscure adumbrare maluit? Quid? cur tandem tribuit Socrati cum Hermogee uolloquenti, non id quod erat ueri scriptoris, se defendenti?

Et nunc statim mecum inspicias quaeso hoc specimen peruersissimi generis scribeudi: *ὄρω δ' ἔγωγε καὶ τὴν δόξαν τῶν προγεγονότων ἀνθρώπων ἐν τοῖς ἐπιγιγνομένοις οὐχ ὁμοίαν καταλειπομένην τῶν τε ἀδικησάντων καὶ τῶν ἀδικηθέντων.* Nemo adhuc hunc locum, uisi omnia me fallunt, cum illis contulit; credo, quia quid sibi uellet non satis perceperunt, id quod in tanta loci ambiguitate et obscuritate minime mirum est. Voluit autem hoc fere dicere: equidem uideo etiam illorum hominum qui aut nos fuerunt eos qui iniuria affecti sunt maiore apud posteros gloria frui quam eos qui laeserunt. Adgnoscisne Platonis et Apologiae illos locos? quibus tamen nebulis offusam eandem sententiam, quam laeuo stilo omnino

1) Quam inique quantaque confidentia de Palamede increpat Caspers l. l. p. 124, inscius sane et Platonici loci et illorum hymnorum naturae.

conceptam inuenimus! An uero non maxime e re Socratis erat quam clarissime dicere maiorem gloriam esse laesis quam eis qui laessissent? Non igitur apte egit homo quod Socratem finxit ambigue dicentem non eandem (*οὐχ ὁμοίαν*) esse illorum gloriam, cum ea uerba duplicem admitterent interpretationem. Atque quam claudo pede quamque molesto interuallo dirimente sequitur illud *τῶν τε ἀδικησάντων καὶ τῶν ἀδικηθέντων* post id quod est *τῶν προγεγονότων ἀνθρώπων*, quae membra nimirum artissime coniungenda erant. Itaque nec id quod uoluit dicere, apte potuit.

Sed reuertamur ad argumentationem nostram.

Iam cum hoc loco scriptorem etiam fraudis (conloquenti Socrati dictum tribuitur, perperam, ut supra docui) conuicerimus, multa illa huic Memorabilium capiti cum Apologia communia, quae illic conloquio, hic orationi tribuuntur, perperam illic conloquio uindicari nostro iure censebimus. Hoc grauissimum argumentum quo illud Memorabilium caput a Xenophonte abiudicetur, addimus Langii Schenkliique¹⁾ argumentis quibus iampridem mihi persuaserant illud non posse non esse adulterinum.

Hactenus nunc generaliter de fonte²⁾.

Deinde argutius quam uerius nonnulli uiri docti compositionem libelli hic illic sane securam et laxam notasse uidentur, si quidem id unum egit auctor ut quam maxime ad uerbum admirabilis uiri referret sententias, quapropter, ut fit, narrationis elegantiam minus curauit. Facile autem adparet conloquium illud et Socratis orationem mirifice ueritatis et fidei

1) Langii u. praecipue p. 31 sqq. quae adeo auxit doctissime Schenklius l. l. II, 136—146. e. g. molestissima Deliacae nauis commemoratio nequit esse X. Atheniensis Atheniensibus narrantis (§ 2). Cogitationes uero saepe non dico obscuras sed perplexas esse et ineptas.

2) Obiter moneatur uix posse explicari cur auctor Apologiae, si reuera Platonis Apologiam adhibuerit, ne uerbum quidem ex illa tam diuulgata Socratis de mortis natura disputatione (p. 40 sqq.) in suum libellum translulerit. Adfinxisse illa Platonem, Apologiae auctorem rerum gestarum scriptorem omisisse quis non ex hoc silentio concludat?

speciem prae se ferre. Spernuntur calamistri, speruuntur uerborum tiunitus, spernitur meretricius ille fucus, quibus cogitationum aut insaniam aut uanitatem oblinere solent rhetores; uelut adtonitus ille Memorabilium extremi capitis auctor et ubi propria iuculcat — uonne quae paragraphis tertia et noua leguntur specimina meutis fatuae? — et ubi, ut solet, furta illa uendit. Contra Apologiae auctor tam sicca frugali aspera utitur dictione qua me iudice fraudis suspicio procul arceatur, nedum de rhetoris exercitio cum Scheuklio cogitare possim.

Quod nonnulli, nouissime Langius (p. 22 sqq.) et Pohlius (p. 43 sqq.) e paucis aut semel aut iusolentius aut recentiorum scriptorum in modum dictis argumentum petierunt, profecto mius prudenter fecerunt, quateus in Xenophontis scriptis tria milia amplius uocabulorum inueniuntur semel ab ipso dictorum, in his CCCXXVII quae praeter singulos locos Xenophonteos omnino non leguntur ἄπαξ εἰρημένα quae uocantur; dubia uel suspecta sunt CCCLXVI, poetica fere CCCXVI, a consuetudine optimorum scriptorum recedentia uel cum recentioribus communia CCCC; unus liber Cynegeticus CCLXI uocabula semel a Xenophonte dicta habet quorum in numero sunt XLII ἄπαξ εἰρημένα¹⁾. Taedet his numeris uerbum addere.

Plerique offenderunt in Socratis μεγαληγορία et in acerbitate quadam, qualia de eo aliunde inuotescere uogauerunt. At enim in Apologia nou Socratis ἰδέαν quae saue in uisceribus nostris quasi haeret antiquitus, sed homiuem uidemus quem in iudicio adhibuisse ‘liberam quandam contumaciam’ qua iuritarer iudices et disertis uerbis traditur²⁾ et adparet ex eis quae re uera eum apud iudices dixisse consensu Platonis et Apologiae auctoris couligitur³⁾. Nempe nihil Langius (p. 19 sq.)

1) Verba sunt Sauppil in commentatione de X. uita et scriptis p. XV (in op. ed. uol. I).

2) Cic. Tusc. 1, 29, 71; ubi iam Fr. A. Wolfius ex Apologiae § 1 μεγαληγορίαν adnotauit.

3) E. g. utroque loco proditur ipsum oraculum edidisse ‘Socratem esse mortalium sapientissimum’: Apol. § 14 extr. Plat. p. 21 A. Uterque deinde significat hoc orationis loco tumultuatos esse iudices. In Xen. Memor.

agit cum primum statuat in memorando illo oraculo ab auctore Apologiae expressum esse Platonem, dein miretur quod ea quae in Apologiae paragrapho 23 de litis aestimatione narrantur, aduersa fronte cum eis pugnant quae de hac re in Platonis Apologia (p. 36 DE) leguntur. At me dius fidius! si quis quem uno loco aperte imitatur, non tam stultus erit ut altero loco paulo post in re notissima ab eodem ita recedat ut ipsum contrarium tradat cui neminem fidem habiturum esse ipse concesserit! Itaque potius in hac re Apologiae auctorem diuersam famam, in aliis eandem¹⁾, nusquam autem Platonis Apologiam secutum esse cogimur statnere.

Venimus ad argumenta consolatoria unius Apologiae fere propria. Quorum nonnulla saltem obseruans unus Caspersius insudanit frustra quaerendo unde haec 'ceterorum scriptorum auctoritate destituta' (l. l. p. 125 sq.) sumpserit scriptor. Videamus compensentem insolentiam bonitate. Spondeo ac promitto. Sic autem ad Hermogenem Socrates § 6: *Nῦν δέ inquit ἐὶ προβήσεται ἡ ἡλικία, ὅδ' ὅτι ἀνάγκη ἔσται τὰ τοῦ γήρωος ἀποτελεῖσθαι καὶ ὄρᾶν τε καὶ ἀκούειν ἡσσον καὶ δυσμαθέστερον εἶναι καὶ ὧν ἔμαθον ἐπιλησημονέστερον²⁾*, et § 8 de senectute dicit (*γήρᾳ*) *εἰς ὃ πάντα συρρεῖ τὰ χαλεπὰ καὶ μάλα ξρημα τῶν εὐφροσύνων*. — Hoc argumentum quod uiri docti post Schneiderum passim uituperauerunt utpote a Socrate ipso septuagenario prolatum, ipsi uituperandi sunt; etenim luce clarius est illum *ὠμογέροντα* detrectare senectutem illam decrepitam quae sane adfert ista incommoda.

hoc oraculum omnino non memoratur. — Plat. Apol. p. 36 D et Cic. de or. 1, 54, 232 addunt dixisse Socratem se meruisse cui quotidianus uictus in prytaneo publice praeberetur.

1) Apologiae auctor cum Platone communes omnino habet locos III; nam accedit ad eos quos notaui non tam gemellus quam similis locus: Apol. § 30 et Plat. p. 39 B extr.: Socrates uult utroque loco *χρησιμώδησαι* utpote moribundus. Vaticinatur autem apud Plat. iudicibus poenam, in Apol. filii Anytī turpem exitum. Vides iterum de eadem re uariam esse ortam famam quam illi diuersi sunt secuti. Concedit de h. l. Hugius p. 435.

2) Sententiam cum Mem. IV, 8, 8 communem habet, non elocutionem.

Sed uide quam imprudenter omnino illi ipsum argumentum carperint quod tamen optime et Graecum et Socraticum est. In Axiocho enim idem Socrates eodem argumento ad consolandum Axiochum utitur, concinente adeo uerborum ornatu¹⁾: *εἶτα* inquit *λαθὼν ὑπεισήλαθε γῆρας εἰς ὃ πᾶν συρρεῖ τὸ τῆς φύσεως ἐπίκρηρον καὶ δυσάλθές. κἂν μὴ τις θᾶπτον ὡς χρέος ἀποδιδῶ τὸ ζῆν, ὡς ὀβολοστάτης ἢ φύσις ἐπιστάσα ἐνεχυράζει τοῦ μὲν ὄψιν, τοῦ δὲ ἀκοήν, πολλάκις δὲ ἄμφω. — A duobus igitur Socraticis, si me audis, hoc argumentum Socraticum confirmatur: constat perantiquum esse. Cuius rei grauem testem adhibeo Euripidem querentem²⁾*

*Φεῦ φεῦ, παλαιὸς ἀλγος ὡς καλῶς ἔχει·
γέροντες οὐδὲν ἔσμεν ἄλλο πλὴν ὄχλος
καὶ σχῆμ', ὀνείρων δ' ἔρπομεν μιμήματα·
νοῦς δ' οὐκ ἔνεστιν, οἴομεσθα δ' εὖ φρονεῖν.*

Et Sophocles ubi non nasci longe optimum esse, proximum autem quam primum mori docet et miserias uitae narrat, acerbissime perstringit senectutem³⁾:

*τό τε κατάμεμπτον ἐπιλέλογχε
πίματον ἀκρατές ἀπροσόμελον
γῆρας ἄφιλον, ἵνα πρόπαντα
κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ*

ubi quis non sentit iterum dictionis similitudinem?

1) P. 367 B in descriptione uitae malorum quam e Prodicli oratione refert Aeschines. Debuit igitur Socrates hoc argumentum Prodicum cuius reuera esse illam orationem quae in Axiocho seruatur nemo prodiit qui negaret, excepto uno Heinzio qui nuper in disputatione quam scripsit de Prodicio Ceo in act. soc. litt. Lips. 1885 p. 332 et 333 adn. 5 obiter de fide Axiochi dubitauit; quem quidem mihi non satis aestimasse uideatur uir doctissimus. — Mirifice profecto accedit ad hunc Axiochi locum Bio Cynicus apud Teletem (Stob. Flor. V, 67 s. Mull. frg. phil. gr. II, p. 424⁴⁾), ut libeat eius uerba adscribere: . . . ἐκ τοῦ σωματίου ἐξοικίζομαι, ὅταν ἢ μισθώσασα φύσις τοῦς ὀφθαλμοῦς ἀφαιρῆται, τὰ ὅτα τὰς χεῖρας τοῦς πόδας.

2) In Aeolo, frg. 25. — Accedit eximius locus Herc. fur. 638 sqq. D.

3) Oed. Col. 1235 sqq. cf. frg. 864 πάντ' ἐμπέφυκε τῷ μακρῷ γῆρας κακὰ, ad quem fortasse spectauit Aristophanes loco inrisionis pleno ubi

Accedit testimonium quo mihi plane probetur a uero Xenophonte illum locum esse scriptum. Dio Chrysostomus in consolatione senem Melancomae mortem gementem sic adloquitur: ἀνάγκη γὰρ inquit αὐτῷ ἦν προβαίνοντι ἀντὶ μὲν καλλίστου αἰσχροτέρῳ γίγνεσθαι, ἀντὶ δὲ ἰσχυροτάτου ἀσθενεστέρω.

Iam, ut mihi sit concedendum non mero casu tam similes esse et sententiam et elocutionem Apologiae ¹⁾ et Dionis ²⁾, si reputaueris eundem Dionem alias ³⁾ magno spiritu se Xenophontis imitatore praedicare: nonne debebis concludere illum Apologiam ut Xenophonteam manibus triuisse ideoque expressisse? nonne illum idoneum Xenophontei generis dicendi iudicem esse censebis? Aliter saltem cogeremur libellum, etiamsi spurium censeremus, satis antiquae tribuere aetati.

Solus deinde Apologiae auctor Socratem id solacium quod inter nobilissima quae umquam a consolatoribus prolata sunt argumenta numerandum est, bis sic facit adhibentem § 5: ὅπερ γὰρ inquit ἡδιστόν ἐστιν, ἦδειν ὁσίως μοι καὶ δικαίως ἅπαντα τὸν βίον βεβιωμένον atque § 28 Apollodorum lacrimantem adloquitur ⁴⁾: οὐ δὲ . . . μᾶλλον ἂν ἐβούλου με δρᾶν δικαίως ἢ ἀδίκως ἀποθνήσκειν; Repetiuit pluribusque explanauit argumentum Crantor ⁵⁾ (qui in consolatione se totum Socraticis addixit doctrinis), cum τὸ μὴ δεῖ αὐτὸν κακῶς

chorum fecit gementem (Vesp. 441) εἶτα δῆτ' οὐ πόλλ' ἔνεστι δεινὰ τῷ γῆρα κακά; δηλαδή eqs.

1) Concedunt et Langius et Schenklus. Ceterum de Mem. imitatione h. l. cogitari nequit quia hoc loco haec sententia plane aliis uerbis profertur.

2) Or. XXVIII (Melancom. I u. infra) p. 535 R. quem locum iam a L. Dindorfio ad Apol. adnotatum esse uideo.

3) Or. XVIII p. 481 sqq. R. Huius loci notitiam debeo Langio qui ipse contra se pugnat p. 27 sqq., cum Apol. auctorem 'hominem male sanum' identidem adpellet, deinde concedat Dionem eius imitatore esse. Nempe hominis illius male sani!

4) Dialog. II, 35 et Val. Max. VII, 2, ext. 1 extr. ad lacrimantem uxorem haec faciunt dicentem Socratem iam ad os poculum admouentem.

5) Apud Plut. cons. ad Ap. p. 114 C.

πράττειν οὐ μικρὸν εἶναι κούφισμα πρὸς τὰς τύχας doceret; post quem idem praedicauerunt Cicero¹⁾ Plutarchus Philiscus²⁾ alii. — Magni ingenii solacium etiam hoc est quo § 23 lacrimantes amicos adgreditur³⁾: οὐ γὰρ inquit πάλαι ἴστε ὅτι ἐξ ἔτουπερ ἐγεγόμενῃ κατεψηφισμένος ἦν μου ὑπὸ τῆς φύσεως ὁ θάνατος; ubi uel metaphora Atheniensem et lenis illa ironia Socratem prodit.

Eiusdem os agnoscens audiens quae de propitii dei prouidentia scribuntur § 5: ἡ θανάστων νομίζει εἰ καὶ τῷ θεῷ δοκεῖ ἐμὲ βέλτιον εἶναι ἢ δὴ τελευτᾶν...; et § 7: ἴσως δέ τοι καὶ ὁ θεὸς δι' εὐμένειαν προξενεῖ μοι οὐ μόνον τὸ ἐν καιρῷ τῆς ἡλικίας καταλῦσαι τὸν βίον ἀλλὰ καὶ τὸ ἧ ἔρῃστα, qualia item in posteriorum consolatorum ore uersari solent⁴⁾.

Haec et talia adhuc plane neglegebantur, unde ortum est illud non minus falsum quam tralaticium: nihil esse in Apologia quod non legeretur in Xenophontis Memorabilibus, praecipue in libri IV capite 8. Verba 'praecipue in libri IV capite 8' consilio addidi quoniam haudquaquam me fugit

1) Tusc. III, 16, 35. ad fam. VI, 3, 4, 4, 2.

2) Dionis loco (XXXVIII, 25) admodum memorabili nbi Philisci nescio cuius ad Ciceronem exultantem consolatio antiquis doctrinis plena refertur: λογίσει τοῖθ' ὅτι ἐπειδήπερ ἄπαξ ἐπέπρωτό σοι τοιοῦτό τι παθεῖν, κάλλιστον δῆπον καὶ ἀριστον συμβέβηκε τὸ μηδὲν ἀδικήσαντά σε ἐπηράσθαι.

3) Eodem redit quod (Diog. II, 35) Socrates ad eum qui dixit: θάνατόν σου κατέγνωσαν Ἀθηναῖοι pronuntiat: κάκεινων ἡ φύσις. Idem adnotat alios hoc dictum tribuisse Anaxagorae. cf. Menandri frg. 281 (Com. IV, 293 M.)

Ἐπὶ τοῦτ' ἐγένοντο πάντες, ἐνθάδ' ἤξομεν.

Sen. cons. ad Marc. X, 5 extr. ep. 37, 2 extr. iuc. ad Pol. II, 3. Stat. Silu. II, 1, 16: 'quidquid in ortus finem timet' (ubi notes uelim praegnantem uerbi uim quae est 'zu fürchten, bestehen haben', cuius ignarus uel Bentleyus Sen. Herc. fur. 45 et 454 'domuit' censuit conrigendum. Omnino autem in nouissima demum Georgis lexic editione hic nusus obseruatus est, ubi adde Herc. Oet. 292 (absolute positum), tolle Herc. f. 793).

4) Iam Homerus (I' 65) deorum prouidentiam docuit quem sequitur Sophocles frg. 876. cf. El. 173 sqq. Ad idem dictum spectat Eurip. frg. 981 (cf. Hippol. 439 sq. 833). Illud libeuter laudabat Chryssippus ut stoicus: Plut. de stoic. repugn. p. 1040 B. — cf. Plut. cons. ad Ap. 117 D. Dio Chrys. or. XXX, p. 549 R.

Hugium (p. 432) et post enim Langium quibus se addixit Schenklius locos nonnullos ex aliis Memorabilium libris sumptos cum similibus Apologiae contulisse¹⁾. De qua re postremo loco dicere curavi ne uulgata ista sententia praeoccupatus eos contempleris neue a me anrem auertas. Quos locos si contuleris, prorsus aliam similitudinem quam quae inter extremum illud caput et Apologiam intercedat statim adgnosces: notabis meram sententiarum similitudinem. Verum enim uero haec quidem quo modo non fieri potuerit in tanta argumentorum similitudine utriusque libri non adsequor. Si quidem in Memorabilibus Xenophon Socratem contra uarias aduersiones defendit, et idem faciens hic ipse in Apologia inducitur. Immo Xenophonti praeceptorem purganti interdum ea, quibus ille olim nsus erat, sponte in calamus fluxisse non dico probabile esse, uerum ipsius naturae rationibus exigi contendo. Profecto fieri non potuit quin saepe isdem argumentis utpote aptissimis et optimis uteretur. Accedit quod plurimorum ueterum scriptorum more nec Xenophon dubitauit suas capsas compilare. Omitto eiusdem commentarios cum Agesilao comparare quia hic et ipse suspectus est. Ipsa res a probabilitate non abhorret: quidni aliquanto post Socratis mortem²⁾ hunc libellum aptissimae adpendicis loco 'Socratis Memorabilibus' adiecerit?³⁾

Equidem fretus eis quae disputavi et ueterum librorumque testimoniis⁴⁾ non esse cur a Xenophonte abiudicetur Socratis Apologia adfirmo.

1) Mem. 1, 1, 2 et Apol. § 11. 1, 1, 3—5 et Apol. § 13. 1, 2, 2 et Apol. § 19. 1, 2, 49—53 et Apol. §§ 20. 21.

2) Apol. § 34 *ἐγὼ μὲν δὴ κατανοῶν τοῦ ἀνδρὸς τὴν τε σοφίαν καὶ τὴν γενναιοῦτητα οὔτε μὴ μνησθῆναι δύναμαι αὐτοῦ οὔτε μνημμένος μὴ οὐκ ἐπαινεῖν.*

3) Ita simul respondi eis quae de hac re Hugius l. l. p. 435 statuit; refutasse mihi nideor utique hoc in quo eius sententia nititur: 'Es lässt sich doch gewiss nicht annehmen, dass er eine ganze Schrift aus den schon vorhandenen Memor. ausgezogen und herausgegeben habe'.

4) Neque enim quidquam curo argutias Caspersii qui p. 101—107 l. l. serio sudauit in carpendis his testimoniis.

Totus periiit XENOCRATIS Chalcedonii *περὶ θανάτου* liber¹⁾.

Ne hunc quidem litterarum locum a se intactum esse noluit ARISTOTELES cuius in *τοῖς ἐν κοινῷ γιγνομένοις λόγοις* (ut ipse dicit) erat *Εὐδήμου* ἢ *περὶ ψυχῆς* dialogus²⁾ et consolatio, si quidem pulcherrima illa de Eudemi Cyprii somnio et fato historiola quam Cicero secundum Aristotelem se narrare fateatur, ex Eudemo esse constat³⁾, — et omnium clarissimum illud fragmentum a Plutarcho seruatum⁴⁾ ceteraeque nobiles reliquiae optime in consolationem quadrant. E quibus ualde probatur Aristotelem hunc dialogum in amici mortui (occidit autem Eudemos a. Chr. u. 354 apud Syracusas) honorem et in ipsius consolationem scripsisse.

Simillima ratio est THEOPHRASTEI libri qui inscribitur *Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους*⁵⁾. Quem librum meram fuisse consolationem facile e testimoniis et fragmentis concluditur, ut non opus sit Heusdii artificiosis ambagibus (p. 40 sq.). Cicero enim iterum (Tusc. III, 10, 21) e Theophrasto adfert locum: 'ut Theophrastus interitum deplorans Callisthenis sodalis sui . . . (dicit eum) incidisse in hominem (scilicet Alexandrum) summa potentia summaque fortuna'. Idem (Tusc. V, 9, 25) ipsum librum laudat: 'uexatur idem Theophrastus . . . , quod in Callisthene suo laudari illam sententiam 'Vitam regit fortuna, non sapientia'⁶⁾. Adparet utroque loco eundem Theophrasti librum ab illo adhibitum esse. Quibus Ciceronis locis

1) Diog. IV, 12.

2) Dialogum fuisse Eudemum docet fragmentum Plutarcheum. Accedit quod in numero scriptorum in uulgo editorum erat, cf. J. Bernaysii librum qui est de Aristotelis dialogis p. 15. p. 18 sqq. 93.

3) De diuin. 1, 25, 52 sq. Pridem sic statuerunt interpretes quos secutus est Heusdus p. 38, Rosius cum locum inter Eudemi reliquias (frg. 32 ed. acad.) poneret, Bernaysius l. l. p. 143.

4) Cons. ad Ap. p. 115 B sqq. Eundem Aristotelis locum Crantor in consolationem transtulerat.

5) Diog. V, 44. Cic. Tusc. V, 9, 25.

6) Chaeremonis tragici frg. 2. cf. frg. 19. Erat ut e poetis comicis discimus (u. Alexidem in Com. III, 399. Philem. IV, 39. Menandr. IV, 212 sq. M.) illius saeculi tristis sententia.

comparatis cuius liquebit eiusdem libri fragmentum a Plutarcho in consolatione p. 104 D seruatum esse hoc: "Ἀσκοπος γὰρ ἡ τύχη, γηρῶν δὲ Θεόφραστος, καὶ δεινὴ παρελεύσθαι τὰ προπεποννημένα καὶ μεταρροῖψαι τὴν δοκοῦσαν εὐήμεριαν, οὐδένα καιρὸν ἔχουσα τακτὸν¹⁾).

Ceteri Peripatetici praeceperunt de officio consolantis²⁾; DICAEARCHUS autem scriptis quae uocauit *λόγος Κορινθιακός* cuius II et III libris Pherecratem quendam Phthiotam senem quem ait a Deucalione ortum, disserentem induxit³⁾, et *λόγος Λεσβιακός*⁴⁾, uidetur uersatus esse in genere consolatorio. Ceterum mihi probatur hos *λόγους* esse eosdem libros quos 'Dicaearchi *περὶ ψυχῆς* utrosque' alio loco significat Cicero⁵⁾. Docuit autem Dicaearchus altero libro 'nihil omnino esse animum', in altero 'animos esse mortales'; uel inde quod Tusc. disputationes scribens Cicero illis tam impense usus est, multa consolatoria in eis infuisse recte concluditur.

Transeo ad Cynicos quorum ipse parens ANTISTHENES diligenter locum consolatorium tractasse uidetur, quantum quidem licet conicere e librorum inscriptionibus quales sunt *Περὶ τοῦ ἀποθανεῖν*, *Περὶ ζωῆς καὶ θανάτου*, *περὶ τῶν ἐν Ἄιδου*⁶⁾. Certo huc pertinet DIOGENES Sinopensis, quem scripsisse librum

1) Wyttenb. a. l. obiter eandem suspicionem adnotauit. Idem mihi uidetur recte propter ulcinitatem magni illius Crantoris fragmenti statuisset Plutarchum eidem Theophrasteum locum debere; nec potest dubium esse quin Crantor filius librum de luctu adhibuerit.

2) Cic. Tusc. III, 31, 76. 3) Ib. I, 10, 21.

4) Ib. I, 31, 77 'Acerrume autem', inquit, 'Dicaearchus deliciae meae contra hanc immortalitatem disseruit. Is enim III libros scripsit qui Lesbiaci uocantur . . . in quibus uult efficere animos esse mortales'.

5) Osannus (Beitr. z. gr. u. röm. Litteraturgesch. II, p. 40 sqq.) suspicatus est idem si eum recte intellexi. Cf. Muellieri fragm. hist. graec. II, 265 sq. — Cic. ad. Att. XIII, 32, 2 'περὶ ψυχῆς Dicaearchi utrosque' amicam sibi mittere iubet. Haec epistula mense Maio scripta est. Attamen iam in Consolatione illum adhibitum fuisse dixerim, propterea quod eam scripturus quaecunque de luctu et de eis quae huc pertinent scripta erant, Tullius apud Atticum legerat. Cf. Schneiderum de Cic. Cons. p. 10.

6) Diog. VI, 17. Mull. II, 261 sqq. Librum *περὶ τῶν ἐν Ἄιδου* iam Democritum scripsisse supra adnotaui.

περὶ θανάτου Diogenes Laertius, interque eos 'qui uel epistolis uel libris luctum minuere sunt conati' memorat Hieronymus sine Cicero¹⁾. Erat fortasse inter epistulas quas praeter illum librum l. l. commemorat Diogenes, una alteraue consolatio. — Nec defuit huic generi CRATES THEBANUS cuius illud quod est de uitae molestiis fragmentum ad Axiochi exemplum scriptum esse supra p. 16 obseruauimus. Et uide! exstat in Anthologia Palatina (IX, 359) et in Stobaei florilegio (98, 57) epigramma quo similiter²⁾ uitae molestiae describuntur. Concluditur autem (u. 9 et 10) sic:

*Ἦν ἄρα τοῖν δισσοῖν ἐνὸς ἀφρεσῖς, ἢ τὸ γενέσθαι
μηδέποτε ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον.*

De carminis auctore incerta est memoria, cum cod. Palat. *Ποσειδίππου*, οἱ δὲ Πλάτωνος τοῦ κωμικοῦ, Stobaeus illum unum superscribat, contra Planudes *Ποσειδίππου*, οἱ δὲ Κράτητος τοῦ κωμικοῦ, cod. Reg. 1773 unius Cratetis nomen memoret. Iam tu opinor Cratetis fragmento conlato si reputaueris aperte incertam fuisse de epigrammatis auctore memoriam: non pro mera coniectura habebis illam de Cratete auctore adnotationem, sed huic illud carmen tribues, praesertim cum epigrammata eum scripsisse constet³⁾. Et cur inprobabile sit eum quae in philosopha descriptione disputasset in breue epigramma coniecisse? Accedit quod antiquissimam illam uersuum 9 et 10 doctrinam in scriptis consolatoriis (cf. praecipue Ax. 368 A et Aristot. Eudem. frg. 40 ed. acad.) passim locum tenuisse infra uidebimus.

1) Epist. 60, 5 Vallars. Notissimus hic locus quo e Cic. Consolatione excerptos consolatores enumerat, saepius adhibebitur.

2) Ante Welckerum l. l. p. 510 iam Matthiaeus l. l. p. 46 adn. hoc epigramma a poeta Axiochi memori confectum esse uideri obiter dixerat. Unam manifestam imitationem adpono. Ax. 368 A:

Ποῖαν δέ τις ἐλόμενος ἐπιτήδευσιν ἢ τέχνην οὐ μέμνηται καὶ τοῖς παροῦσι χαλεπανεῖ;

Crates uersu primo pariter deliberat:

Ποῖην τις βιότοις τάμψ τριβον; — Vides quam arte cognata haec omnia inter se cohaereant.

3) Anth. Pal. epigr. VII, 326, IX, 497, X, 104 Cratetis Thebani sunt.

Delabamur commoditatis causa in Stoicorum cateruam quorum princeps CHRYSIPPUS nos statim accipit. Is enim quamquam non propriam scripsit consolationem multus tamen fuit in tractando hoc genere philosophiae et utilissima de eo praecepit in magno opere *περὶ παθῶν* cuius liber IV *Θεραπευτικός* plane huc pertinuisse uidetur¹⁾.

De eius praeceptorum ZENONIS et CLEANTHIS scriptis pauca, plura de doctrinis scimus.

Eiusdem fere aetatis uidetur esse TELES²⁾ de quo nullum exstat testimonium praeter ipsius fragmenta. Adnumerabatur olim Pythagoreis (ad quorum sectam in dubiis libenter confugisse uidentur uiri docti), nec Heusdius aliud quid proferre ausus est quamquam illam coniecturam fundamento plane carere uidens miratus est, cur Teles, si esset Pythagoreorum socius, non memoraretur in eorum catalogo a Iamblichio composito. Neque ullum re uera est indicium quo ductus Pythagoreorum sectae eum adscribas; contra se Stoicum satis aperte ille profitetur. Accedit quod saepe Diogenem Cratetem, Zenonem Cleanthem itemque Stilponem et Bionem Borysthenitam laudat. Ceterum bene meritus est de consolationis genere, et maiora eius fragmenta exstant scriptorum *περὶ φηγῆς*³⁾ et *περὶ εὐκαθείας*⁴⁾. Cuius quidem libri reliquiae lepidissimae nonnullis locis ita conueniunt cum locis Plutarcheae consolationis ad Apollonium, ut primo oculorum obtutu a Plutarcho eum adhibitum esse putauerim. Sed ex eodem fonte potius uterque uidetur hausisse. Laudat enim Teles (IV, p. 52 ed. Mein.) 'Lacedaemoniorum inscriptionem': *Ὅτε τὸ ζῆν θέμενοι* e. q. s.; et idem distichon profert Plut. *Λακωνικόν* (p. 110 C), sed cum aliud initium praebet (*Ὁὶ θάρον οὐ τὸ ζῆν* e. q. s.) tum laudat illud cum altero Laconico quod ille non habet⁵⁾. Cum autem neutrum omuino distichon nisi ab his philosophis a nullo scriptore

1) u. Heusdium p. 68 adn. 3.

2) u. Zellerum III, 1, 43. 3) Stob. Flor. XL, 8. 4) Ib. CVIII, 83.

5) Adi Bergkii Lyr.⁴ III, 516, qui alterum Laconicum omisit. Ceterum Plutarchi lemma quod est *Λακωνικόν* etiam ad hoc epigramma (*Ὁὶ θάρον οὐ τὸ ζῆν κτλ.*), quod uerbis *καὶ πάλιν* inducitur, pertinere non

seruetur, licet ut opinor statuere: aut alterum ex altero aut utrumque ex eodem fonte hansisse; quorum cum prius ut adparet minus probabile sit, alterum statuimus. Alia Teles cum Cicerone et Seneca communia habet.

PANAETIUS deinde et POSIDONIUS (qui quidem etiam ab Hieronymo l. l. enumeratur) inter consolatores locum tenent; et illius quidem ad Q. Tiberonem epistolam consolatoriam memorat cum interpretatione Cicero ¹⁾. In eadem autem epistula Panaetius Crantoris librum *περὶ πένθους* ad verbum ediscendum Tiberoni commendavit. Idem scripsit librum *περὶ εὐθυμίας* ad quem recte rettulerunt viri docti eum locum quem Panaetii bis laudat Plutarchus ²⁾. Posidonium quoque praeter opus quod *περὶ παθῶν* inscripsit consolationem vel de luctu proprium librum composuisse ex Hieronymi illo loco et ipsius ex dicto (cf. supra p. 6 adn. 1) fortasse recte conicias contra Bakium et Heusdium (p. 75).

Hoc potissimum loco apte adiungitur Claudius GALENUS nobilissimus ille II p. Chr. n. saeculi medicus, quamquam quod adinet ad philosophiam rectius *τοῖς ἐκλεκτικοῖς* adscribitur ³⁾. Ipse librum suum *περὶ παραμυθίας* qui nunc tamen deperit, memorat ⁴⁾.

Summis laudibus a veteribus efferebatur CRANTORIS consolatio Academici siue libellus *περὶ πένθους* quem ille miserat ad Hippoclem de morte liberorum eum consolaturus ⁵⁾.

Cuius libri quamvis amissi non exiguam partem tamen refingere possumus, si quidem fundamentum fere fuit illa con-

temere opinor supra posui. Nam haec epigrammata a Plutarcho et iuxta ponuntur et ad amissum unum colorem prae se ferunt; postremum Teles de quo agitur distichon uocat Lacedaemoniorum epigramma: *ἐπιγράφοσι Λακεδαιμόνιοι* dicit.

1) De fin. IV, 9, 23.

2) De cohib. ir. p. 463 D. de tranqu. an. p. 474 E. cf. Heusdium p. 72 sq.

3) Sic Zeller, III, 1, 824.

4) De suis libris c. XIII (vol. XIX Kühn.).

5) Plut. p. 104 C. Diog. IV, 27. Cic. Acad. II, 44, 135.

solatio omnium eorum qui consolandi munus susceperunt, atque inprimis Ciceronis et Plutarchi quorum uterque ex hoc potissimum fonte libellos qui sunt eiusdem argumenti uidentur conscripsisse. Ita enim mirus ille consensus qui permultis locis intercedit inter Ciceronis Tusculanas disputationes et Plutarchi consolationem ad Apollonium antiquitus a uiris doctis explicatus est. De ratione autem restituendi huius libri alii aliter cogitauerunt, cum Wytttenbachius¹⁾ et ex aliis indiciis et ex diuersitate rationis et orationis et quodam antiquitatis colore ipsa Crantoris uerba e Plutarcho segregari posse contenderet; Frid. Schneider²⁾ et Henr. Ed. Meier³⁾ ad quos quasi patronos se applicauit Heusdins (p. 44 sqq.), librum totum erui conlatis Ciceronis Tusculanis et Plutarchi consolatione putarent; Kayser⁴⁾ Crantori nisi locos qui ei nominatim a Cicerone uel a Plutarcho tribuerentur nihil dari uellet.

Quorum nemo mihi uidetur rectam uiam ingressus esse. Atque Wytttenbachium quidem qui illo argumento usus Plut. p. 104 C usque ad p. 105 et p. 106 D usque ad p. 107 nimis confidenter tribuerat Crantori, merito refutauerunt Kayser et post eum Müllachius⁵⁾. Sed ne Schneidero quidem prorsus ad stipulor qui in disputatione sua eo progressus est ut quidquid inuenit non dissimile siue elocutionum siue sententiarum apud Ciceronem et Plutarchum⁶⁾, Crantori uindicaret. Etenim manifestum est in genere litterarum tam elaborato quosdam necessario fuisse locos omnibus eis qui illud colerent communes. Quare equidem multo cautius esse agendum ratus Crantori haec fere tribuerim: primum ea quae aut disertis uerbis illi tribuntur aut certo uel magna cum probabilitate quibusdam

1) Adn. ad Plut. Mor. II, 698.

2) 'De Crantoris Solenais libro qui περί πένθους inscr. commentatio', in Ztschr. f. d. Altert.-Wiss. 1836 No. 104 et 105.

3) 'De Crantoris libro qui π. π. inscr. disp.', Halis 1840.

4) De Crantore Academico, Heidelb. 1841.

5) In frgg. phil. gr. uol. III, p. 131 sqq.; quamquam satis habuit Kayseri disputationem transscribere.

6) E. g. Plut. p. 107 D et Cic. Tusc. 1, 117. Plut. 113 A et Cic. II, 27, 65 alia.

rationibus ei possunt uindicari; deinde propria quaedam sententiarum, elocutionum, exemplorum lumina ab utroque sine dubio ex uno fonte hausta, quem esse Crantorem singulis quaestionibus studebo probare; postremum quae Axiocho cum Cicerone (et Plutarcho) communia sunt.

Et cum primum quidem e tanta Ciceronis et Plutarchi comparatione mihi adpareat Crantor, argumenta eorum qui omnino hanc uiam iniri uetant, refutabo. Kayser p. 37 negat probabile esse Ciceronem bis breui tempore eundem librum et in Consolatione et in Tusculanis exhausisse. At hoc argumentum profecto nauici non est, si quidem contra adeo per se patet in duobus libris plane eiusdem argumenti ab eodem scriptore eundem adhiberi fontem. Accedit quod Cicero in scribendis Tusculanis, id quod infra accuratius erit demonstrandum, non tam iterum ipsum Crantorem quam suam ipse Consolationem exhausisse censendus est.

Deinde ille Ciceronem in Tusculanis plus seuerum stoicum quam mitem Crantoris similem consolatorem agere iactat. Quam hoc nihil curandum! Quasi non possis, immo debeas saepe librum adhibere cuius cum auctore non omni ex parte consentias! Neque quisquam umquam contendit praeter Crantoris doctrinas Tusculanis nihil contineri: etenim quique minimum partibus maiores sunt illius libello, et sexcenti alii uominantur auctores. Contra plus uuo loco disertis uerbis laudatur Crantor et compluriens idem certissime deprehenditur. Multo quidem grauius uidetur esse illud argumentum quod primus Matthiaeus l. 1. p. 51 et post eum Corssenius (Mns. Rhen. XXXVI, p. 518) alii protulerunt. Dicunt utique non omnes locos Plutarcho et Ciceroni communes Crantoris esse posse quia unus sit locus quem non potuerit ille habere:

Cic. Tusc. 1, 39, 93

Quamquam non male ait Callimachus 'multo saepius lacrimasse Priamum quam Troilum'

Plut. p. 113 F

Μείον γὰρ ὄντως ἐδάκρυσεν Τρωΐλος ἢ Πρίαμος

si quidem uterque indicet idem Callimachi carmen florentis illius quidem post Crantorem qui natus sit circa CX olympiada. Sed quo iure hoc docuerint ipsi uideant. Ego quamuis hoc

loco nec possim nec uelim de Callimachi aetate fusius disputare, haec tamen breuiter adnoto. Crantor certo paulo ante Polemonem decessit¹⁾ qui, si Eusebio fides habenda est, anno a. Chr. n. 268 mortuus est senex²⁾; ille autem cum Xenocratem condiscipulus Polemonis audierit, uix plus decem annis hoc erat natu minor³⁾ et decessit utique non immaturus⁴⁾. Itaque si Polemonem circa a. 340 natum esse statuimus (praecerat ille scholae ex anno 313. Diog. IV, 16 extr.), non procul a uero aberrantes Crantorem circa a. 330 natum, mortuum paulo ante a. 268 esse concludemus.

De Callimachi uero aetate licet accuratius nihil possit statui, hoc tamen certissime uidetur enucleari: illum Crantori aetate aequalem uel compluribus annis eo natu maiorem fuisse. Cui temporum computationi fundamentum praebent quattuor illae Arati uitae⁵⁾ et quae Suidas de Callimacho conrasit. His testimoniis cum nuper Buschius qui separatim de bibliothecariis Alexandrinis qui feruntur primis⁶⁾ disputauit, nescio quo iure neglegenter usus sit, rem paucissimis retractaturus sum.

Primum Callimachum Arato maiorem natu fuisse certa

1) Decessisse eum omnino ante Polemouem testatur Diog. IV, 27.

2) Diog. IV, 20.

3) Diog. IV, 24. cf. Zellerum³ II, 847 adu. 2. Aliquanto tamen minor natu erat Polemone utpote cuius sectator fuit (Diog. IV, 25 *διακρίειν Πολέμωνος*). cf. quae de Crantore habet anonymus Platonicorum philosophorum indicis Herculanensis auctor Ciceroni aetate fere aequalis (ed. Buecheler ind. schol. Gryphisw. a. 1869/70) col. XVI:

[Κράντωρ] δὲ Σολείνς θα[υμ]αζόμενος κατέλιπε [τὴν] ἐνήμε[ρι]αν καὶ π[α]ραγενόμενος Ἀ[θ]ήνας] ἐ πρῶτον μὲν Ξενο[κ]ράτους ἤκουσεν, ὕστερον δὲ μετὰ Πολέμωνος ἐσχόλα]ζεν καὶ [το]ὶ πολὺν διαφέρων ἐν οἷς....

4) Diog. IV, 25 καὶ γήρως ἤλθεν οὗτι πρόσω.

5) Cogitari potest in harum uitarum fontibus fuisse Arati uitam Plutarchi. Hic enim teste Lampriae qui fertur catalogo (no 40 Treu) scripsit uitam Arati, poetae puta, nou iuperatoris, cuius uita supra loco XXIV recensetur. Accedit quod idem Plutarchus in Arati *Διοσημεῖα* commentarium (frg. apud Wytteub. V, 2, 809) scripsit cui haud dubie more ueterum breuem uitae narrationem praemisit.

6) Diss. Rostoch. 1884. Miros nouuullos errores uotare minus addiuet.

fuit apud veteres memoria. Sic docet auctor vitæ IV¹⁾: γηραιῷ δὲ τῷ Κυρηναίῳ ἐπεβάλετο²⁾, παρ' οὗ καὶ ἐπιγράμματος ἠξιώθη. Cui fidem habendam non esse quia paulo ante Aratum illi συνακμάσαντα uocauerit nullo iure Buschius p. 12 adn. 3 contendit. Nam cum tales temporum definitiones nequaquam eam quam nunc exercemus diligentiam adfectant³⁾, tum in has uitas diuersis facile pannis consarcinatas per singulas particulas inquirendum est: alia aliunde accessita sunt.

Eodem autem spectat vitæ I locus (p. 54, 74) hic: Μέννηται γοῦν αὐτοῦ καὶ Καλλιμαχος ὡς πρεσβυτέρου οὐ μόνον ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πρὸς Πραξιφάνην, πάντῃ ἐπαινῶν αὐτὸν ὡς πολυμαθῆ καὶ ἄριστον ποιητὴν γέγονε δ' ὁ Ἄρατος ζήλωτῆς Ἡσιόδου, ὡς καὶ Καλλιμαχος παρεσημήνατο τοῦτο διὰ τοῦ εἰς αὐτὸν ἐπιγράμματος οὕτως. Sequitur Callimachi de Arato eiusque Phaenomenis epigramma. Profecto etiam ex hoc loco ueri simile fit illo aliquanto maiorem fuisse natu Callimachum quippe qui carmine iunioris scilicet poetæ primitias commendaret grauis index⁴⁾. Quare dixerim

1) P. 60, 25 sq. Westerm. Biogr.

2) 'Senem Callimachum aetate contigit, ipse scilicet innior' ualet ἐπεβάλετο, quæ forma h. l. usurpatur pro eo quod tralaticium est ἐπέβαλε cuius illam apud hos scriptores uim recte inlustrauit Buschius exemplis Suidæ s. u. Φιλόχορος et s. u. Ἰπποκράτης quibus addere potuit Clem. Al. Strom. I, 327 et Prolegg. ad Aristoph. III, 35 Düb. — Illi autem interpretationi fauet etiam Interpres Latinus Arati generis a Westermanno ad p. 58, 23 adscriptus qui de suo addit: '(testatur callimachus) assistens ei ab infantia in epigrammate ad' (sic fere scribendum pro illo propter) 'praxiphanem mitilenaicum'. cf. Rohdii griech. Rom. p. 100.

3) Arato ἀνεγγίζων κατὰ τοὺς χρόνους audit Callimachus in uit. III p. 59, 42 ubi idem eius epigramma in illius laudem factum indicatur.

4) Buschius idem statuit p. 13, non uiderunt olim Keillius (in Mus. Rhen. nou. ser. VI, p. 254), Clinto, Bernhardys, quare vitæ IV scriptorem errasse arbitrati sunt. Simul cadit Keillii tota computatio e qua Callimachum non ante Ol. 118 (quo tempore Aratum natum esse putauit) statuit natum, mortuum esse inter Ol. 135 et 139, 3. — Biographus I dicit etiam ἐν τοῖς πρὸς Πραξιφάνην Arati mentionem iniecisse Callimachum; eo spectat opinor uit. III p. 58, 23 ἐγένετο δὲ σφόδρα πολυγράμματος ἀνὴρ, ὡς μαρτυρεῖ Καλλιμαχος. cf. Latinum interpretem cuius uerba in adn. 2 adscripti.

ne biographum quidem cum paulo post ipsum illud epigramma indicaturus esset potuisse scribere quod legitur ὡς πρεσβυτέρου. Quamquam scribendo ὡς πρεσβύτερος manumne compilatoris an sensum sententiarumque sanum conexum restituas haud multum refert. Minorem Arato fuisse Callimachum uix quisquam contendit: hoc praestat illud epigramma. Atque quod in uit. IV (p. 60, 6) floruisse eodem tempore Alexander Aetolus, Menander ¹⁾, Philetas ²⁾, Aratus, Callimachus traduntur: ut est memoria minus accurata quam ut possit inde certius quid concludi, ita cum eis quae dixi non pugnat.

Sed iam rem examinemus. Scimus Aratum Ol. 118/9 natum esse³⁾ et sub Antigono Gonata id est inter Ol. 125,4/277 et Ol. 135,2,239 floruisse⁴⁾. Jam siue illud γηραιῷ ἐπεβάλετο interpretamur 'aetate adtigit senem (ipse iuuenis)' siue de qua interpretatione nonnulli cogitauerunt 'senis sectator factus est': circa Ol. 127,3/270⁵⁾ Callimachum sexagenarium fuisse ut γηραιός potuerit uocari natusque fere sit circa Ol. 112 — Aratum triginta annorum iuuenem non procul a ueritate statuemus.

Mortuus autem Callimachus uidetur esse initio regni tertii Ptolemaei id est Ol. 133,2/246; nam hanc puto esse sanam et certam interpretationem loci Suidae quamuis olympiadis numerus conruptus sit⁶⁾: παρέτεινε μέχρι τοῦ Εὐεργέτου κλη-

1) Natus est Ol. 109,3/342.

2) ἦν ἐπὶ τε Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου Suid. Philadelphus Ol. 117,4/309 in Co insula natus est, ut non a probabilitate abhorreat puerum illum a Phileta institutum esse. cf. Buschium p. 4.

3) Cf. Buschium p. 11 et Usenerum in Mus. Rhen. XXIX, p. 42 adn. 3.

4) Vit. I, p. 53, 40 et uit. III, p. 58, 15.

5) Quod Gellius (XVII, 21, 41) postquam a. u. c. 490 (= Ol. 129, 1/264) bellum Punicum ortum esse narrauit, 'neque diu post Callim. poeta Cyrenensis Alexandriae apud Ptolemaeum regem celebratus est' addit, est nempe secura computatio.

6) Buschius p. 14 infelicissimae coniecturae periculum fecit; ceteroqui necum consentit. Neque aliter Ritscheli in opusc. I, p. 68, nisi quod — ut ipse fatetur — eis quae antea posuerat 'paucas olympiadas addere' coactus est; ita Ol. 135,6 proposuit fatalem illius annum, perperam, quod recte iam Buschius p. 17 notauit.

θέντος Πτολεμαίου, ὀλυμπιάδος δὲ † ρκζ', ἴς κατά τὸ δεύτερον ἔτος ὁ Πτ. Εὐ. ἤρξατο βασιλεύειν. Eodem igitur deuenio quo olim Keilius (l. l. p. 256), ut poetam uita defunctum esse statuat senem. Durauit autem re uera ad senectutem Callimachus quatenus senex ipse sibi epitaphium confecit:

Μούσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παιδας
ἀρχιβίους, πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους
et senex a Statio uocatur¹⁾. — Deinde ipsa uoce *καρέτεινε*

1) Hos locos a Kellio iam adlatos imprudentissime tollere nisus est Buschins p. 22 sq. De epigrammate (XXIII Schn.) 'Callimachum in uniuersum loqui uideri' prorsus absurdo statuit indicio; Statium priscum (ut illo breuius dicam) Callimachum uoluisse intellegi iactat. Perperam. Hoc enim si ille uoluisset, non scripsisset (Silu. I, 2, 253)

(hunc ipse Coo plaudente) Philetas

Callimachusque senex (Umbroque Propertius antro) sed 'senes', uel 'ueteres' — id quod omnino ex usu expectes — ad metrum adcommoasset eadem opera; si quidem Philetas pariter priscus fuit. Ceteri quoque VII senes quos adtulit, re uera grandaeui homines non minus erant quam prisci.

In Callim. epit. u. 6 *ἀρχιβίους* scribo cum uno Schneidero Authologiae (VII, 415) cod. Pal. secutus, non *μὴ λοξῶν* cum scholiasta ad Hes. Theog. 82 (qui adeo habet *ὅσους βλέμματι — μὴ λοξῶς*) cui fidem habuit et ante Bentleium et postea cum eo magna caterua uirorum doctorum qui Callimachum uel ediderunt uel laudauerunt. Nam ipse Hesiodus quem imitatur ille, l. l. *ὄντινα τιμήσωσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο γεινόμενόν τ' εἰδῶσι διοτρεφέων βασιλῆων*, ut simplex *ὄμματι ἴδον* ei quod est *εἰδῶσι* respondeat, *ἀρχιβίους* uoci *γεινόμενον*. Ad illud optime contulit Schn. Call. hymn. II, 52. Si nero Horatii locum qui ad exemplum Callimachi expressus est diligenter contuleris — quod miror adhuc non factum esse — elucebit hunc *ἀρχιβίους* scripsisse: Carm. IV, 3, 1 sq.

Quem tu, Melpomene, semel

nascentem placido lumine uideris

Vertit Flaccus *ἀρχιβίους* nimirum illo nascentem; placido uesce erat perspicuitatis causa adponere, id quod in Graecum poetam non cadere demonstraui. Premebatur contra cuncti neteres poetae, et optime quidem, caelestes, si cui mortalium uel fauerent uel quid destinarent, illi nascenti iam adstare cf. Odys. η 197 sq. *

πέισεται, ἄσσα οἱ αἶσα κατά κλῶθές τε βαρεῖαι
γινόμενῳ νῆσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

quo spectat Callim. Lau. Pall. 104; cf. Hymn. Dian. 23. Menandr. frg.

quasi longum vitae cursum exprimi equidem cum Weicherto quem nec Ritschelins l. l. p. 68 improbauit, penitus sentio.

Postremum adnoto me quamuis plerique atque adeo Ritschelins p. 63 dissentiant, Suidam de Aristophae narran-tem: *μαθητῆς Καλλιμάχου καὶ Ζηνοδότου· ἀλλὰ τοῦ μὲν νέος, τοῦ δὲ παῖς ἤκουσε* non posse non interpretari sic ut Callimachus puerum, adolescentem Zenodotus dicatur docuisse. Nam priore loco Callimachus ponitur, et quod *ὁ μὲν* ad membrum posterius et idem propius refertur, bene graecum hoc esse exemplis docuit Buschius p. 9, nec a Suidae usu alienum ex eis — haec forte fortuna nunc praesto sunt — clare elucet quae s. u. *μετρονόμοι: ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν ἑξ, ἑ μὲν εἰς Πειραιᾶ, ἑ δὲ εἰς ἄστν* et s. u. *ἀρχί^b* leguntur: *ἀρχαὶ τῶν ὄλων δύο, τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον· τὸ μὲν οὖν πάσχον εἶναι τὴν ἄποιον οὐσίαν, τὴν ὕλην, τὸ ποιοῦν δὲ τὸν ἐν αὐτῇ λόγον.* His locis perspicuitatis gratia tota membra repetit, illo loco eadem de causa Callimachi nomen statim priore loco posuit: ceteroqui res eadem est et una. — Quae non satis reputasse uidentur uiri docti, quoniam credo de Callimachi aetate sententiam praeceperunt. Videtur ergo ille Zenodoto quoque natu maior fuisse. Nunc si quispiam quaerat cur Callimachus tam proeuctus aetate demum sub secundo Ptolemaeo id est inter Ol. 123,4/285 et Ol. 133,3/246 ‘celebratus’ uel ‘clarus factus’ esse dicatur: optime opinor respondet Suidas: *πρὶν δὲ ἰνquit συσταθῆ τῷ βασιλεῖ (Φιλιάδελφον dicit), γράμματα ἐδίδασκειν ἐν Ἐλευσίνι κωμυδρίῳ τῆς Ἀλεξανδρείας.* Post in conspicuam uitae condicionem euectum, ut plerumque fit, gloria libenter secuta est.

IV, 235 M. cf. Philem. *Ἀποκαριτρ.* frg. 1. Ad ipsius Cyrenaei exemplar properauit Propertius II, 3, 23:

Num tibi nascenti primis, mea nita, diebus

Candidus argutum sternuit omen Amor?

cf. Verg. Ecl. IV, 8 sqq. ‘Tu modo nascenti puero — casta faue Lucina!’ Manil. II, 126. II, 832. Stat. Silu. II, 7, 36. V, 3, 21. Mamert. Genethl. Max. 19. Locus partim debeo Peirikampi ad Hor. l. l. adnotationi. — Illud scholiastae μὴ λοξῶς principio fuit Callimacheae elocutionis interpretamentum quod mox in interpolationem uertit.

Optime igitur huuc potuit laudare Crautor*).

Nunc age accedamus ad ipsos Cicerouis et Plutarchi thesauros. Claret primum eos multis locis nomine non adlato adhibere Crautorem; deinde utrumque interdum nomine alium fontem, fortasse enim quem Crantor erat professus; postremo utrumque non semper ubi incipiat ex illo haurire statim eum laudare sed in fine demum iudicare auctorem, ut iudicariis putare ultima tantum uerba commodata esse.

Cicerouis autem proprium uidetur esse auctoris membra passim disicere, cum Plutarchus contra continuo ordine soleat exscribere; cuius consuetudinis exempla *ἐν παρέργω* adnotabuntur.

Quae *ἀξιώματα* Kayser cum cognita prorsus non haberet (ut omnino iusto lenius has quaestiones tractauit), contendit p. 37 fabulas de Cleobide, de Trophonio et Agamede, de Sileno quae sunt uel ideo non esse Crantori nindicandas quia eis uarratis demum Cicero pergeret (1, 48, 115): 'Simile quiddam est in consolatione Crautoris' (sequitur fabula de Terinaeo Elysiis); ergo cur praecedentia quoque illi tribueremus uullam esse causam. Sed uide amabo. Plutarchus consolationis capite 3 (= p. 102 C sqq.) quod est de recto in calamitate animi habitu in fine demum capituli laudat Crantorem: *μη γὰρ νοσοῦμεν, φησὶν ὁ ἀκαδημικὸς Κράντωρ* (locum qui sequitur uertit Cic. Tusc. III, 6, 12). Sed etiam initium et mediam capituli partem ex illo sumptam esse adparet ex Cicerouis locis his:

Tusc. III, 29, 71
natura adfert dolorem cui quidem Crantor inquit uester cedendum putat; premit enim atque instat, nec resisti potest.

Ib. III, 6, 12
nec absurde Crantor ille.... Minime, inquit, adsentior iis qui istam nescio quam indolentiam magno opere laudant quae nec potest ulla esse nec debet**).

Plut. c. 3 init.
Τὸ μὲν οὖν ἀλγεῖν καὶ δάκνεισθαι τελευτήσαντος νόου φυσικὴν ἔχει τὴν ἀρχὴν τῆς λύπης καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

Pergit statim
οὐ γὰρ ἔγωγε συμφέρομαι τοῖς τὴν ἀγρίον ἔμνοσι καὶ σκληρὰν ἀπάθειαν, ἔξω καὶ τοῦ θανάτου καὶ τοῦ συμφέροντος οὐδὲν.

*) Cf. Excursum II.

**) Cf. Excursum III.

Nec minus medii capitis sententiam iude uidemus sumptam:

Cic. Acad. II, 44, 135

Sed quaero quando ista fuerint ab Academia uetere decreta, ut animi sapientis commoueri et conturbari uegarent. Mediocritates illi probabant et in omni permotione naturalem uolebant esse quendam modum. Legimus omnes Crautoris ueteris Academiçi de luctu e. q. s.

Plut. c. III med.

Τὸ δὲ πέρα τοῦ μετρίου παρεκφέρεισθαι καὶ συναίξειν τὰ πένθη παρὰ φύσιν... τὴν δὲ μετριοπάθειαν οὐκ ἀποδοκιμαστούν.

His comparatis uemini opinor dubium erit totum caput esse Crautoris quamuis in fine demum laudati. — Rursus fontem nullo uerbo prodit Cicero in Tusc. III, 16, 34 adhibens id argumentum: 'Qui rerum naturam... cogitat... triplici consolatione sanetur, primum... deinde... postremo quod uidet malum uillum esse nisi culpam', quod Crautori disertis tribuit uerbis Plutarchus p. 114 C. Hic contra p. 109 B Elysii Terinaei historiae praefatur: *τοιαῦτά φασὶ γενέσθαι*, cum Cic. l. l. I, 48, 115 eam Crautoris esse testetur. Nec desunt loci quibus ab utroque Crantorem exhauriri nec tamen laudari uideamus. Velut pro exemplis uirosum qui in orbitatibus fortes se praeberent a Crantore prolatos esse Auaxagoram et Telamouem, Periclem et Xenophontem discimus ex Hierouymi uota ad Heliodorum de morte Nepotiani consolatione (epist. LX) cui tot adminicula in restituendis Crantoris et Ciceronis libellis debemus. Adloquitur Hieronymus cap. V se ipsum: "Sciebam me geuisse mortalem?" Legimus Crantorem cuius uolumen ad coufouendum dolorem secutus est Cicero. Platouis Diogenis Clitomachi Carneadis Posidouii ad sedandos luctus opuscula percurrimus qui diuersis aetatibus diuersorum luctum uel libris uel epistolis miuere sunt conati, ut etiam si nostrum areret iugenium de illorum posset fontibus irrigari. Propouunt innumerabiles uiros, et maxime Periclem et Xenophontem Socraticum..... Quid memorem Romanos duces?)... quorum

non minor in luctu quam in bellis uirtus fuit et quorum orbitates in Consolationis libro Tullius explicauit¹⁾.

In iudicio de hoc loco faciendo datur haec optio: aut illos auctores consolationum legit ipse sanctus pater aut una Ciceronis consolatio fuit ei in manibus ex qua et illa exempla et illos auctores exciperet. Atque hoc alterum statuendum esse statim intellegitur e loci indole. Etenim si Crantorem, de cuius unius lectione omnino possit cogitari, profert, extemplo autem addit Ciceronem eum esse secutum, ipse inuitus, aperte tamen, prodit e Cicerone sese illum cognitum habere. Immo uero ipsam elocutionem quae est 'legimus Crantorem cuius uolumen . . . secutus est Cicero' transtulisse uidetur ad uerbum Hieronymus e Cicerone qui 'in consolatione filiae Crantorem inquit sequor'²⁾. Accedit quod in fine illius loci se adhibuisse Ciceronis libellum ipse fatetur.

Itaque totius loci, immo totius epistolae summam reapse esse Ciceronianam nullus dubito pro certissimo contendere. Sed nihilo minus conligitur exempla illa, si ultimum quaeris fontem, e Crantore per medium Ciceronem proferre illum; nam cum ex eis quos enumerauerat Cicero auctores suos, Plato Diogenes, Clitomachus³⁾ Carneades⁴⁾ haec in re omnino non possint statui auctores, itaque restent soli Crantor et Posidonius de quibus suffragium feratur: cur tandem Posidonio calculus adiciamus, qui ue in Tusculanis quidem inter principes erat fontes, cum Crantorem a Cicerone in uniuersum

1) Narrat de Puluillo: habemus Ciceronis narrationem. Memorat Maximos Catones Gallos Pisones Brutos Martios Scaeuolas Metellos Scauros Crassos Marcellos Aufidios. u. Cons. frg. 19 et cf. Cic. Tusc. III, 70.

2) Plin. Nat. hist. praef. 22 s. Cons. frg. 8: 'Scito enim conferentem auctores me deprehendisse a iuratissimis et proximis ueteris transcriptos ad uerbum . . . non Tulliana simplicitate qui de rep. Platonis se comitem profiteretur, in Consolatione filiae Crantorem inquit sequor'.

3) Hic scripsit 'de patria euersa' non 'de morte' consolationem. Tusc. III, 22, 54.

4) Reliquit hic nihil nisi epistulas in quibus eiusmodi suaues ambages non admitti per se patet et usus docet.

'simpliciter transcriptum ad verbum' esse locupletissimo testimonio sciamus? Protulit igitur Crantor Sophoclei Telamonis uersus quos Ennius (Tusc. III, 13, 28 'ex hoc et illa iure laudantur') uertit:

'Ego quom genui tūm morituros scui et ei rei sūstuli' e. q. s.

Idem iuxta posnit Anaxagorae dictum ut Cicero (III, 24, 58) haec componit: 'Atque hoc idem et Telamo ille declarat (et Theseus ille...) et Anaxagoras: Sciebam me genuisse mortalem', cuius quidem dictum etiam Plutarchus adfert (p. 118 D) quasi de suo.

Protulit etiam historiolas illas de Xenophonte (u. infra) et de Pericle quas in Tusculanis omisit Cicero, narrat, iterum ut de suo, Plutarchus p. 118 EF, ubi ipsam praefationem (ibid. D) *Ἀποβλέπειν δὲ καὶ πρὸς* e. q. s. Crantoris esse ueri est simile²⁾.

Eadem Hieronymi consolatione usus mihi-uideor enucleasse in certo quodam sententiarum conexu Crantorem excitasse Delphica illa dicta quae sunt *Γνώθι σαυτόν* et *Μηδὲν ἄγαν*; id quod iam suspicatus est Schneider, ita tamen ut nullo argumento firmare posset opinionem. Nam Plutarchum et Cicero- nem in hac quidem re non consentire, cum ille (p. 116 C) utrumque dictum, hic in plane diuerso sententiarum conexu alterum tantum adferret (1, 22, 52), ipse sensit. Sed audi mea argumenta.

Primum iam Plato (Menex. p. 248 E) in epitaphii parte consolatoria in eodem orationis contextu quo Plutarchus ea adfert: *Πάλαι γὰρ δὴ τὸ Μηδὲν ἄγαν λεγόμενον καλῶς δοκεῖ λέγεσθαι*, et in Protagora (p. 343 B) utrumque ut uere Delphicum exhibet, ut uel inde probetur Crantorem fidelissimum sectatorem ea data occasione adhibuisse. Praecipue autem me mouet Hieronymus qui alterum dictum et is quidem in eodem contextu quo Plut. laudat; aliter Cicero nescio qua de causa in Tusc. 1, 22, 52 de animi natura disputans alterum dictum

1) Trag. Rom. inc. inc. frg. XLV R. Nec de Ennio, horum uersuum sitne auctor, nec de graeca fabula certa memoria constat. cf. Ribbeckii Röm. Trag. p. 133.

2) Cf. Tusc. III, 58. IV, 63; obseruauit unus Matthiaeus p. 50.

sic adhibet: "Cum igitur (Apollo) 'Nosce te' dicit, hoc dicit 'Nosce animum tuum' 1).

Sed iam comparando rem inlustremus:

Plut. 116 C	Hieron. C. VII A
(statim post commemoratum nimium Niobes luctum): <i>ὄν' ἐστὶ τῶν Δελφικῶν γραμμάτων τὰ μάλιστα ἀναγκαῖο- τατα πρὸς τὸν βίον, τὸ Γνωθὶ σαυτὸν καὶ τὸ Μηδὲν ἄγαν.</i>	Sed obsecro ut modum adhibeas in dolore, memor illius sententiae 'Ne quid nimis'. — (Intervallo interposito item adfert Nioben nimis luctus exemplum).

Ex quibus omnibus uidetur elucere Crantorem utrumque, Ciceronem in Consolatione alterum illorum dictorum excitasse in eo conexu in quo Plut. et Hieron. ea seruauerunt.

Duorum locorum originem quos radices trahere e Crantore uel consensu Ciceronis et Plutarchi probatur, confirmat Hieronymus:

Cic. 1, 94	Plut. 111 C	Hieron. XIV B
Quae uero aetas longa est? aut quid omnino homini longum?.. Apud Hypanim fluminum qui ab Europae parte in Pontum influit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci e. q. s. Confer nostram longissimam aetatem cum aeternitate; in eadem propemodum qua illae bestiolae reperiemur.	<i>Τὸ τε πολὺν δὴ πικρὸν ἢ μικρὸν οὐδὲν διαφέρειν δοκεῖ πρὸς τὸν ἀπειρον ἀφοροῦσιν αἰῶνα. τὰ γὰρ χίλια καὶ τὰ μύρια κατὰ Σιμωνίδην ἔτη στιγμή τις ἐστὶν ἀόριστος..... ἔπει καὶ τῶν ζῴων ἐκείνων ἄπερ ἴστοροῦσι περὶ τὸν Πόντον γιγνόμενα</i> e. q. s. (Sequitur eisdem fere uerbis de bestiolis illis ἐφημερίοις fabella).	Nam si nongentos uitae excederemus annos.... tamen nihil esset praeterita longitudo quae esse desisset. Etenim inter eum qui decem uixit annos et illum qui mille, postquam idem uitae finis aduenerit..., transcriptum omne tantum est.

Subesse unum fontem his tribus locis in propatulo est, quamuis pro suo quisque ingenio omiserit adiecerit amplificauerit. Discimus deinde Ciceronem haec hausta e Crantore 2) etiam in Consolatione habuisse.

1) Rursus alio consilio dictum adhibuit Sen. cons. ad Marc. XI, 2.

2) Vides ut h. l. Cic. et Plut. quamuis Crantori totum locum debeant, alter Aristotelem auctorem (quem nimirum ille laudauerat) nominet, alter ad famam pronocet. Eodem modo (u. p. 51) in fabula quae est de Cleobide et Bitone Cicero Herodotum nominat, Plut. iterum famae se addicit.

Pergunt autem Cicero et Plutarchus:

Simili precatione Trophonius et Agamedes usi dicuntur etc. καὶ περὶ Ἀγαμέδονος δὲ καὶ Τροφώνιον φησὶ Πίνδαρος αὐτεῖν παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος etc.

ad quos conferas Aeschinem, breuissimum eum quidem.

Hac quoque fabula eisdem fere uerbis narrata Plutarchus profert de Puidari morte fabulam, qualis ceteroqui non traditur¹⁾; pro qua Cicero historiolum de Sileno (quae apud Plut. p. 115 B) et Cresphontis dictum²⁾ notissimum, ex quo alterum uersum adfert Aesch. in Axiocho p. 368 A; tum uterque fabulam de Elysio cum oraculo illo sic narrat ut alter ex altero pridem sit emendatus. Clausulam adiciunt:

Cic. 116 init.	Plut. p. 109 Dextr.
His et talibus auctoribus usi confirmant causam rebus a dis immortalibus iudicatum.	Τοιαῦτα δὴ σοὶ καὶ τὰ τῶν διηγημάτων τῶν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἀναγεγραμμένων.

Nimirum totus hic locus Crantoris est: accedit quod 'numquam cuiquam quisquam' probauerit utrumque primum hausisse fabulas de Cleobide et Bitone et de Trophonio et Agamede sane ex uno fonte qui tamen non esset Crantor, tum utrumque ad hunc Crantorem accessisse, ut fabulam quae est de Elysio (hanc enim tribuit Crantori Cicero § 115) ex eo haurirent. Et omnino ualde esse probabile has fabulas eiusdem argumenti uiuculo aliquo inter se conexas ex eodem descendere fonte nemo non concedet.

Iam ceteros locos illis communes itaque Crantori uindicandos, quoniam pridem coniecti nouissime ab Heinio³⁾ et a Corsseno (l. l. p. 510 sqq.) trausscripti sunt, hac critica disputationis parte praeterire liceat; duos adpono nouos:

Tusc. III, 28, 66	Plut. p. 112 C
Quid est autem quod plus ualeat ad ponendum dolorem quam quom est intellectum nihil profici et frustra	Ἐὶ δὲ μεταθήσῃ ποτὶ, τί οὐκ ἦδη μετατίθεσθαι καὶ σεαντὸν ἀνέλκεις ἐκ τῆς ἀτυχίας;

1) Cf. Pind. uit. p. 9 ed. Boeckh. et Paus. IX, 23, 3.

2) Eur. frg. 452: Ἐχρῶν γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους | τὸν φύντα θρηνεῖν e. q. s.

3) De fontibus Tusc. dispp., progr. Vimar. 1863.

esse susceptum. Si igitur deponi potest, etiam non suscipi potest.

οἷς γὰρ λόγοις τοῦ χρόνου προϊόντος χρησάμενος ἀπολυθήσῃ, τούτοις νῦν προσσχὼν ἀπαλλάγηθαι τῆς κακουχίας.

et

Tusc. III, 16, 34
(Calamitate tactus sanatur) quod humana humane ferenda intellegit.

Plut. 118 C
(παραμυθούμενοι καὶ πείθοντες) τὰ κοινὰ κοινῶς φέρειν καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀνθρωπίνως.

Crantor igitur fortasse soluto metro adtulit Menandri¹⁾ illud

*Ἀνθρωπίνως χρὴ τὰς τύχας φέρειν, ξένη
τὰ κοινὰ κοινῶς δεῖ φέρειν συμπτώματα.*

Qua exhortatione illum ut censeam usum esse adducor uel eo quod exstat ea apud Ciceronem iuxta illam sententiam quam Crantori disertis uerbis a Plutarcho (p. 114 C) tribui supra p. 47 monui.

Altero loco disputaturus sum de consensu qui cernitur inter nonnullos locos Tusculanarum et Axiochi quibus semel accedit Plutarchus. Quos locos partim iam notauerunt Perionius²⁾ et Schneider³⁾, exscripsit Corssen⁴⁾ l. l. p. 516 sqq. Qui cum primum Tusculanarum librum studeret repetere, id quod nemini, opinor, probauit refutauitque Hirzelius, e Ciceronis praeceptore Posidonio, illum et Axiochi auctorem ex hoc illos locos hausisse serio ausus est ponere. Quocum mihi ex mea de Axiocho sententia omnino non potest esse disputatio, cum praesertim mirae huius opinionis fundamentum⁴⁾ iacere haudquaquam potuerit. Itaque satis habeo proponere meam coniecturam ex qua potius Crantorem medium ponam inter Aeschinem et Ciceronem Plutarchumque.

1) Com. IV, 293. 2) u. Fischeri ed. III. Axiochi p. 198 de qua cf. supra p. 9 adn. 4. 3) De Cic. Cons. p. 13.

4) Parum peritus, ut uidetur, ipsius Axiochi dictum illud quod est 'mors non pertinet ad nos' e. q. s. et alia quae Prodicii sunt a quo quaedam Epicurus accepit, huic quasi auctori tribuit Corssen; eodem inclinatur nunc Heinzius l. l. p. 332 cum de Axiochi fide dubitet, minus recte nisi fallor. Ille autem si quas habuit causas debuit certe proferre, quoniam inde profectus argumentatus est.

Mira certe est similitudo rationis illius propriae qua Aeschines (p. 370 B) et Cicero (Tusc. 1, 25, 61—63. 68—70) ¹⁾ diuinam originem humani animi student demonstrare: ennumerant animi narias uirtutes quibus usus homo bestias superauerit²⁾, uitae societatem constituerit, urbibus condendis, praecipue autem perscrutando caelum et sidera, defectus et restitutiones lunae atque temporum conuersionem obseruando, denique exercendis nariis artibus excellat; quod profecto non perfecisset

§ 70

εἰ μή τι θεῖον ὄντως ἐνῆν πνεῦμα τῷ ψυχῇ, δι' οὗ τῆν τῶν τηλικῶνδε περινοίαν καὶ γνώσιν ἔσχεν.

aic (ex memoria rerum et inuentione et celeritate motus omnique pulchritudine uirtutis) uim diuinam mentis agnoscito. cf. § 62 extr. (Quae omnia qui uidit) is docuit similem animum suum eius esse qui ea fabricatus esset in caelo.

Aptissimus hic locus mihi uidetur ad discendum quomodo fons a riuulo discernatur. Fluxit uerbosa et inflata illa narratio qua Cicero ita gaudet ut bis eam lectori offerat, ex Axiochi tenui simplici sobria argumentatione. Quem ipsum cum nullo modo possit sumi a Cicerone esse adhibitum, medium fontem esse Crantorem censeo.

Adparet deinde triplex hic consensus:

Ax. 369 B	Cic. 1, 91	Plut. 109 F
(Ἦκουσα δέ ποτε καὶ τοῦ Προδίκου λέγοντος ὅτι) ὁ θάνατος οὔτε περὶ τοῦς ζῶντάς ἐστι οὔτε περὶ τοῦς μετῆλλαχότας... ὅτι περὶ μὲν τοῦς ζῶντας οὐκ ἔστιν, οἱ δὲ ἀποθανόντες οὐκ εἰσίν. ὥστε οὔτε περὶ σὲ νῦν ἔστιν, οὐ γὰρ τέθνηκας, οὔτε εἰ τι πάθοις, ἔσται περὶ σέ· σὺ γὰρ οὐκ ἔστι.	Ut nihil pertinet ad nos ante ortum, sic nihil post mortem pertinebit. In quo quid potest esse mali, cum mors nec ad uiuos pertineat nec ad mortuos? Alteri nulli sunt, alteros non attinget.	Ὡσπερ οὐδὲν ἦν πρὸ τῆς γενήσεως οὔτ' ἀγαθὸν οὔτε κακόν, οὕτως οὔδὲ μετὰ τὴν τελευτήν. καὶ καθάπερ τὰ πρὸ ἡμῶν οὐδὲν ἦν πρὸς ἡμᾶς, οὕτως οὔδὲ τὰ μεθ' ἡμᾶς οὐδὲν ἔσται πρὸς ἡμᾶς.

1) Hos locos primus contulit in uniuersum Matthiaeus p. 45 not.

2) Ὡστε καταφρονῆσαι μὲν ὑπερβαλλόντων θηρίων βίας — 'qui praesidia contra feram inuenerunt', δειμασθαι δὲ ἄστη, καταστήσασθαι δὲ πολιτείας — 'qui dissipatos homines congregauit et ad societatem uitae conuocauit'; alia.

Sed priusquam ad commentandum hunc locum adgrediar, alterum locum adiungere opus est prorsus eiusdem argumenti, insignem tamen peculiari quadam imagine siue commento atque Ciceroni et Axiocho communem:

<p>Ax. 365 D <i>ὡς οὐν ἐπὶ τῆς Δράκοντος ἢ Κλεισθένους πολιτείας οὐδὲν περὶ σὲ κακὸν ἦν· ἀρχὴν γὰρ οὐκ ἦς περὶ ὃν ἀνὴρ· οὕτως οὐδὲ μετὰ τὴν τελευταίην γενήσεται· σὺ γὰρ οὐκ ἔσει περὶ ὃν ἔσται.</i></p>	<p>Cic. 1, 90 (Qui enim satis uiderit... animo et corpore consumpto... illud animal quod fuerit factum esse nihil: is plane perspiciet...) nec pluris nunc facere M. Camillum hoc ciuile bellum quam ego illo uiuo fecerim Romam captam. Cur igitur et Camillus doleret si haec post CCCL annos euentura putaret? et ego doleam, si ad decem milia annorum gentem aliquam urbem nostram potituram putem?</p>
---	---

Est profecto notabilis quaedam et peculiaris cogitatio et plane Graeca, quam Tullius bellicosus suis Latinis pluribus explicare et inicere studuit; eadem de causa pro Graecis nominibus Romani clarissimi nomen substituit¹⁾. Similem argumentationem cum simili imagine praeter hos unus Teles praebet, ut etiam hunc e Crantore hausisse concludam. Sunt autem talia²⁾: *Ναὶ ἀλλ' οὐκέτι ἔσται* (sic interpellat consolatoris adloquium lugens). *οὐδὲ γὰρ ἦν μυρσιστόν ἔτος, οὐδ' ἐπὶ Τρωικῶν, οὐδὲ γὰρ κατὰ προπάππους σου. σὺ δὲ ἐπὶ μὲν τούτων οὐδ' ὅλως ἀχθῆ, ὅτι δὲ εἰς ὕστερον οὐκ ἔσται, δυσχεραίνεις.*

Fortasse cognationem locorum etiam indicat iu eadem argumentatione quamuis paulo diuersa ratione ab Aeschine et Cicerone inlatus Hippocentaurus; mirum certe esset si alter alterius nescius in hoc tam remotum exemplum incidisset (Ax. 369 C; Cic. 1, 90). Ceterum non alienam fuisse ipsam illam sententiam a uetere Academia praeclare euincitur simili dicto Arcesilai et ipsius ueteris Academici, qui Crautoris intimus amicus heresque et summo amore et studiis cum eo coniunctus erat. Qui docuit haec³⁾: *τοῦτο τὸ λεγόμενον κακὸν ὁ Θάνατος*

1) Hanc obseruationem praeoccupasse uideo Matthiaeum p. 46.

2) Stob. Flor. CVIII, 83, uol. IV, p. 53 M.

3) Plut. cons. ad Ap. 110 A.

μόνον τῶν ἄλλων τῶν νεομισμένων κακῶν παρὸν μὲν οὐδένα πρόποτ' ἐλύπησεν. — Accedunt pauca uestigia eiusdem generis e quibus unum iam obseruauit Welcker p. 513: (Axiochus et Ciceronianus 'discipulus' post praeceptorum orationem aequae exclamant):

Tusc. 1, 112

Prior enim pars orationis tuae faciebat ut mori cuperem . . . (omnino autem oratione perfectum est, ut mortem non ducerem in malis).

Ax. 370 DE

Εἰς τὸναντίον με τῷ λόγῳ περιέστακας· οὐκέτι γὰρ μοι θανάτου δέος ἔνεστιν, ἀλλ' ἤδη καὶ πόθος.

ad quem locum uelim conferas alterum hunc p. 366 C, ubi Socrates audita Prodicī oratione: Ita, inquit, sum adfectus ὥστε ἔγωγε μὲν παρὰ ἀκαρῆ διέγραψα τὸν βίον καὶ ἐξ ἐκείνου θανατῆ μου ἢ ψυχῆ. Scilicet εἰρωνικῶς increpat.

Nec minus memorabilem elocutionis et sententiae similitudinem inuenio eis locis quibus uterque disputat de metu ipsius temporis puncti quo fiat mors; praefatur Axiochus haec: ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως παρ' αὐτὸ τὸ δεινὸν γενομένῳ οἱ μὲν καρτεροὶ καὶ περιττοὶ λόγοι ὑπεκπνεύουσιν . . .

p. 365 C

ἀντίσχει δὲ δέος τι, ποικίλως περιεμύπτει τὸν νοῦν, εἰ στερήσομαι τοῦδε τοῦ φωτός καὶ τῶν ἀγαθῶν. cf. 369 D
ἐμὲ δὲ ἢ στήθεσις τῶν ἀγαθῶν τοῦ ζῆν λυπεῖ

Cic. 1, 83

illud angit uel potius excruciat, discessus ab omnibus iis quae sunt
bona in uita

Talem autem locum apud Crantorem fuisse etiam in ualde probatur quod omnia quae apud Ciceronem usque ad finem capituli secuntur ex illo uidentur transcripta: pergens enim statim laudat Cicero Consolationem suam in qua satis deplorassee se dicit nitam: scilicet fecit hoc secundum Crantorem; tum laudat Hegesiae librum illum famosum quem cum nusquam iterum laudet, inuenisse enim in Crantoris illi fere aequalis libro memoratum pro certo adfirmauerim; tum sequitur Callimachi epigramma quod supra (p. 40 sqq.) Crantoris libro nindicauimus. —

Postremo solus Cicero (1, 48, 115) uersus Cresphontis Euripidei (frg. 452 N.) Crantori nidetur debere; accedit quod

indicat, ut solet, Aeschiues eundem locum altero tantum uersu laudato (p. 368 A). Atque ne ullus remaneat scrupulus: uersus utrimque ciucti sunt locis quos e Crantore translatos esse supra (p. 51 sq.) demonstrauimus. — Et locum suum habeat Diogenis (IV, 26) memorabilis aduotatio haec:

Ἐθαύμαζε δὲ Κράντωρ πάντων δὴ μᾶλλον Ὅμηρον καὶ Ἐὐριπίδην, qua tamen caue ita abutaris ut quaecuuque in Plutarchi consolatione (permulta illa quidem) inueneris Homerica uel Euripidea statim tribuas Crantori.

Finem faciant duo loci Homericī¹⁾, Ω 522—534 et ο 245 qui apud Plutarchum et in Axiocho leguntur ita quidem ut in altero loco ipsam summam indicasse rursus satis habeat Aeschines laudans tantummodo uersus 525 et 526. In altero loco (ο 245) coniecturam meam adiuuat quod paulo post apud Plutarchum (p. 111 C) sequitur Crantoris locus.

Haec fere partim certissime partim magna cum probabilitate Crantori restitui puto: suspensiones hic illic in reliqua disputatione obuiam fiunt.

Subiungamus statim tres alios Academicos. Primum quidem ARCESILAUM in hoc loco uersatum esse concludas e fragmento a Plutarcho p. 110 A seruato quod supra (p. 55 extr.) adscripsimus.

Tum XENOCRATIS cuiusdam prioris *ὁμωνύμου* philosophi propinqui et eius quidem Academici *λόγος Ἀρσινοητικός, γεγραμμένος περὶ Ἀρσινοῆς ἀποθανούσης* memoratur²⁾. Quem librum ad Arsinoen, Ptolemaei Philadelphi et sororem et uxorem, pertinuisse uel ex temporum probabili computatione liquet. Itaque cum eandem esse Plutarcheam Arsinoen³⁾ Wytttenbachius mihi persuaserit, conicio illum *τινὰ τῶν ἀρχαίων φιλοσόφων* a quo pulchram illam de Luctu fabellam narrari facit Plutarchus, huic esse Xenocratem quippe qui mortuam reginam peculiari dignatus sit libro.

1) Ax. 367 D et Plut. 115 C. Ax. 368 A et Plut. 111 B.

2) Diog. IV, 15. 3) Plut. 111 F sqq.

CARNEADEM nonum Academicum et acerrimum Zenonis et Chryssippi impugnatorem inter consolationum auctores refert Hieronymus. Quem cum praeter epistulas ad Ariarathem Capadocum regem datas nihil reliquisse prodatur¹⁾, epistulas nonnullas consolatorias scripsisse fortasse sumendum est. Neque enim illud testimonium Hieronymi quod Tullianae consolationis auctoritati supra (p. 48) iudicavi, cum Hirzelio²⁾ in suspicionem vocare ansim.

Verum ut ipse nihil reliquerit, propagatus quasi est cum per alios discipulos tum per CLITOMACHUM Karthaginensem quem licet non tam mortis quam 'euersae patriae' sine exilii exstiterit consolator non praetero et quia teste Hieronymo l. l. inter Tullianae consolationis auctores fuit et quia ipsius libelli tria fragmenta exstare mihi persuasi et Heusdium uideo dubitanter conicientem p. 114.

Et primum uide quam egregie Hieronymi fides ab Hirzelio aspere nec merito uexata ab ipso Tullio Tusc. III, 54 confirmetur. 'Legimus', inquit, 'librum Clitomachi quem ille euersa Karthagine misit consolandi causa ad captiuos cines suos'. Adicit magnam libri laudem. Fuit igitur hoc scribenti ob oculos liber: iam credo neminem mihi oblocuturum esse stuenti eodem libro quem in Tnsclanarum tertio libro qui totus in re consolatoria uersatur adhiberet, paulo ante in scribenda Consolatione non caruisse Tullium. Sed de his infra fusius; nunc Clitomachei libri simul et Carneadis fragmentum quod pertinet ad consolationis locum 'de malorum praemeditatione' a Cicerone l. l. sernatum exhibemus: 'in eo' — dicit Clitomachi librum — 'est disputatio scripta Carneadis quam se ait in commentarium retulisse. Cum ita positum esset nideri fore in acritudine sapientem patria capta, quae Carneades contra dixerit scripta sunt'. — Duo alia debemus Stobaeo³⁾ qui alterum

1) Diog. IV, 65. Idem in praef. 16 κατά τινας nihil scripsisse Carneadem memorat. Doctrinae eius discipulorum commentariis ferebantur. Diog. l. l. Cic. Tusc. III, 54.

2) Untersuchungen zu Cic. philos. Schrr. III, 351.

3) Stob. Flor. XCVIII, 67 et CV, 29.

quod est *Οὐδὲν τῶν ἀνθρώπινων βέλαιόν ἐστιν, ἀλλὰ πάντα φέρεται φορῇ τινι παραλόγῳ* laudat ἐκ τῶν *Κλειτομάχου*, alterum *Κλειτομάχου* hoc:

*Τοῖς εὐπλοῦσιν ἀντιπνεύσας ἢ τύχη
ἅπαντα σιγγεῖ, κατὰ ναγαγεῖν ποιεῖ*

τὰ τῇ φρονήσει καὶ τοῖς λογισμοῖς ὀρθῶς ἐκπειρονῆσθαι δοκοῦντα πρὸς τὸ καλῶς ζῆν.

Utrumque ad consolationis sollemnem et sexcentis modis uariatum locum pertinet quo monemur ne in hac misera uita semel coulocati uicibus fortunae cuius constantia sit summa inconstantia frangi nos patiamur. Et ut scrupulum, si qui forte etiam residat, euellam, reicio te ad Theophrastei libelli gemellum de fortuna locum quem supra p. 35 exscripsi.

Crantori aetate suppar HEGESIAS Cyrenaicae scholae philosophus omnino non esse beatitudinem in molestissima uita ratus ¹⁾ dolorem saltem quam maxime fugiendum esse docuit cum alias tum libro quem inscripsit *Ἀποκαρτερῶν*. In quo quidam per inedia[m] decedens uitae humanae enumerauit mala ²⁾. Ex quo *πεισιθάνατος* uocatus propterque perniciosum doctrinae effectum a primo Ptolemaeo expulsus est. Ad illum librum potest spectasse Apollodorus Gelous nouae quam uocamus comoediae Atticae poeta qui comoediam de cuius argumento ceteroqui nihil propter fragmentorum penuriam possumus suspicari, inscripsit *Ἀποκαρτερῶν* ³⁾. Is cum a Suida *σίγχερος Μενάνδρου* dicatur, certe potuit Hegesiae librum illa aetate famosum admodum comoedia *ὁμωνύμῳ* perstringere et inridere.

Ceteros quoque Cyrenaios e peculiari ipsorum doctrina quam de malorum praemeditatione protulerunt, haud sperneuda de consolatione praecepisse scimus hodie ⁴⁾.

1) Diog. II, 94 sq. 2) Cic. Tusc. I, 84.

3) *Ἀπολλοδώρου Ἀποκ.* Stob. Flor. XVI, 11; Carystii Apollodori *Ἀποκ.* habet Suid. s. u. *σπουδαῖον*, s. u. *Ἀπολλ. Γελῶνος: Ἀποκ. ἢ Φιλαδέλφοι*, quod inuerso ordine Athen. XI, 472 C scribit. cf. Mein. Com. IV, 439 et hist. crit. p. 459. — Valde memorabile uidetur esse hanc comoediae inscriptionem (*Ἀποκαρτερῶν*) etiam Antiphani et Philemoni placuisse.

4) Cic. Tusc. III, 13, 28. 15, 31. 22, 52.

Plurimus erat in hoc genere EPICURUS. Cuius inter fragmenta ea quae inuenio consolationi non solum apta sed propria licet mihi credo referre ad consolationem quam *περὶ τῆς Ἡγησιάννακος τελευτῆς πρὸς Λοσίθεον τὸν πατέρα καὶ Πύρρωνα τὸν ἀδελφὸν τοῦ τεθνηκότος*¹⁾ misit. Quam consolationem fuisse in Epicuri epistulis quae in collectionem redactae erant²⁾, intellegitur e uerbis Plutarchi qui l. l. pergit *ἔναγχος γὰρ κατὰ τέχην τὰς ἐπιστολὰς διήλθον αὐτοῦ*³⁾. — Ceterum cum apud Diogenem inueniam memoratum eiusdem librum *Ἡγησιάνναξ*, equidem memor inscriptionum quae sunt *Ἀξιοχος* (*ἧ περὶ θανάτου*), *Εὐδημος* (*ἧ περὶ ψυχῆς*), *Καλλισθένης* (*ἧ περὶ πένθους*), dein reputans Hegesianactem sine dubio Epicuro familiarissimum fuisse illum librum pariter de defuncti amici morte uel omnino de his quaestionibus scriptum fuisse non sine probabilitate mihi uideor conicere.

Exstat autem apud Lucretium⁴⁾ locus consolatorius qui haud paucis tam mire cum eis conuenit quae ab ipso Epicuro fuisse adhibita aliunde discimus, ut non possimus non concludere illius consolationem (cui fortasse accedit ille Hegesianax) ipsam a Lucretio ibi exhaustam esse⁵⁾, itaque cetera quoque argumenta quae ab eo proferuntur, etiamsi ab aliis ut Epicurea disertis uerbis non memorentur, Epicuro tamen esse tribuenda. Et primum quidem Epicurum non minus quam Crantorem adhibuisse Axiochum euincitur. Transtulit enim Prodicum argumentum quod est 'mors nihil ad nos pertinet' paene ad uerbum:

1) Plut. non posse etc. p. 1101 B. 2) Diog. X, 28 extr. cf. Plut. l. l.

3) Infelicissime Heusdius p. 63 adn. 2 inclinatur in suspicionem inanem Menagii, qui cum apud Diog. titulum *Ἡγησιάνναξ* cum praecedenti qui est *περὶ δαιμόνητος* perperam coniunctum legoret, librum hunc fictitium et illas a Plutarcho memoratas epistulas (erat omnino una epistula) idem opus fuisse hariolatus est ad Cic. de nat. deor. 1, 41, 115; unde nisi Epicurum scripsisse 'de pietate aduersus deos' nihil accipimus. Reisacker l. l. cum Plut. l. l. non satis accurate inspexisset, Hegesianactem et illam consolationem pro uno libro habuit.

4) De rer. nat. III, 830—1094 L.

5) Praeter alia etiam hanc suspicionem obiter adnotauit Reisacker p. XLIV.

Τὸ *φρικωδέστατον* inquit οὖν τῶν κακῶν ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, *ἐπειδήπερ* ὅταν μὲν ἡμεῖς ὦμεν, ὁ θάνατος οὐ πάρεστιν· ὅταν δ' ὁ θάνατος παρῆ, τόθ' ἡμεῖς οὐκ ἐσμέν. οὔτ' οὖν πρὸς τοὺς ζῶντας ἐστὶν οὔτε πρὸς τετελευτηκότας, *ἐπειδήπερ* περὶ οὓς μὲν οὐκ ἐστὶν, οἱ δ' οὐκέτι εἰσὶν¹⁾. Atque apud Lucretium Epicurus huic doctrinae eandem quam supra (p. 55) notauimus Aeschinis imaginem ὡς οὖν ἐπὶ Δράκοντος ἢ Κλεισθέτους πολιτείας οὐδὲν περὶ σὲ κακὸν ἦν e. q. s., nempe ut a Cicerone sic etiam a poeta Romano coloribus magis Romanis distinctam, addit:

Nil igitur mors est ad nos neque pertinet hilum,
 Quandoquidem natura animi mortalis habetur.
 Et uelut ante acto nil tempore sensimus aegri
 Ad confligendum uenientibus undique Poenis..
 Sic ubi non erimus.....
 Scilicet haud nobis quidquam, qui non erimus tum,
 Accidere omnino poterit sensumque mouere.

Nemo iam ut opinor dubitabit mihi adsentiri pariter ab Epicuro in consolatione hunc locum explanatum et adornatum fuisse.

Videtur igitur etiam Epicurus Axiochum adhibuisse, nisi forte statuere malis inter eum et ipsum Crantorem qui eodem fere tempore docebat intercedere cognationem. In quam quidem opinionem pronus erit quicumque contulerit de animi indolentia detrectanda hos locos quorum uterque ex illorum philosophorum consolationibus adfertur²⁾:

Epicurus	Τὸ γὰρ ἀνώδυμον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίγνεται μισθῶν τῷ ἀν- θρώπῳ· τεθριώσθαι γὰρ εἰκὸς ἐκεῖ μὲν σῶμα, ἐνταῦθα δὲ ψυχὴν
Τὴν εἰς τὸ ἀπαθὲς καθεστῶσαν ἀλ- πίαν ἐψ' ἑτέρου μείζονος ὑπάρχειν, ὁμότιτος ἢ δοξοκοπίας καὶ λύσεως· διὸ πάσχειν τι βέλτιον	

1) Diog. X, 125 ex epistula ad Menoeceum sunt; respondet Lucr. l. l. 830 sqq. Constat autem, et de illo argumento consolatorio quod exscripti supra disertis uerbis testatur Plut. p. 1101 B, Epicurum se ipsum solere exscribere.

2) Plut. p. 1101 A et cons. ad Ap. 102 D. — Epicureas sententias Ciceronem in Crantoris libello inuenisse tractatas nideo statuere Heinium l. l. p. 11.

En mira sententiarum concordia! Quae opinio ut fundamento quasi stabiliatur utque simul experimento eluceat Lucretium consolantem ex uno Epicuro pendere, adpono locum et decantatum et egregie consolatoribus gratum.

Lucr. 938 Car non ut plenus uitae conuiuia re- cedis Aequo animoque cap- pis securam, stulte, quie- tem?	Cic. Tusc. V, 118 Mihi quidem in uita ser- uanda uidetur illa lex quae in Graecorum con- uiuiliis obtinetur. Aut bi- bat inquit aut abeat. Et recte; aut enim fru- tur aliquis pariter cum aliis uoluptate potandi aut ne sobrius in uiolen- tiam inuolentorum inci- dat, ante discedat . . . Haec eadem quae Epi- curus totidem uerbis dicit Hieronymus.	Hor. Ep. II, 2, 213 Vinere si recte nescis, decede peritis. Lusisti satis, edisti satis atque bibisti. Tempus abire tibi est, ne potum lar- gius aequo Ri- deat et pulset las- civia decentius aetas.	Plut. cons. ad Ap. 120 B Ἄλλὰ γὰρ ἐκείνιος μὲν . . . προαπε- φοίτησε τοῦ θνη- τοῦ βίου, καθά- περ ἐκ συμπο- σίου, πρὶν εἰς τινα παροιμίαν ἐκπεσεῖν τὴν τῶ μακροῦ γήρατος παρ- επομένην.
--	---	--	--

Ex hoc consensu conligo primum hunc locum in Epicuri consolatione adornatum fuisse, deinde eundem a Cicerone et a Plutarcho uideri inuentum esse in Crantoris libello.

Huc accedit alter locus Epicuri apud Lucretium (u. 1090 sqq.) qui est 'uitam cum aeternitate comparatam puncti instar esse quem Crantorem habuisse supra (p. 50) demonstraui¹⁾. Sed reuertor unde digressus eram.

Optime sibi respondent hi loci (cohaerentes illi quidem cum eo argumento quod modo tractaui) quibus eandem argumentationem eisdem commentis coloribusque distinguunt Aeschines et Epicurus. Qui eo magis digni sunt qui adscribantur quod uidentur adhuc latuisse²⁾:

Axioch. p. 365 C ἀντίσχει δὲ δέος τι, ποικίλως περι- μύττον τὸν νοῦν εἰ ἀειδὴς δὲ καὶ ἄπυστος ὁποῖοτε κείσασμαι σηπό- μενος, εἰς εὐλὰς καὶ κνώδαλα μετα- βάλλων.	Lucr. III, 870 Proinde ubi se uideas hominem in- dignarier ipsum Post mortem fore ut aut putescat cor- pore posto Aut flammis interfiat ma- liae ferarum.
---	--

1) Praeterea cf. Lucr. l. 1. 861 sqq. cum Ax. p. 365 D Cic. Tusc. 1, 6. 12.

2) Lucr. 870—887. Ax. p. 365 CD.

Σω. *Συνάπτεις γάρ, ὃ λήθοις, παρὰ τὴν ἀνεπίστασαν ἀνεπιλογίστως τῆ αἰσθησάσαι αἰσθῆσιν, καὶ σεαυτῶ ὑπαντία καὶ ποιεῖς καὶ λέγεις, οἷα ἐπιλογιζόμενος ὅτι ἅμα μὲν ὀδύρει τὴν ἀναισθησίαν, ἅμα δὲ ἀλγείς ἐπὶ σήψει καὶ στερήσει τῶν ἠδέων, ὥσπερ εἰς ἕτερον ζῆν ἀποθανούμενος*

... quamvis neget ipse | Credere se quemquam sibi sensum in morte futurum: | Non ut opinor enim dat quod promittit et undo | Nec radicitus e uita se tollit et eicit, | Sed facit esse sui quiddam super incius ipse | ... Ipse sui miseret: neque enim se dididit illinc | Nec remouet satis a proiecto corpore et illum | Se fingit sensusque suo contaminat astans |

Pulcherrimus uero ille de uanis Acheruntis terroribus apud Lucretium (uu. 978—1023) quem sane propriis quoque luminibus inlustrauit poetae ingenium, certo deriuatur ex Epicuro; si quidem Seneca hanc uere decantatam sententiam ‘cantilenam Epicuream’ uocat. Quae quin in eius consolatione locum suum habuerit, nulla dubitatio.

In nulla absoluta consolatione deerant uaria exempla uarios in usus prolata, quae Cicero quidem utilissima esse censuit, rectissime et humanissime procul dubio. Quare cum apud Lucretium (uu. 1024—1045) locum qui est ‘de mortis necessitate’ compluribus exemplis confirmatum legamus, uel ideo in hac quoque re Epicuri consolationem ab illo adhibitam esse putabimus. Sed ecce Plutarchus in consolatione (iuxta quosdam Euripidis locos) adponit quattuor uersus manifesto alicunde ex eodem loco sumptos:

*Ποῦ γὰρ τὰ σεμνὰ κείνα, ποῦ δὲ Αὐδῆς
μέγας δυνάστης Κροῖσος ἢ Ξέρξης βαρύν
ζεύξας θαλάσσης ἀνχέν’ Ἑλλησποντίας;
ἅπαντες αἶδαν ἦλθον καὶ Λάθας δόμονς.*

Quorum alterum et tertium Reisacker contulit cum Lucretii u. 1029 quo idem Xerxes innuitur:

‘Ille quoque ipse, uiam qui quondam per mare magnum Strauit’ — cui addere lubet rei causa u. 1033 (sc. Xerxes) ‘Lumine adempto animam moribundo corpore fudit’.

Optime ille quidem, modo ne ex Euripide uersus a poeta arcessitos esse statueret, graui inductus errore!). Quod uero

1) ‘Eurip. Cresph. frg. apud Plut. cons. ad Ap. c. 15’ dicit uir doctus

Lucretium Epicurum suum exprimentem subito alio auolasse sumpsit, omniuo inritus sumpsit. Nos potius fontium eruedorum usu admoniti illum hos uersus apud Epicurum poetarum expilatorem laudatos inueuisse rectius contendemus¹⁾. Qui uersus quo patre siut orti *ἐν πατέργῳ* quaesiuimus. Sed uunc ualeat Epicurus.

METRODORI Epicurci illi aetate fere aequalis ab uuo Seneca²⁾ commemoratur epistula consolatoria ad sororem de optimae iudolis filii morte missa.

Ad PLUTARCHUM peruenimus. Is pro ingenii suauitate de hoc quoque genere litterarum optime meritus est libro qui est *περὶ εὐθυμίας* et tribus consolationibus quae inscribuntur *πρὸς τὴν ἰδίαν γυναῖκα*, *περὶ φυγῆς* ad amicum exultantem, *πρὸς Ἀπολλώνιον*. Accedunt e falsi Lampriae catalogo scriptorum Plutarchi *παραμυθητικός πρὸς Ἀσκληπιάδην* (CXI) post quem *παραμυθ. πρὸς τὴν γυναῖκα* memo-

l. l. p. XLIV adn. 1, cum nisi h. l. hi uersus omnino non adpareant unde auctorem sciamus. Nauckius eos non recepit in *tragg. gr. fragg.*; Bergkiius qui eos in *Lyr.*⁴ III, p. 739 recenset iambographum aliquem recentiorem auctorem esse suspicatur. Equidem cum neutro facio. Euripidi uersus utique abiudicandi sunt et propter sermonem [uerbo *δυναστίης* plane abstinet; semel dicit *Ἡλίδος δυνάστωρες* J. A. 280. Ne in cantico quidem *αἶδαν ἤλθον* dicere potuit nedum in senario. Nam *εἰς Αἶδον ἐλθεῖν* solet dicere. Semel in cantico (Alc. 237 *μαραινόμεναν νόσφ) χθρόνιον παρ' Αἶδαν* habet. Similiter Soph. O. C. 1461 *βροντὴ μ' ἄξειται πρὸς Αἶδην*. Forma uero quae est *ἴδαν* nisi in canticis (Soph. El. 833. Ant. 822) omnino locum non habet] et propter ipsam indolem; neque enim Euripides e rerum gestarum memoria nominatim exempla petere adsolet. Equidem recentiori alicui tragico adsignari uelim uersus quorum argumentum non ad iambographum facere uidetur.

1) Pariter iudico de Lucr. uu. 840—842 qui *Trag. gr. frg. adesp.* 430 manifesto spectant; et de u. 960 qui ex Eur. *Suppl.* 1108—1113 et de u. 971 qui indidem (e uu. 534sq. qui per me licet alius cuiuspiam sint poetae) deriuandus est.

2) Sen. *epist.* 98, 9. cf. 99, 25, ubi Graccorum uerborum lectio tam dubia est, ut adquiescendum sit in Senecae paraphrasi quae accuratissime ad Metrodori uerba se adplicare uidetur.

ratur (CXII), et quem adhuc omnino non animaduenterunt *περὸς Φησίαν παραμυθητικός*. Quod ad illum, pronus statim eram ad coniciendum *Ἀσκληπιάδην* errore exaratum esse pro eo quod est *Ἀπολλώνιον*. Nam consolatio ad Apollonium in catalogo desideratur; et quem non moueat illa uiciuitas? ¹⁾ Sed tamen nunc huic commento diffido propterea quod catalogum illum truncum esse constat. De consolatione autem ad Festiam non est cur catalogo, graui certe testi, fidem abrogemus. Eorum enim opiouem qui de Plutarchorum Chaeronensis et saeculi p. Chr. u. IV Platouici confusione cogitauerunt omnino cum Treuio (p. 53 sq.) reiciendam censeo.

Atque ex hoc quidem libro quem postremo posui restituendo huic litterarum generi operam uanatur proficiscendum est, quia eo longe plurimae huiusmodi scriptorum reliquiae egregie seruatae sunt. Quo magis mireris Volkmannum ²⁾ uirum doctissimum optimeque de Plutarcho meritum hunc ipsum librum tantae doctrinae speciem prae se ferentem ab illo abiudicasse. Cuius uniuerso iudicio cum adsentiri nullo pacto possim, argumenta quae ille adtulit breuiter perstringam et refutare studebo.

Ac primum quidem negat Wyttenbachium ³⁾ ullo fundamento uisum adulescenti Plutarcho libellum uoluisse adsignari. At cum eis quae ille prudentissime dixit de libri stilo ratione indole, quae sine dubio magis calidum adulescentem quam moderatum uirum sapiunt, ne uno quidem argumento possit aduersari: uoune potius eum ipsum conicientem quam Wyttenbachium explicantem fundamento carere dicemus?

Pergit (p. 135): sententias in libello prolatas eas esse quas quicumque ad scribendam consolationem adcingatur proferre

1) In quam suspicionem neminem in his nersatum non incidisse uideo. cf. Treul de Lampriae qui fertur Plutarcheorum scriptorum catalogo diligentissimam disputationem (Waldenburg 1873) cui ipse catalogus ex eiusdem recensione praemissus est, p. 39 et 54.

2) Plutarchs Leben u. Schriften 1, 129 sqq. Cuius iudicium secutus est Gerckius.

3) Animadu. II, 696.

debuerit, nisi hospes esset in rhetorum praeceptis; constare enim illas locis communibus qui passim a rhetoribus, uelut a personato Dionysio¹⁾ et Menandro²⁾, pronuntientur. Qui loci cum a scriptore ne apte quidem dispositi tractatique sint, libellum Plutarcho indignum esse censendum. — Minus rectum esse quod de locis communibus dicit uir doctus, cognoscet quicumque perpaucos illos et uiles locos qui apud illos rhetores exstant cum huius scriptoris permultis et grauissimis argumentis contulerit, quae non rhetorum artibus sed ipsis scriptorum philosophorum poetarum sacrariis debeantur. Quare nescio an rectius ingentem ueterum litterarum notitiam adgnoscas et admireris.

Disponendi uero argumenti negligentiam in alia quoque Plutarchi scripta cadere et notum est et ipse fatetur Volkmannus³⁾.

Grauissimum autem argumentum censet repetendum esse e ratione laudandi aliorum scriptorum locos a genuino Plutarcho plane aliena: nimium omnino transcribendi amorem efficere ut interdum tota capita aliorum dictis constant; nimiam Crantoris expilationem uituperandam esse; exempla e rerum gestarum memoria deprompta fere deesse, id quod in Plutarcho paene nequeat explicari; falsas esse illas de Pericle Dione Demosthene fabulas, cum a uero Plutarcho in illorum uirorum uitis (capp. 36. 55. 22) prorsus aliter narrentur.

Sed ne unum quidem horum argumentorum stare posse mihi uidetur. Primum quod gaudet scriptor in proferendis cum pedestris orationis scriptorum tum poetarum locis, tantum abest ut debeamus mirari aut reprehendere, ut contra hanc certam consolatorum consuetudinem notemus. Perlustra quaeso eiusdem Plutarchi consolationem ad amicum exulantem missam; perlustra Axiochum libellum ceteroqui tam adstricto et parco stilo conscriptum; Crantorem in consolatione passim Homeri et Euripidis locos laudasse et Diogenes testatur et nos de-

1) In art. rhet. c. VI, 5. 2) *Π. ἐπιδ.* c. IX p. 413 sqq. Sp.

3) In peculiari 'commentatione de consolatione ad Apoll. Pseudo-plut.' p. 4.

moustrauimus; Epicurum optima quaeque praecepta e poetis esse furatum disertis uerbis traditur¹⁾; Ciceronem nidemus debacchantem in laudandis uariorum scriptorum locis in Tusculanis disputationibus: idem enim in Consolatione fecisse pro certo licet adfirmare; neque ipse Hieronymus dubitauit passim ethnicos quos dicebant et philosophos et poetas in partes suas uocare.

Qui mos noue egregie conuenit cum consilio consolatoris, quippe qui cum maerentis aimum hoc suani blandimento a curis suis ad iucundiores imagines auocare, tum similibus uariorum hominum dictis adferendis quibus calamitates quae in nos incidant mala nou esse, immo certe et fereudas et tolerabiles esse consentiant, hoc idem maerenti persuadere studeat? His si addideris Wyttenbachii de Plutarcho iunene libelli huius auctore sententiam, si nimius uideatur consolator in congerendis aliorum testimoniis: hoc uitium non tam exprobrabis personati Plutarchi sterilitati, quam genuini ignosces iunenili ardori. — De Crantore inter libelli fontes recensendo supra p. 38 sqq. accuratiora exposuisse nobis uidemur. Quod uero uir ille doctissimus exempla cum alia tum e rerum gestarum memoria petita desiderat, nou nideo quo iure ea quidem requirat, quoniam ubique et sententiarum et argumentorum adferuntur testes, quos indicasse satis habeo: Diogenes Cynicus moribundus (p. 107 F), Pausanias Lacedaemoniorum rex, Macedonum Philippon, Theramenes unus e triginta tyrannis (105 A—C), Antimachus poeta (106 B sqq.), Socrates (108 D), Arsinoe regina (111 F sqq.), Anaxagoras Xenophon Pericles Demosthenes Antigonus Gonatas (118 D sqq.); quibus adduntur sexcenta exempla e ueterum fabulis sumpta: ut equidem in profereendis exemplis admodum frequentem esse scriptorem censeam, id quod ipse uidetur sensisse, cum p. 119 D post longam exemplorum enumerationem *πλὴν πολλῶν ὄντων παραδειγμάτων τῶν διὰ τῆς ἱστορίας ἡμῖν παραδιδόμενων τῆς τε Ἑλληνικῆς καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς κτλ.*, in adlatis tamen adquiescendum esse arbitretur.

1) Sext. Empir. adu. gram. 1, 273 Bkk. ὁ δὲ Ἐπίκουρος φησὶται τὰ κράτιστα τῶν δογμάτων παρὰ ποιητῶν ἀνηρακῶς. u. Excursum IV.

Venimus ad id argumentum quod primo oculorum obtutu grauius uidetur esse, illud dico quod Volkmannus petit ex fabularum illarum narratione, absonam quam putat esse a memoria quam in Plutarchi uitis earum fieri uideamus. Verum tamen ne hoc quidem recte protulisse uir doctus censendus est. Primum enim de Demosthene omnino mihi recte docuit, cum de hoc uiro auctor Consolationis et Plutarchus in uita non modo non sibi contradicant sed potius mirifice congruant, si quidem in utriusque narratione idem Aeschinis aduersarii dictum adicitur. Atque ne quidquam dubii residueat: Cicero (III, 26, 63) eandem fabulam narraus eandem Aeschinis criminationem et plauē idem de illa iudicium adicit (cf. ad Plut. 119 C med.), ut nos iam sciamus quem fontem uterque adhibuerit. Quod autem in eadem narratione de Philippi regis morte paulo ante nuntiata nihil additur, bene fit. Nam illa quid ad consolationem adinet? — Quod ad historiolas quae sunt de Periclis et Dionis constantia, hae sane aliter in Consolatione aliter in uitis narrantur, aperta tamen de causa. Fluxisse enim has fabulas quae sunt de Anaxagora Xenophonte, Pericle Demosthene e Crantoris libro et aliis argumentis et Ciceronis cum Plutarcho in his rebus consensu supra (p. 47) demonstrauius¹⁾.

Quae cum ita sint, non puto iusto audacius statui item fabulam quae est de Dione quem *ζηλωσαι λεγεται Δημοσθένης* (p. 119 B med.), Plutarchum consolationem scribentem e Crantore sumpsisse. Et alios nimirum fontes consolator, alios rerum gestarum scriptor etiam aetate prouectus Plutarchus secutus est. Itaque haec potius adnotanda sunt pro exemplis quibus discatur quam uarias commutationes tales de uiris inlustribus fabulae passae sint: nam rursus eis quae in Consolatione et in uitis de Pericle et Dione diuerse traduntur unum subesse archetypum nemo est qui uideat.

Inique uero Volkmannus mihi quidem uidetur iudicasse de fabula me iudice uenustissima quam de luctus origie scriptor

1) De fabula Xenophontis u. p. 100.

facit narrantem Arsinoae reginae τινὰ τῶν ἀρχαίων φιλοσόφων (p. 111 F sqq.). Eandem fabulam Plutarchus Aesopo tribuens non tam narrat quam indicat in consolationis ad uxorem missae capite VI, diuerso plane consilio et aliter si Volkmannum, si me audis plane eodem consilio et pari modo; nisi quod hoc unum interest quod altero loco fabula lepidissimo ornatu uestitur, altero parcissimis quasi delineatur uerbis. Est enim utriusque summa haec: Luctus a quo nutritur et fouetur eum colit neque umquam deserit; aut — ut Sotionis Pythagorei *) ad fabulam eandem spectantis utar uerbis — ὅτι ἡ λύπη παρ' οἷς ἂν τρέφεται, καὶ αὐξεται παρ' ἐκείνοις ἡδέως καὶ μένει ¹⁾; siue — id quod eodem redit — amorem quandam luctus ἄγρια ποιεῖν καὶ μανικὰ καὶ δυσεξίλαστα τὰ πένθη ²⁾, contra luctum si non colatur facile coërceri et ad minimum reduci (111 F).

Breuitatis autem illius quam in consolatione ad uxorem dataprehendimus aperta ut opinor causa haec est. Eo tempore quo Plutarchus illam scripsit, neque ipse neque uxor talibus festiuarum fabellarum deliciis delectabantur utpote paucis diebus post filiolae obitum (c. L); consolatio autem ad Apollonium et scripta et missa est aliquanto post amici orbitatem ³⁾. Accedit quod Plutarchus ad uxorem quae uidetur fuisse mulier adprime sobria simplexque — ut iam Wytttenbachius monuit — omnino simpliciter et ex imo corde scribit.

Verum quod in cons. ad Apoll. τῆς τῶν ἀρχαίων φιλοσόφων auctor uel potius narrator, altero loco Aesopus auctor inducitur, quis hoc mirabitur qui reputauerit de talibus apud ueteres memoriam ualde fluxam ⁴⁾ et hanc potissimum fabulam neglecto auctoris nomine decantatam in hominum ore fuisse.

*) Excursus V.

1) Stob. Flor. CVIII, 59 Σωτῖωνος ἐκ τοῦ περὶ ὀργῆς. Mull. II, 47.

2) Ad ux. c. VI et ad Ap. 111 F.

3) p. 102 A extr. ἐπειδὴ δὲ καὶ χρόνος ὁ πάντα πεκαίνειν εἰθὺς ἐγγέγονε τῇ συμφορᾷ e. q. s. Etenim tum demum consolatio suo loco est, ut secundum Chrysippi praeceptum (cf. Heusdium p. 71 et Wytttenb. a. l.) praefari solent.

4) Memor sis e. g. Democritei illius dicti quod a Luciano Demonacti amico uindicatur. cf. p. 8.

Etenim ne Sotio quidem habuit quem auctorem nominaret*), et simillima allegoria a Iamblichō¹⁾ Pythagorae tribuitur. Et quidni Plutarchi ille 'netus quidam philosophus' Aesopi fabulam in usum suum adhibuerit? Mihi quidem constat sub complurium nominibus uulgatam fuisse illam fabellam quam Plutarchus in aliis scriptis et eis fortasse longo tempore distantibus aliis tribuere posset auctoribus.

At contra Wyttenbachium, qui in hoc libro sublimem et Platonicum, saepe adeo tragicum obseruauit stilum, Volkmannus potius frigidam detortam tumidam dictioem reprehendit.

Per me licet: sed cum hac certe *δύσκριτος* sit quaestio, ego satis habeo salua conscientia totum me addicere Wyttenbachio quocum de pretio aurei libelli prorsus mihi conuenit. In quo equidem adgnosco dicendi et disputauidi uou exiguam uenustatem, cogitandi summam sublimitatem, iudicauidi probam sanitatem, profundam Plutarcho haud iudignam doctrinam; contra post ipsam primam lectionem non sine admiratione animadnerti miram distribuendae materiae incuriam, quam tamen satis mihi uideor explicare e scribendi quodam iupetu et ardore. Ceterum cum fructu comparatur illa consolatio ad exulantem amicum a Plutarcho missa cuius et uiuersus color totaque ratio et singularum elocutionum indoles lectorem statim de hoc libello admonet.

Quae cum ita sint, ne illud quidem argumentum quod post Benselerum Volkmannus ex hiatus uitandi incuria repetiuit, quippe quae non in uuo hoc scripto obseruetur, satis ponderis mihi habet ut a Plutarcho abiudicem *παραμυθητικὸν πρὸς Ἀπολλώνιον*; praesertim cum mihi nequaquam ueri tam dissimile quam Volkmanno l. l. p. 113 uideatur esse illum eam sibi legem inposuisse uirum qua iuuenis nondum adstrictus esset. Sic olim Isocrates hiatus uitandi auctor cum *πρὸς Εὐθύνοιν ἀμάρτυρον* et *Τραπεζικὸν* orationes scriberet, hiatus passim admisit, unde Benseler ne his quidem ut parceret

*) Excursus VI.

1) Vit. Pyth. 122 sq.

ab animo suo inpetrauit, ipse tamen uirorum doctorum consensu improbatus. Quamquam hanc rem non prorsus eandem esse haud ignoro. Consolationem autem illam iuuenile esse opus ad amussim demonstrare non possum; sed sunt quae tuto liceat peritorum sensui committere.

Quod adinet ad huius libelli fontes: de Crantore satis dictum est, et sufficit memorasse Platonem. Ceteros autem fontes (nam uarios auctores nidetur adhibuisse Plut.) uix quicquam adgrediatur aperire. Velut cum p. 113 D *διὰ τὸν ἐκ τῶν ματαίων ἐλλπίδων ἀναπλασμόν* luctum augeri doceatur, apud Hipparchum Pythagoreum¹⁾ eandem doctrinam similibus uerbis (*τὰ δεδομένα ἀντοῖς ἐπὶ τὸ βέλτιον προαναπλάσαντες κτλ.*) proferri uidemus; et multa alia inueniuntur etiam apud alios ut apud Senecam et Boethium, quae tamen ad certos fontes referre non audemus.

Adicienda sunt exili adpendice pauca nomina. Inter APOLLONII TYANEI Pythagorei epistulas est consolatoria ad fratrem de uxoris morte missa²⁾. Accedit multo maior consolatio ad Valerium de morte filii³⁾, sublimitate et ampullis nimia, haud tamen indocta. In IULLIANI epistulis⁴⁾ pulchra consolatio quam ad Amerium quendam carissima coniuge orbatum imperator misit nobis seruata est. Exstat SYNESII episcopi consolatoria epistula⁵⁾. Inter spurias illas epistulas quae PHALARIDIS tyranni olim ferebantur et praedicabantur, duae sunt consolatoriae⁶⁾, haud spernendae eae quidem nec doctrina destitutae, quas tamen ut primum a Stobaeo memoratas huc reieci. Idem cadit in XENOPHONTIS epistulas quarum tertia Socraticens ille de morte Grylli filii se consolans fingitur. Nec Byzantini huic generi defuerunt: peruenerunt ad nos una PROCOPII⁷⁾, una THEOPHYLACTI sophistae⁸⁾, IV IOANNIS TZETZAE⁹⁾ epistulae consolatoriae, quas commemorasse satis habeo.

1) Stob. Flor. CVIII, 61, p. 147 M. 2) Epist. 55 Herch. 3) Epist. 58.

4) Epist. 36. 5) Epist. 126. 6) Epist. 10 et 103. 7) Epist. 38.

8) Epist. 25.

9) Epist. 38. 68. 72. 107. (Tzetzae epistulae, ed. Th. Pressel, Tub. 1851).

Age iam breuius perlustremus rhetores, oratores, sophistas qui in hoc genere se exercuerint. Subito in satis antiqua tempora rapimur longis a finibus exules.

GORGIIAS Leontinus princeps sophistarum scripsit Athenisque habuisse dicitur *ἐπιτάφιον ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων πεσοῦσιν, οὗς Ἀθηναῖοι δημοσίᾳ ξὺν ἑκατανοῖς ἔθαψαν*¹⁾. Sed ex memoriae ipsius indole et inde quod omnino ciues tantummodo ad dicendum publicum *ἐπιτάφιον* admittebantur Athenis²⁾, adparet ficta occasione siue in auditorio orationem illam esse prolatam.

Memoratur ALCIDAMANTIS rhetoris discipuli Gorgiae *Ἐγκώμιον Θανάτου*³⁾ quod libri quem inscripsit *Μουσεῖον* partem effecisse uidetur. Nam cum a Stobaeo⁴⁾ ex hoc Museo uersus illi a consolatoribus decantati

*Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας αἶδαο περῆσαι*

exhibeantur, adparet Alcidamantem in eo similem materiam tractauisse. Itaque facile statuitur Museum illud promptuarium quoddam rhetoricum fuisse quod declamationes de uariis rebus habendas contineret, in quarum numero esset 'mortis laudatio'⁵⁾.

ANTIPHONTEM priusquam se oratoriae arti dederet scripsisse *Τέχνην ἀλυπίας* et Corinthi in foro clamitasse *ὅτι δύναται*

1) Philostr. uit. soph. 1, 9. Nec Dionysius accuratius adnotat.

2) Cf. Blassium l. l. I, 55.

3) Cic. Tusc. 1, 116. Menand. π. ἐπίδ. p. 346 Sp. Tzetz. Chil. XI, 747.

4) Flor. CXX, 3.

5) Saupplii (in orat. att. II, 155) est speciosa coniectura quam probari uideo etiam a Vahleno (qui in act. acad. Vindob. 1863 de Alcidamante rhetore scripsit, p. 11). De Musei ipsa indole non ita discrepat a Sauppio Nietzsche qui in Mus. Rhen. XXVIII, p. 219 sqq. ubi de Alcidamantis museo disputat in rhetoricarum scholarum usum illud opus compositum fuisse censet. Sed quod idem ib. XXV, p. 536 sqq. de Alcidamante certaminis Hesiodi et Homeri auctore disputans contendit in illo Museo fuisse latam illius certaminis narrationem, ex qua Stob. uersus illos *Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι* e. q. s. excerpserit quamque totam transtulerit in librum suum Certaminis quem legimus auctor Hadriano imperatori aetate aequalis: nequaquam uidetur demonstrasse.

τοὺς λυπομένους διὰ λόγων θεραπεύειν quod traditur: quibus veterum in talibus securitatis non prorsus ignarus turbas odorabitur; unde ut nos extricemus, denuo in altum uela dare disputationem pati necesse est.

Certissimum est fuisse duos Antiphontes, oratorem et sophistam¹⁾, id quod praeter alios iam Didymus, qui auctor eorum est quae de hac re tradit Hermogenes, statuit e nimia diuersitate scriptorum Antiphontis nomine ornatorum²⁾.

Plerumque autem de his duobus uel potius tribus Antiphontibus, de oratore de sophista de tragico poeta omnia susque deque ferebantur. Quod quidem peccatum erat in eo fonte quem exhauerunt falsus Plutarchus in uita Antiphontis et Philostratus³⁾. Hoc rerum statu certe quaerendum est sitne adeo quartus adiciendus Antipho *τερατοσκόπος καὶ ὄνειροκρίτης* quem eundem facit ac sophistam unus Hermogenes consilio, praesertim cum Suidas ab Antiphonte et sophista et prodigiorum interprete somniorum coniectorem secernat. Ille autem (l. l. p. 414, 10 sqq.) *ἕτερος δὲ ἰνquit ὁ καὶ τερατοσκόπος καὶ ὄνειροκρίτης λεγόμενος γενέσθαι, οὐπερ οἱ τε περὶ τῆς ἀληθείας λέγονται λόγοι κτλ.*

Non est quartus ille sed idem ac sophista. Nam ut Antiphontem sophistam cum Socrate disputantem inducit Xenophon⁴⁾, ita *Ἀντιφῶντα τερατοσκόπον* cum eodem Socrate certasse aemulum testis est Aristoteles⁵⁾. Inuenitur igitur fidus re uera testis Hermogenes. — Tragicus uero poeta non in censum uenit, quo-

1) Primus Sauppius doctissima de Antiphonte sophista disputatione quae indici scholarum a. 1867 Gott. habitaram praemissa est, eius reliquias ab oratoris fragmentis segregare et illustrare studuit. Quae scriptio cum Blassio librum I operis saepe a me laudat! scribenti non innotuisset, non sine horum studiorum detrimento a uiris doctis neglecta est.

2) *Π. Ἰδεῶν* II, 11, 7, p. 414 sq. Sp.

3) Caue credas omni parte Blassio (1, 82) non solum Photium sed etiam Philostratum falsi Plutarchi sectatorem facienti. Hic enim compluria solus habet, uelut memorabile illud *νηπενθεὶς ἀκροάσεις*; praeterea de libello *ἔπερ τῆς ὁμιλοίας* (p. 17 K.) narrat, quem *σοφιστικώτερον* recte uocat, si quidem Hermogenes eundem libellum sophistae omnino adsignat.

4) Memor. Socr. 1, 6.

5) In III de poet., apud *Diog.* II, 46.

niam is posteriori paulo aetati adsignandus videtur, Dionysio maiori fere aequalis, a quo propter nimiam libertatem necatus esse dicitur 1).

Quaestio igitur ad oratorem et sophistam *δμωνύμους* redit. Sed ut primum explicemus, qui factum sit ut illi tam mire coalescerent: aetate erant fere aequales, uterque teste Suida Atheniensis, uterque poterat vocari *sophista*. Sic Lysias alii interdum sophistae audierunt, *σοφιστήν* se professus est ipse Isocrates, sic ni fallor uterque Antipho a Didymo vocatus est. Adtendedum Hermogenem meum: *πλείους μὲν* inquit *γεγόνασιν Ἀντιφῶντες, δύο δὲ οἱ σοφιστεύσαντες, ὧν καὶ λόγον ἀνάγκη ποιήσασθαι. ὧν εἰς μὲν ἐστὶν ὁ ῥήτωρ, οὐπὲρ οἱ φρονικοί φέρονται λόγοι . . . ἕτερος δὲ ὁ καὶ τερατοσκόπος καὶ ὄνειροκρίτης λεγόμενος γενέσθαι, οὐπὲρ οἱ τε περὶ τῆς ἀλιθείας λόγοι λέγονται* e. q. s. Habes opinor omnium turbarum originem et uiam.

Videndum iam est quae utrique scripta tribuenda sint. Nam hoc quoque ambigitur quia unius Hermogenis de hac re testimonium corruptum ad nos peruenit. Hic enim utrique *δημηγορικούς λόγους*, sophistae etiam *πολιτικόν* tribuit. Illos quidem reapse oratoris esse nemo negat. De politico dissesere. Quem una cum contionibus sophistae eripi, restitui oratori in Hermogenis textu olim iussit Taylor.

Fuit cum Spengelius nihil praeter libros qui de ueritate iuscribuntur sophistae relinqueret, plane futilli usus argumento quod bis (in disputatione p. 5) refutauit Sauppius et ille ipse uidetur ualere iussisse, quateus in textu maluit codicum corruptam scripturam exhibere. Ipse Sauppius *δημηγορικούς λόγους* a sophista abiudicauit solos itaque haec duo uerba in posteriore membro deleuit²⁾; in quem inclinat quamuis de totius

1) Pseudopl. uit. Ant. 13 sq. Phot. Bibl. p. 414 a Bkk. Philostr. p. 16 K. Apud Suid. s. u. *Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος* (τερατοσκόπος καὶ ἐποποιὸς καὶ σοφιστής· ἐκαλεῖτο δὲ Λογομάγειρος) epicum poetam ortum esse e tragico iure mihi uideor concludere. Sauppius de illo Suidae loco sibi non liquere adnotauit.

2) Or. att. II p. 146 a.

loci emendatione interim desperans Blassius¹⁾. Ego mihi persuasi librarium oculorum aberratione ut fit contiones bis, falso loco posuisse politicum, id est et contiones et politicum postliminio oratori restituendum esse. Quo nihil potest esse probabilius, praesertim cum talia sexcentiens peccauerunt librarii. Sic nunc Spengelii textus typhothetae culpa nitiatus est (i. e. priore membro contra codices exstat illud *καὶ ὁ πολιτικός*); nonne pronum ad eiusmodi errores omnino esse operarum genus denuo discimus?

Verum res ipsa clamat. Sophistae politicum tribuere ante hos XXVI annos non dubitavit Sauppis²⁾; XVII annis post cum in illum separatim accuratissime inquisiisset, in hac sententia satis labefactus est. 'Mirum', inquit, 'cuiquam uideri posse ad sophistam illum libellum a se translatum esse' p. 15; sed et 'necessitate quadam (Hermogenis locum illum dicit) et exemplo conplurium sophistarum (Protagoram *περὶ πολιτείας*, Antisthenem et Critonem *πολιτικούς* scripsisse memor est) et natura ac specie aliquot locorum Antiphontis in florilegio Ioannis Stobaei adlatorum' se dicit esse adductum ut priorem illam sententiam etiam tum teneret.

De Hermogene aliquid mihi nideor extricasse quod turbas remoueat; sophistarum illa exempla per se nimirum nihil valent; tertiam uero causam cadere totam — bona pace uenerabilis niri, horum studiorum Nestoris — demonstrare adcingor. Res est praecipue de eis Ioannis locis quos in *ἀπαρασήμετοις* Antiphontis uoluit esse III usque ad XI Sauppis quosque in politicum satis quadrare ait. Addo frg. XII. Priusquam hos locos examinemus, necesse est adgrediamur unum locum qui ex Antiphontis politico ab Athenaeo disertis uerbis laudatur³⁾. Est hic: *ὅτ' ἄν τις* (Sauppis in disp. p. 16 scribit *ὅς δὴ τὰ πρᾶγματα τὰ ἑαυτοῦ ἢ τὰ τῶν φίλων κατηγορίστηκεν*).

Haec certo consilio in certum hominem non sine acerbitate dicta esse rectissime de Wilamowitzius⁴⁾ ex uno uerbo

1) L. l. 1, 97. 102. 2) Or. att. II, 145 sq.

3) X, p. 423 A. Antiph. polit. frg. 1. 4) In Herm. uol. XI, 296.

quod est *κατηρίστηκεν* conclusit. Quod idem istum hominem esse Alcibiadem atque politicum et Antiphontis oratoris libellum qui erat inscriptus *Ἀλκιβιάδου λοιδόρια* idem opus fuisse conicit (p. 298), haud displicet.

Iste autem locus (de ceteris IV fragmentis politici nihil potest statui) profecto non videtur in eodem libro fuisse in quo illi Ioannis loci fuerunt, quibus omnibus, ut ipsius Saupprii (p. 15) uerbis utar, 'praecepta continentur quibus obsecuti homines uitam ita instituere queant ut, quantum quidem in hac tanta rerum humanarum infirmitate et fragilitate fieri possit, deuentur mala et dolores, tranquilla uiuendi aequabilitas obtineatur'. — Ad ipsum rei cardinem tandem peruenimus: Ioannis loci neque ad Antiphontis politicum neque ad *ὀμωνύμου* sophistae *περὶ ὀμωνολίας* libellum¹⁾, sed potius ad eiusdem *ΤΕΧΝΗΝ ΑΔΥΠΙΑΣ* pertinent. Saupprius quidem ut sophistam praeclare rediuuium reddidit ita hoc unum membrum intermortuum torpere siuit; quod uide reuiuiscatne forte nostra opera.

Sunt de hoc opere locupletissima testimonia ab illo tamen neglecta quamuis non ignorata. Unum est falsi Plutarchi (l. l. § 18) hoc: (*Ἀντιφῶν*) ἔτι δ' ὢν πρὸς τῇ ποιήσει τέχνην ἀλυπίας συνεστήσατο, ὥσπερ τοῖς νοσοῦσι ἢ παρὰ τῶν ἰατρῶν θεραπεία ὑπάρχει· ἐν Κορίνθῳ τε κατεσκευασμένος οἴκημά τι παρὰ τὴν ἀγορὰν προέγραψεν ὅτι δύναται τοῖς λυπουμένους διὰ λόγων θεραπεύειν· καὶ πυνθανόμενος τὰς αἰτίας παρεμυθεῖτο τοὺς κάμνοντας.

Quae quod de iunene oratore narrat, nil ad rem. Ne iste liber omnino est turbarum mirum aliquod receptaculum.

Repetit haec Photius²⁾. Philostratus alio ex fonte hausta tradit haec³⁾: *πιθανώτατος δὲ ὁ Ἀντιφῶν γενόμενος καὶ προσρηθεὶς Νέστωρ ἐπὶ τῷ περὶ παντὸς εἰπῶν ἂν πείσαι νηπενθεὶς ἀκροάσεις ἐπέγγειλεν, ὡς οὐδὲν οὕτω δεινὸν ἐρούντων ἄχος, ὃ μὴ ἐξελεῖν τῆς γνώμης.*

Primum de hac memoria ita recte iudicabimus ut Antiphontem sophistam illum librum re uera scripsisse, fortasse

1) De quo Blassius l. l. p. 99 sqq. et in ed. Ant. p. 132 cogitauit.

2) Bibl. p. 486 a, 17 sqq. 3) p. 15 extr. 16 K.

etiam eiusmodi declamationes protulisse (quis non Prodicti meminert?), illa autem quae de isto quodam uoletudinario uarrentur a malenolis uel a comoediarum scriptoribus adfecta esse statuamus. Ipsa autem libri inscriptio 'ars parandi auimum ab omni aegritudine liberum' quam clare sapit sophistam quamque nos commonefacit similibus scriptio sophistarum, quales sunt Alcidas *Ἐπαινος Θανάτου*, Prodicti de uitae miseris oratio, Antisthenis *περὶ Θανάτου*, Dionis *περὶ λύπης* et Charidemus, Maximi Tyrii *πῶς ἂν τις ἄλυκος εἴη*, Libanii de calumniis consolatio, ut alia omittam. — Quod fuerit libri argumentum quaerimus. Vel inscriptione quae est *τέχνη ἀλυπίας* adducimur ut coniciamus eum ita fuisse comparatum ut uarias de uariis uitae humanae casibus consolationes uel 'certa de paupertate, de uita inhonorata et iugloria, de exilio, de interitu patriae, de seruitute, de debilitate, de caecitate, de omni casu in quo uomen poni solet calamitatis' — quos locos a Graecis elaboratos esse Cicero uarrat¹⁾ — contineret. Et ad hunc talem sophistae librum, uisi omnia me fallunt, sponte ducimur Stobaei locis quos quo relegarent uiri docti haesitabant. — Priore loco commentamur fragmenta quae leguntur VIII VII XII IX.

Ἐγκατηγόρητος narrat Antipho *πᾶς ὁ βίος θανάστῶς, ὡς μακάριε, καὶ οὐδὲν ἔχων περιττὸν οὐδὲ μέγα καὶ σεμνόν, ἀλλὰ πάντα σμικρὰ καὶ ἀσθενῆ καὶ ὀλιγοχρόνια καὶ ἀναμεμυμένα λύπαις μεγάλαις.*

1) Tusc. III, 81. Talem consolationum thesaurum complexus est Seneca libro quem de remediis fortuitorum conscripsit, cuius conspectum adponere non a re erit: 'Mories' (II); 'Decollaberis'; 'Peregre morieris' (III); 'Insepultus iacebis' (V); 'Iuuenis morieris' (i. e. de inmatura morte. IV); 'Amisi liberos' (i. e. de orbitate. XIII); 'Uxorem bonam amisi' (XVI); 'Amicum perdidit' (XV); 'Aegrotō' (VI); 'Dolor imminet' (IX); 'De caecitate' et 'de surditate' (XII); 'Male de te opinantur homines' (cf. 'de uita inhonorata'. VII); 'Paupertas mihi grauis est' (X. Bio cynicus paupertatis laudem scripsit); 'Exulabis' (VIII); 'Naufragium feci' (XIV); 'Inimicos graues habeo' (XV); 'Pecuniam perdidit' (cf. infra Antiph. frg. V); — Senecae consolationum promptuario Antiphontis *τέχνην ἀλυπίας* geminam fuisse persuasum habeo.

Habes consolationis principem locum ¹⁾ quo defleatur uita humana. Hic magnam Axiochi partem efficit, hic Aristotelis Theophrasti Crantoris Ciceronis Senecae Plutarchi in consolationibus eximie elaboratus est, denique hic in nulla consolatione omissus est.

Adde quod scriptor aliquem adpellat ὦ μακάριε: induxit, crede mihi, in illo libro lugentem quem 'maeroris causis cognitis adloquitur', ut falsus Plutarchus supra (p. 76) nobis narravit. Videtur igitur totus libellus ita fuisse institutus, ut se fingeret conloquentem cum lugentibus quorum maerendi causas deinceps refutaret consolator. Quae forma consolationi ualde apta reuera saepius usurpata est, ut ab Aeschine, ab Aristotele, praecipue autem a Seneca et a Boethio.

Sed tamen de illius mei fragmenti sede ne dubites, uide quo modo in Axiocho (p. 366 D) idem de uitae miseriis locus a Prodicō commodatus surgat: *τί μέρος τῆς ἡλικίας ἄμοιρον τῶν ἀνιαρῶν*; quae quo torrente statim decurrit ingeniosus sophista!

Nec aliter Crates illius imitator, ut supra (p. 16) docui, praefatur: *οὐδεὶς εὐδαίμων γεγονῶς ἂν εἴη, ἀλλ' εἰ θέλει τις ἐκλογίσασθαι ἐν ὄλῳ τῷ βίῳ πάσας τὰς ἡλικίας, εὐρήσει πολλῶ πλείους τὰς ἀλγηδύνας.*

Nonne hi gemelli loci ad gemelli argumenti librum pertinere illud fragmentum indicant, immo clamant? Quodsi illud ita te iubeo interpretari ut sic sophistam in consolatione de morte (quae praeter alias in *τέχνη ἀλυπίας* exstabat) illi loco praefatum esse status: haud a re mihi uideo consulere. Cuius ipsius (locum de uitae miseriis dico) manifestas reliquias accipe fragmenta a Sauppio VII et XII sedibus posita. Iterum autem sinas te paulisper ad Axiochum reici. Ibi totam uitam miseram esse demonstraturus consolator singulas aetates perstringit l. l.:

1) Cf. Democr. frg. 41 M. (ἰσὶν βιβλίῳ περὶ εὐθυμίας haud dubie): *Γινώσκειν χρῆσθαι ἀνθρωπίνην βιοτήν ἀφανῆν τε εὐδαιμονίαν καὶ ὀλιγοχρόνιον πολλῶσι τε κηρῶν συμπεφυρμένην καὶ ἀμηχάνησι.*

- I. οὐ κατὰ μὲν τὴν πρώτην γένεσιν τὸ νήπιον κλάει...;
 II. ὁπόταν δὲ εἰς τὴν ἑπταετίαν ἀφίκηται e. q. s.
 III. ἐπειδὴν δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφῆ e. q. s.
 IV. (367 A) ἐπειδὴν δὲ ἀπολυθῆ τούτων (uirilem indicat aetatem) e. q. s.
 V. εἶτα λαθὼν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας e. q. s.

Periude iterum agit Crates nisi quod sex uitae gradus distinguit. Pariter Antipho quoque uitam recensuerat, et seruata sunt narrationis duo membra, quorum unum est magnum frg. VII quod incipit notando schemate hoc: *φῆρε δὴ προελθέτω ὁ βίος εἰς τὸ πρόσθεν*; nempe modo perstrinxerat priorem uitam.

Tum autem demonstratur matrimonium quoque miserum esse. Confer Cratetem rursus qui in illo epigrammate quo mortem optandam demonstraturus omnem uitae conditionem increpat: *ἔχεις inquit γάμον· οἶκ' ἀμέριμνος ἔσσειαι*. Sic Antipho docet: uoluptatibus uuptiarum mox ἀκολουθοῦσι λῦται καὶ πόνοι. *Φῆρε δὴ καὶ παῖδες γενέσθωσαν*: nunc uero curis obrueris.

Nimirum uec senectutem intactam reliquit Antipho, et huc pertinere de quo desperauerunt fragmentum XII quod est: *Ἀντιφῶν ὁ δῆτωρ λέγει· γηροτροφία γὰρ προσέοικε παιδοτροφία* sic uide.

His uerbis primum praegnanter exprimitur illud *Δις παῖδες οἱ γέροντες* siue 'Repuerascit senex'. Nam inter ea dicta quibus illud prouerbum inlustretur et uarietur Antiphontis locus et a Clemente et ab Aristophanis scholiasta excitatur. Tum in Axiocho ubi senectus obiurgatur, ipsum prouerbum arcesitur (p. 367 B extr.): *ἀλλ' οἱ πολλοὶ γήρως ἀπακμάζουσι καὶ τῷ νῶ, καὶ δις παῖδες οἱ γέροντες γίνονται* 1).

Crates uero eodem loco propius ad Antiphontem: *(ἀνὴρ) παρῆκμασε inquit καὶ ἔρχεται εἰς γῆρας· πάλιν παιδοτροφίαν ὑπομένει*. Num melius potest inlustrari fragmen-

1) Sic C. Fred. Hermannus corruptissimam Platonis librorum scripturam e Stobaeo emendauit.

tum? Illa Antiphontis verba pertinebant ad eundem consolationis locum, senectutis uituperationem, itaque post frg. VII conlocanda erant. At quaeris, qui illae similitudines quae inter Antiphontis *τέχνην ἀλυπίας* et Axiochum intercedunt, explicandae sint. Spondeo tibi hoc: sophista mens Prodicum sophistam paulo maiorem natu, ad cuius orationem pertinent quaecunque modo ex Axiocho adtuli, audiuit itaque hic illic expressit.

Sequitur egregium specimen argumenti a cunctis consolatoribus triti, frg. dico IX: τὸ ζῆν ἔοικε φρουρᾷ ἐφημέριω τό τε μῆκος τοῦ βίου ἡμέρα μίᾳ ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἦν ἀναβλέψαντες πρὸς τὸ φῶς παρεγγυῶμεν τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἐτέροις.

Peruetusta haec est Orphicorum ¹⁾ doctrina quam Pythagorei, qui omnino saepius Orpheī quae ferebantur praecepta nidentur secuti esse, exceperunt et peruulgauerunt. Quorum placita Socratis fere temporibus Athenas permanarunt anctore in primis Philolao²⁾, unde Pythagorea non pauca habet Plato. Et is hac quoque consolatione utitur (Phaed. p. 62 B) illum secutus: ὁ μὲν οὖν αἶτ ἐν ἀπορρήτοις λεγόμενος περὶ αὐτῶν λόγος ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἔσμεν οἱ ἄνθρωποι e. q. s.³⁾

Hinc in nulla fere absoluta consolatione hic locus deficit⁴⁾, interdum sane sic variatus ut ipsam corpus animae carcer siue sepulcrum dicatur, nel imagine missa simpliciter eum statum quem nos uocare consuerimus uitam reuera mortem, mortem autem uitam contendatur esse, nel haec omnia coniungantur:

1) V. p. 4 adn. 5; adde Plat. Cratyl. p. 400 B. Schol. Phaed. p. 62 B. Matth. II, p. 7.

2) Cf. Zellerum I, 307 sqq.

3) Cf. Aesch. Ax. 365 E extr. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἔσμεν ψυχῆ, ζῶν ἀθάνατον ἐν θνητῷ καθεῖργόμενον φρουρίῳ. 370 D ἐκίσει γὰρ ἀφίξει ἐκ τῆσδε τῆς εἰρηκτῆς.

4) Plut. p. 115 B. Aristot. Eudem. frg. 36. Cic. Cons. frg. 10. 11. cf. Tusc. I, 74. Cat. mai. 77. 82. Inc. cons. ad Pol. IX, 6. Plurimis Dio in ChariDemo (or. XXX p. 550 R.). Greg. Nazianz. or. X, c. 24 (or. fun. de Caes.). cf. Eurip. frg. 830. 639. 957. Plat. Gorg. 493 A. Sen. ad Marc. XXI, 7.

omnibus suis numeris expleuerunt locum in consolationibus imprimis Crantor et Cicero. I nunc et dic Antiphontis geminum locum quem modo commentatus sum ad aliud eius scriptum nescio quod, non ad consolationem siue *τέχνην ἀλυπτίας* pertinere. — Ceterum altera pars sententiae sophistarum more obscurius expressae commentario indiget.

'Vitae spatium', inquit, 'uni diei — ut ita dicam — adsimulandum est quem postquam lucem suspeximus (id est reuersi in aethera, scilicet unde orti sumus¹⁾) tradimus posteris aliis'. Adgnoscis iterum Pythagoream doctrinam, eam dico quae est de animarum migratione, paulo uariata eam quidem, quam iterum etiam Plato in Phaedone explicat²⁾. Cuius doctrinae summam adsumens sophista, quae est *πάλιν γίγνεσθαι ἐκ τῶν ἀποθανόντων τοὺς ζῶντας* siue materiem opus esse 'ut crescant postera saecula' (ut durius pro sua sententia Epicurus apud Lucretium consolantem³⁾) — minus accurate pro inferis, quo secundum integram doctrinam mortui redeant, ponit aethera, diuersa scilicet de animae post mortem condicione placita contaminans.

Hac interpretatione simul opinor elucet Sauppium qui (p. 17) pronomen relatiuum ἦν non posse non ad id quod est *φρουρᾶ* referri arbitraretur, iniuria obelo notasse membrum *τό τε μῆκος τοῦ βίου ἡμέρα μιᾶ*. Non enim *φρουρᾶν ἐφήμερον* (quam Sauppium p. 16 perperam uoluit esse 'stationem diurnam', re

1) Cf. Pythag. *carm. aur.* 70 *Ἦν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλείθειρον ἔλθης ἕσσαι ἀθάνατος*. Elocutio *ἀναβλέπειν πρὸς τὸ φῶς* h. l. re uera uidetur ualere id quod est *πάλιν βλέπειν πρὸς τὸ φῶς* s. 'lucem rursus adspicere', licet alias *ἀναβλέπων* sit is cui post caecitatem uisus restituitur. Illud autem tuto posse sophistae inputari consenties si recenseris illius audaciae pauca sed apta specimina quae infra p. 64 sq. composui. Accedit quod sensus illam uerbi notionem flagitat. Ne tamen gemina desideres: ualet Antiphonti *ἀναποδίζεσθαι τὸ πάλιν ἐξετάζειν* (de uer. *frg.* V) et *ἀναθίσθαι περὶ τὸν* quod dicas latine 'rursus ponere tesseram' (de conc. ord. *frg.* I).

2) p. 70 C — 72 D. 3) III, 967 L. cf. 1, 262 sqq.

Haud igitur penitus pereunt quaecumque uidentur, | Quando aliud ex alio reficit natura, nec ullam | Rem gigni patitur, nisi morte adiuta aliena.

vera esse intellegendam 'captiuitatem, custodiam temporariam, breuem' idem nunc concedet*) sed illam diei instar uitam mortuos posteris tradere dicit sophista. Proinde sartum tectum ut aiunt uelim conseruemus lepidissimum fragmentum.

Neque equidem dubitare possum quin fragmenta quae sunt III IV V VI ad eundem librum sicut reuocanda; quorum prioribus duobus docet 'exemplis uitiorum quaeque notando' — ut Flaccus dicit — quo modo uita luctus immunis parauda sit. Non, ait, ei sequendi sunt qui per totam uitam nimis parci atque aerumnosi (*ταλαιπωροῦντες*) se ipsi crucient (*ἀλοῦσιν ὡσπερ ἀπὸ τῶν σαρκῶν ἀφαιρούμενοι*); nec uero ei qui dum hanc uitam amittunt futuram exspectant, 'incerta petunt, atque hoc euenit in labore atque in dolore ut mors obrepat iuterim' 1).

Εἰσὶ τινες inquit *οἱ τὸν παρόντα μὲν βίον οὐ ζῶσιν, ἀλλὰ παρασκευάζονται πολλῇ σπουδῇ ὡς ἑτερόν τινα βίον βιωσόμενοι, οὐ τὸν παρόντα· καὶ ἐν τούτῳ παραλειπόμενος ὁ χρόνος οἴχεται*. Idem ad amussim docet Hipparchus in libro *περὶ εὐθυμίας* paene isdem uerbis: ipsum locum lacunis laceratum sed a me nunc certo suppletum adpono (Stob. CVIII, 81, p. 48, 28 M.): *Οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰ πολλὰ παρασκευαζόμενοι (οὐκ ἐννοῶντι) ὡς οὐκ ἔστι ζῆν μετὰ τὸν τῆς ζωῆς χρόνον· (ἡμεῖς δὲ ἐνθυμηθέντες ὅτι οὐκ) ἔξεστι (τεθνηκόσι πάλιν) γενέσθαι, χρῆσώμεθα παρουσίᾳ τῶν ἀγαθῶν*. — Sed occasione data id quod ib. p. 47, 21 cum magno sententiae detrimento hodie legitur *ἄφνω* non sinam medicina carere: lege *ἄμφω* et acumeu habes. Dicit enim: homines, dum quae a natura et casu praebentur, non qualia sunt sed qualia si omnibus numeris perfecta essent possent esse, reputant, utrisque priuati se ipsi uexant. — Iam Democritus, in libro *π. εὐθυμίας* credo, illum locum explicauerat (frg. 21 M.): *Ἡ τοῦ πλέονος ἐπιθυμίη τὸ παρεὸν ἀπόλλυσι τῇ Αἰσωπείῃ κυνὶ ἰκέλη γινομένη*. Sed multo propius ad Antiphontem Epicurus apud consolantem Lucretium (III, 957 sqq.):

1) Plaut. Pseud. II, 3, 19 optime contulit Sauppium p. 15.

*) Excursus VII.

Sed quia semper aues quod abest, praesentia temnis,
 imperfecta tibi elapsast ingrataque uita,
 et nec opinanti mors ad caput adstitit ante
 quam satur ac plenus possis discedere rerum.

Vides, habitat hic locus in his scriptis: redeat postliminio
 in Antiphontis artem.

Fragmentum autem quintum adprime quadrare in librum
 cui propositum fuerit aduersus fortuna vitae mortales firmare
 quis est quin sentiat? si quidem uere uenusta illa fabella ali-
 quem de amissa pecunia consolatur admonens enim cum alia
 tum hoc: rerum copiae saepe accedere mentis penuriam, ut
 qui altero (sc. mente) careat, enim utroque esse orbem¹⁾. Sexto
 denique fragmento senere suadet ne spe proprii commodi aliis
 iniuriam inferre animum inducamus, laudatque eum qui metu-
 endo in talibus et cunctando eo deueniat ut consilio desistat.
 Plerique enim, inquit, illa spe in inmedicabilia mala detrusi
 sunt, dum quam facere uoluerunt iniuriam ipsi patiuntur. Ita-
 que cane temere indulgeas libidini ipse malis niam facturus.

Hucusque in explicandis incertis Antiphontis fragmentis
 haud inritam poni operam putavi; cetera dubia, nisi quod
 frg. XIV nescio an paene certo ad oratoris quae erat de ipsius
 defensione et de rerum mutatione orationem referenda sit.

In illas reliquias quas Antiphontis sophistae τέχνη ἀλυσίας
 adsignauit adprime me diu fidius ualent Hermogenis et Philo-
 strati de sophistae genere dicendi. Adparet enim scriptor
 σεμνὸς καὶ ὑπέρογκος τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῷ δι' ἀποφάνσεων
 περαινεν τὸ πᾶν, ὃ δὴ τοῦ ἀξιωματικοῦ λόγον ἐστὶ καὶ πρὸς
 μέγεθος ὀρῶντος, ὑψηλὸς δὲ τῇ λέξει καὶ τραχὺς, ὥστε καὶ
 μὴ πόρρω σκληρότητος εἶναι; adparet etiam ἀπαγγελία ἐπη-
 ρισμένη ποιητικοῖς ὀνόμασι²⁾.

Quod ad ninersum sermonis colorem adinet, confidenter
 ad lectoris iudicium prouoco; singula quaedam paucis inluro.

1) Nec in Senecae promptuario default locus 'de amissa pecunia'.
 cf. p. 77 adn. 1.

2) Cf. Blassium l. l. p. 100.

In fragmento quinto verbi ἀχαριστεῖν rara testibus veteribus lexicorum conditoribus notio quae est μὴ χαριζέσθαι vel 'non commodum esse' vel ut nostrates 'ungefällig sein' obuiam fit. Ecce Harpocrates ἀχαριστεῖν inquit ἀντὶ τοῦ μὴ χαριζέσθαι. Οὕτως Ἄντιφῶν. Illud autem frg. V nemo nunquam oratori audeat tribuere: sophistam igitur nidetur spectare grammaticus, et illud quidem uix adnotatur nisi esset memorabile. Itaque et Plato et Aristoteles qui eandem uerbo uim nindicanerunt sophistam uidentur secuti esse. — In frg. VII uelim adnotes elocutionem prorsus poeticam μὴ τὰ καλλίγοτα λέγωμεν. Homericam uocem quae est καταθύμιος praeter Antiphontem nunc inter prosae orationis scriptores admiserunt Herodotus et Democritus¹⁾ ipsi quasi poetae. Insigne uero sophistae specimen est lepidissima elocutio νεοτίσιον σκίρτημα quam mutuatus est doctus Clemens²⁾. Nec λίπημα sophista illo excepto cuiquam Graeco homini a. Chr. n. prae eo quod est λίπη placuit. Pariter quod est in frg. XI θέλημα ceteroqui usque ad Noui Instrumenti scriptores inanditum est, immo nisi illic omnino exstare non nidetur. In nno fragmento tot indicia! Sed quis et in his et in ceteris V artis fragmentis non sentiat merum sophistae spiritum? Attamen nunc praeterea uerbum uelim praecipue adnotes, uerbum ἐγκατηγόρητος³⁾ dico, quod fere ualet 'cuius adcusationi obnoxius'. Quod praeter sophistam meum hac aetate (p. Chr. n. iterum emergit) unus praebet Thucydides Athenas urbem ἐγκατηγόρητον nocans et loco (libri VI capitis 77 in prima paragrapho) cuius κάλλος et μεγαλοπρέπεια et δεινότητα et πάθος ualde notanda censuit Dionysius. Hunc autem illorum consensum cur te iubeam notare breui intelleges.

Idem Antipho sophista existit in eis libris quos Ἀλήθεια

1) In Stob. flor. 76, 16.

2) De diu. seru. S. Sed adde ut nobile par fiat de uer. frg. XXV ἰδρῶτα θερμοῦ: sic enim mare audit apud sophistam meum qui sane et sententiam et partem elocutionis ex Empedocle (ἰδρῶτα τῆς γῆς ἐκκαίμενης) deprompsit: Plut. de plac. phil. p. 697 B.

3) Pariter Hipparchus (l. l. p. 46, 16 M.) mortalium corpus ἐνάδι-κητον καὶ (εὐ)φθαρτον (sic lege!) uocat.

et *Περὶ ὁμονοίας* inscripsit. Solus formavit uocem *Θραιδῆς* (de concord. frg. III); primus *ἄθρώγητος* quod idem atque *ἄθῆατος* ualere uoluit (ib. frg. VI); *ἀνδρείαν* (ib. frg. VII) uirilem aetatem significare iussit unus; uocem *βαλβιδες* (frg. IX) pro eo quod est *ἀρχαί* siue 'initia' usurpare docuit Themistium Philostratumque sophistas; primus per metaphoram adhibuit uocem *εὐγῆιος* (frg. X) imitante Platone; ne tritum nomen quo decipiendi notio exprimitur adsumeret, formauit inauditum *φήλωμα* (frg. XIV); ut haberet quo hominem nullius rei iudicentem ornaret uerbum sibi finxit *ἀδέητον* (de uer. frg. I); ad exprimentam uiuiscendi notionem feliciter inuenit elocutionem *ἔμβιος γενέσθαι* quam de ligno in terra putrescenti (ipse sane poetice dicit 'ligni putorem uiuiscere') adhibuit (frg. IV); miram uerbi *ἀναποδίξομαι* notionem ('denuo examino' frg. V) statuit; *δείσεις* (frg. X) egestatem, *ἄβιον* (frg. XXII) diuitem, *διάστασιν* (frg. XVI) quam licenter dixit ordinem! *γρυπάνιον* (frg. XIV) quasi senem incuruum concussam tremore terram uocauit, nisi forte aliquanto audacius de cruciatibus parturientis mulieris cogitauit; nec praetereunda duo mira nomina et semel usurpata, *ἄοικτα* (frg. VII) et *ἀειεσιώ* (frg. XIX, hoc quidem scilicet secundum illud Democriti *εὐεσιώ* formatum).

Eodem modulo aestimata incertorum fragmentorum XXXIX¹⁾ XL XLII²⁾ XLIII LIV LVI^{*)} et procul dubio multa alia sophistae tribuimus. Eodem modulo metienti cuiquam rhetoricae artis fragmenta ad sophistam, non ad oratorem, hoc quoque opus reuocandum esse uideatur: cuius in tertio libro uox admodum siue suspecta siue rara *ἀπαρασκείαστον* legebatur; *ἀπαράσκειος* in libris de ueritate (frg. XXIII); distinctio inter duo argumentorum genera, inter *σημείον* et *τεκμήριον*, magis sophistam quam oratorem foro et usu institutum sapit, cum praesertim hunc ipsum ita non distinguere uideamus³⁾; deuique iam ueteres

1) Conl. Aesch. Agam. 612 *χαλκοῦ βαφάς* et Soph. Ai. 651 D. *βαφῆ σίδηρος ὤς*.

2) Conl. de conc. frg. II et de uer. frgg. III et XV.

*) Excursus VIII.

3) V. or. V § 61. Adnotauit Blassius l. l. p. 103 et adn. 4.

quidam teste Polluce (frg. IV) alienam censuerunt artem rhetoricam ab Antiphonte eadem nimirum et ingeuii et stili per moti diuersitate, quandoquidem Rhamnusium tantum Antiphontem memoria tenebant. Exciderat sophista: ita quae scripsit tristi fato ut *νοθεύόμενα* oratoris detrectabantur. Equidem artem scripsisse Rhamnusium contemplatus inquietam eius uitam mihi omnino nequeo satis probare. Accedit quod nec Spengelium aliquid pro oratore libri auctore proferre¹⁾ et Blassium de quaestione haerere uideo. Atque quod Galenus (frg. VI) Antiphontem et ipsum finxisse *ὀνόματα καινά* et qui ea fugenda essent docuisse tradit: quis non sophistae, quis meminerit oratoris auctoris trium illarum de Herodis morte, de saltatore, contra nouercam capitalium orationum, in quibus quae noua aut a consuetudine recedentia iuueniuntur²⁾ tamen tenuia sunt inuenioque spatio a sophistae licentiis distant?

Haec omnia cuiuspiam plus ualeant quam Meuxeuī unus locus (p. 236 A) ubi Rhamnusius Antipho artis rhetoricae praeceptor commemoratur.

Iam cadantne una cum arte eueniantque sophistae declamationes illae III quas *τετραλογίας* consueuimus uocare (quas partem artis effecisse suspicatus est l. l. p. 117 sq. Spengelius non improbat a Sauppio) — necne, diiudicare non ansim donec de illis potero iudicare. Ansam fortasse praebent Philostrati uerba *Λόγοι δ' αὐτοῦ* (Antiphontis) *δικανικοὶ μὲν πλείους, ἐν οἷς ἡ δεινότης καὶ πᾶν τὸ ἐκ τέχνης ἔγκειται, σοφιστικοὶ δὲ καὶ ἔτεροι*: quibus quidni tetralogias inuui suspicemur?

Denno surgit disputatio. Quaeritur quid rei fuerit Antiphonti cum Thucydide. Tradunt enim complures et diuersis fontibus usi scriptores Antiphontem Rhamnusium illius praectorem fuisse³⁾. Quam memoriam e Caecilii coniectura re-

1) In libro quem inser. *Συναγωγή τεχνῶν* p. 115 sqq.

2) Quae uide enarrantem Blassium l. l. p. 115 sqq. Ceterum quod Dionys. ad Amm. 1, 2 cum Theodoro Byzantio et Thrasymacho Chalcedonio Antiphontem laude dignum censet, incertum est utrum indicet. u. ib. p. 103.

3) Plut. fals. l. l. (i. e. Phot. l. l. et Suid. s. u. *Ἀντιφ.*) Caecilii sectator rem inuertit: nempe sus, non illius culpa. — Marcell. uit. Thuc. 22.

petendam censuit de Wilamowitzins¹⁾ recte usus falsi Plutarchi loco²⁾ quippe quo statim addatur 'hac de causa Antiphontem a Thucydide³⁾ laudari'. Ita autem rem explicari arbitror: cum fama esset — *ἀκούω πολλῶν λεγόντων* dicit Hermogenes — Antiphontem Thucydidis praeceptorem fuisse, Rhamnusium intellegendum esse illo loco inductus coniecit Caecilius. Perperam, ut de Wilamowitzins monuit, ego demonstrabo. Sed ut statim sententiam meam dicam: certissimum uidetur Thucydidis praeceptorem fuisse Antiphontem sophistam. Quod adumbrare in animo est, sed paucissimis, ne iusto longius a proposito aberret disputatio. Primum accipe hanc meam observationem cuius fidem praesto: fragmenta Antiphontis sophistae quae sunt librorum *περὶ ἀληθείας* et *περὶ ὁμοιοίας* et quae ex incertis ad eundem pertinent, multa uel obsoleta uel rara nel insolentia nel inaudita continent quibus saepe nunc Thucydides gemella adicit. Hand mirum hercle, quoniam ueterum de dicendi genere utriusque tam mire inter se congruunt indicia ut hoc non possimus non exspectare.

De Antiphonte quidem plerumque ad ea quae supra iam adscripsi et ad fragmenta te relegabo: quae sunt de historico conferam. Sunt autem notabilia certe fere haec. Videmus utrumque adamare uerba obsoleta⁴⁾ et poetica⁵⁾ et noua⁶⁾, utrumque gaudere sophisticis schematibus e quibus inprimis *παρίστωσις* notatur⁷⁾; denique apud utrumque *ἡ ἑξαλλαγὴ τῆς συνήθους χρήσεως*⁸⁾; de Thucydidis artificiosa illa breuitate et obscuritate non est quod addam: Antiphontis supra (p. 80 sq.) illustrari exemplum; ille quoque *ἔχει χαρακτῆρα ὑπέροσμενον*

Ἄ. φήτορος et Hermog. l. l. Didymo auctore. Accedunt Suid. s. u. *Θουκιδ.* (*μαθητῆς Ἀντιφώντος*) et Anon. uit. Th. 2.

1) In Herm. uol. XII, p. 335 'Die Thukyd.-legende'. 2) Vit. Ant. § 7.

3) Libri VIII caput 68 innuit. 4) Dion. ad Amm. II, 3. Marc. 52.

5) Ibid., quae u. illustrata a Poppono, de elocutione Thuc. p. 253 sqq.

6) Uterque igitur *ἐφευρετῆς ἐστὶ τῶν καινῶν ὀνομάτων* Marc. 52.

7) *Ταῖς παρίστωσις χαίρων* Hermog. l. l. de sophista A. cf. Dion. ad Amm. II, 2, Marcell. 36, Popponem p. 257.

8) Dion. l. l. 3.



καὶ μέγαν estque interdum ὑπέρογκος καὶ ὑψηλός¹⁾; laudatur eius τὸ γνωμολογικόν²⁾; adde utrumque nonnumquam sublimitatis fines egressum tendere ἐπὶ τὸ τραχύτερον μᾶλλον καὶ τὸ σκληρότερον³⁾ — et per omnes credo numeros iuit comparatio.

Sed hanc Antiphontis sophistae cum Thucydide cognitionem omnino non primus uidi: notauit olim Hermogenes adhuc neglectus decantato illo loco cui fortasse ipse Didymus subest. Audiamus. *Θουκυδίδην γὰρ αἰτ' Ἀντιφώντος εἶναι τοῦ Ῥαμνουσίου μαθητὴν ἀκούω πολλῶν λεγόντων, καὶ τὸν μὲν Ῥαμνούσιον εἰδὼς ἐκείνον οὐπὲρ εἶσιν οἱ φονικοί, τὸν Θουκυδίδην δὲ πολλῶν κειχωρισμένον καὶ κοινονηχότα τῶν εἶδει τῶν τῆς ἀληθείας λόγων, πάλιν οὐ πείθομαι.*

Dicit igitur — ut explicem partem loci fortasse non omnibus numeris integram (post ea quae sunt *Θουκυδίδην δὲ* nescio an inserendum sit *τούτου*, quod post *πολλῶν* fecisse iam Blasium nunc uideo), certe difficilem —: ‘et eum intellego Rhamnusium cuius sunt orationes capitales, a quo quidem multum distat Thucydides qui potius multa communia habet cum specie librorum qui de neritate inscripti sunt’, id est cum Antiphonte sophista, cuius notissimum opus nominare maluit.

Manifestum tamen est in huius potissimum scriptionis reliquias inquirendum esse euenireque magnam prioris disputationis confirmationem, si illa similitudo adeo in paucis illis XXV fragmentis cernatur. Cernitur, et mirifice. Discimus enim eum in illa scriptione ἀνῆκει ἀντὶ ἀπλοῦ τοῦ ἦκει ἢ οἶον ἀνεβιβάζθη καὶ προελήλυθεν (frg. VI) usurpasse. Et unum uidetur habere comitem Thucydidem qui in libri III capitis 45 § 3 docet: poenae initio molliores plerumque paullatim ἐς τὸν θάνατον ἀνῆκουσι, scilicet ‘progressae sunt’, licet scholiasta interpretetur ἀνέρχονται. — Sophista (l. l. frg. VIII) ἀπαθῆ ἀντὶ τοῦ τὰ μὴ ὡς ἀληθῶς γεγονότα πάθη posuit: quid quod

1) Marcell. 50. 53. μεγέθους ἐφιέμενος Hermogenes de Thucyd. p. 422 Sp.

2) De A. sophista Hermog. l. l. et Philostr. γνωμολογίαι τε λαμπραὶ καὶ φιλόσοφοι.

3) Dion. ad Amm. II, 2 et Hermog. p. 422.

historicus in V libri capitis 16 § prima Niciam ἀπαθῆ (ubi scholiasta adscripsit εὐτυχίης, propter id quod sequitur ἔξιούτο διασώσασθαι τὴν εὐτυλίαν) uocat; quasi dicas τὸν μέγρι τοῦ μηδὲν πάθος πεπονθότα siue 'adhuc cladis expertem'. Postremum ille (l. l. frg. XXI) τοὺς νόμους μεγάλους ἄγοι ἀντὶ τοῦ ἰγούτο scripsit plane poetica¹⁾ et his temporibus inaudita in sermone licentia quam probauit unus Thucydides qui in libri VIII capite 81 § 2 narrat Alcibiadem opibus suis gloriatum esse ἵνα τιμιώτερον αὐτὸν ἄγοιεν. — Hactenus de elocutionis cognatione, cuius exempla quin harum rerum peritiores cumulare possint nullus dubito. Quibus consideratis si addidero ad triumuiratum illum notissimum praeceptorum Thucydidis, Anaxagoram et Gorgiam Prodicumque sophistas dico²⁾, melius quartum accedere sophistam quam oratorem et sophisticarum artium uestigia apud Thucydidem passim re uera adparere: obseruatione illa et Hermogenis et mea ita utaris ut inter Thucydidis magistros fuisse statuas Antiphontem sophistam*).

Ad calcem disputationis fere peruenimus; unum restat Nestoris cognomen. Hoc autem rhetoricae artis auctori a falso Plutarcho (l. l. § 6) et a Photio, ei qui νεπένθεις ἀρροάσεις professus sit a Philostrato, Rhamnuso a Suida in tertio de Antiphonte commentariolo tributum ad sophistam, qui re uera fuisse uidetur Graeca Siren, non ad seuerum illum et tenuem oratorem spectare mecum quiuis opinor et sentiet et contendet.

Sed tempus est ex hac digressionem in rectam narrationis uiam reuerti.

ISOCRATIS oratio IX quae inscribitur *Εὐαγόρας*, cuius apud filium Nicoclem Salaminis tyrannum haberi fingitur, perperam a quibusdam antiquis rhetoribus ἐπιτάμιος λόγος uocata est³⁾,

1) Aesch. Suppl. 924 et Eur. Bacch. 1037 D. Adiectiuum, non aduerbium intellego cum Kruegero ad Thuc. l. l. Plura adtulit Wyttenb. ad Plut. Mor. p. 36 E.

2) Dion. de Thuc. ind. c. XXIV p. 869 Rsk. Marcell. 22. 36.

*) Excursus IX.

3) cf. argumentum ad orationem et Menandr. π. ἐπιθ., p. 419 Sp.

cum octo fere annis post Euagorae obitum circa annum 370 scripta esse uideatur¹⁾. Idem in Gryllum Xenophontis filium — de quo sexcentas laudationes funebres scriptas esse Aristoteles²⁾ testatur — *ἐγκώμιον*, scilicet post illius mortem composuisse dicitur³⁾.

Eius discipulus Isocrates Apolloniates cum Theodecte, Theopompo Chio, Naucratre Erythraeo de laudatione funebri in Mausolum regem habenda certamen iniit⁴⁾.

ARCHINI *ἐπιτάφιος*⁵⁾, contra quem Menexenum suum se scripsisse Plato p. 234 B ipse indicat, eo tempore quo hic *ἐπιτάφιον* suum habitum fingit (a. fere 387) re uera uidetur dictus esse, id quod pluribus exposuit Krueger⁶⁾. Cuius orationis pauca fragmenta eruit Ruhnkenius.

Feruntur duo *ἐπιτάφιοι*, LYSIAE alter, alter DEMOSTHENIS, qui tamen pro spuris pridem habiti sunt et, quamuis Lysianum nonnulli uiri docti defenderint⁷⁾, hodie habentur. Cum autem haec ipsa oratio adeo distributione et compositione plane ad Platonici epitaphii exemplum facta sit, utriusque

1) u. Blassium l. l. II, 246. 260. 2) Apud. Diog. II, 55.

3) Ibid. ex libro Hermippi qui erat de Theophrasto.

4) Suid. s. u. cf. Harpocr. p. 76, 11 D. Vicit Theopompus (Gell. X, 18, 6).

5) Phot. Bibl. p. 487 b, 32. or. att. II, 166.

6) In stud. histor.-philol. 1, 342 sqq. ('Hat Platos Menex. eine Beziehung auf d. Epit. d. Lysias?')

7) Cf. Blassium II, 433 adn. 2. Cuius ex argumentis ego hoc unum grauissimum quod p. 436 adfertur libentissime repeto: 'ualde mirum est quod laudationis pars consolatoria quam Plato praecipit praebetque (de quo uide infra) Hyperides, ita tota deest ut adeo in luctum disertis uerbis excitentur in conclusione superstites. Sic in arte sua non peccasset Lysias. Ceterum Lysiae *ἐπιτάφιοι* memorantur a falso Plut. uit. Lys. § 13. Post Blassium tamen J. Girardus in annalium qui *Révue archéologique* inscribuntur uol. XXIII p. 373 sqq. et XXIV, p. 4 sqq. (Sur l'authenticité de l'oraison funèbre attribué à Lysias) et Kluegmännus in libro quem de Amazonibus scripsit (1875) p. 65 sqq. defensores exstiterunt. Isocratis Panegyricum ad illam orationem contulerant: uide nunc Girardum et Kluegmännum l. l. p. 67 sqq. qui premit ante Panegyricum Lysiae epitaphium scriptum esse. Isocratis Areopagiticum uno certe loco exprimi demonstrauit Reussius (in Mus. Rhen. uol. XXXVIII p. 149) ubi de Pseudolysiae epitaphio disputat, qui praeterea addidit compluria utilia.

orationis prima pars quae est de laudibus maiorum tota e Platone pendet¹⁾. — Pseudodemosthenicam uero orationem post Dionysium et Libanium ad unum omnes damnauerunt ut partim fatuam et pinguem partim e Menexeno Isocrate ipso Demosthene consutam²⁾. — Dionysio³⁾ debemus complurium nomina, Olorum Naucratem Hyperidem, qui praeter eos quos modo enumerari in talium orationum auctoribus ab eo referuntur.

Ex quibus omnibus longe maximi momenti est HYPERIDES, cuius orationis usque ad medium fere hoc saeculum (cum tota fere oratio in papyro Aegyptio inuenta est) nihil nisi ultima pars quae est consolatoria Stobaei excerpto⁴⁾ innotuerat. Hanc antem potissimum orationem inuentam esse eo magis gandendum est, quod ita unam certe Graecam laudationem quae re uera sit dicta⁵⁾ possidemus. Epilogus uero ille pulcherrimus, quo propinquorum superstitem consolatio continetur, probam ueramque philosophiae scientiam prae se fert qualem in nulla alia Graecorum aut Romanorum oratione funebri offendimus. — Transmittimur statim in I p. Chr. n. saeculum quo DIO CHRYSOSTOMUS nobilissimus ille rhetor genus consolatorum coluit III orationibus quae sunt XXX, XXVIII, XXIX. Quarum in prima quae inscribitur *Χαρίδημος* Dio sibi Timarchum Charidemo filio orbatum conuenienti a Timarcho consolationem quam ipse filius ille moribundus patri tradiderit recitari fingit. Proferuntur perantiquae doctrinae, pleraeque quidem Platonicae, et Socraticorum morem⁶⁾ sapiunt qui in-

1) A Platone falsisque Lysia et Demosthene eadem praedicantur: 1. Amazonum ingruentium clades. 2. iusta facta eis qui cum septem illis ducibus Thebas adgressi occiderunt. 3. Heraclidae Athenis recepti. — Plato 239 B et Isocrates (Paneg. § 68. Panath. § 193) soli et primo loco Eumolpi inuasionem memorant.

2) Cf. Blassium l. I. III, 356. Singulis locis comparatis hoc demonstrauit Westerm. p. 56 sqq.

3) De art. rhet. VI, 1. 4) Flor. CXXIV, 36.

5) Sub hiemem a. 323, in honorem eorum qui in obsidione Lamiae cum Leosthene duce occiderant.

6) Sic in Axiocho (p. 371 A) Gobryas magus Orcum pulcherrime

seruntur λόγοι, alter ἀνδρὸς ἀγύρτου (I, 335, 29 sqq. ed. D.). alter ἀνθρώπου γεωργοῦ ἐν ἀγροίῳ τινὶ ἔνθρμῳ καὶ μέλει (p. 337, 20 sqq.). — In libelli qui inscribitur *Μελαγκόμας Α* (or. XXVIII) altera parte Dio senem Melancomae mortem plangentem consolatur; hic exstat ille locus e Xenophontea Apologia transcriptus.

Oratio XXIX quae inscribitur *Μελαγκόμας Β* est ἐπιτάγιος in eundem Melancomam fictus.

AELII ARISTIDIS rhetoris Marco Aurelio fere aequalis duae ad nos peruenerunt laudationes, or. XI et XII, altera in discipulum (εἰς Ἐπειώνα ἐπικύδειος), altera in praeceptorem (ἐπὶ Ἀλεξάνδρῳ ἐπιτάγιος). Cum autem Menander rhetor¹⁾ Aristidem III epitaphios scripsisse tradat, Volkmannus²⁾ hos tres periisse uno fragmento excepto contendit; nam orationes XI et XII ad consolationum genus pertinere. Quod valde uereor ut recte statuerit uir doctissimus. Nam etiamsi orationem XI, quae post merum *Θρήνον* saltem epilogum *παρὰ μνηστεικόν* praebet, ad consolatorium genus pertinere concedi aliquo modo potest, tamen orationem XII quae ne unum quidem habeat argumentum consolatorium, sed tota in celebrando defuncto uersetur, nullo iure consolationem uocaueris. Quare tantum nam Aristidis orationem funebrem periisse statuo³⁾.

describit. — Notamus obiter Persicum illud nomen esse: Gobryas e. g. Mardonii pater audiuit (Herod. VI, 43) idemque nomen saepius apud Herodotum et Xenophontem obuiam fit. Quid sibi uelit Argentarius qui in epigrammate (A. P. X, 18) *Γῶβρον* cum Baccho et Venere componit plane ignoramus.

Sic apud Platonem in Republ. X p. 614 B Er Armenius qui cum in proelio occidisset duodecimo die reuersus in uitam de inferis narrans inducitur. Sic illos imitatus Dicaearchus in sermone Corinthiaco, quo nihil omnino esse animum docuit, Pherecratem quendam Phthiotam senem, quem ait a Deucalione ortum, disserentem induxit (u. supra p. 35). Solebant ueteres seueras tristesque quaestiones eiusmodi suauibus coloribus et quasi gemmis inluminare et distinguere, in primis autem et optime hi mei consolatores.

1) l. l. c. XI p. 418, 10 Sp.

2) Volkmannus, Rhetor. d. Gr. n. Röm. p. 305 adn.

3) Inter orationes funebres etiam Westerm. l. l. p. 43 eas ennumerat; easdem Fr. A. Wolfius ad Demosth. p. 361 spurias esse iudicauit.

LUCIANI mirus libellus inscribitur *περὶ πένθους*, quo id agit scriptor ut (acerbe simul et lepide ut eius est mos) describat 'ea quae a lugentibus agantur et dicantur et ea quae rursus a consolatoribus promantur, quamque intolerabilia lugentes ea quae acciderint putent esse, quamvis neque hilum sciant sicut illa mala luctuque digna an contra iucunda et eis quibus acciderint meliora; uerum omniuo consuetudini et ritui luctum concedunt' (§ 1).

Quod cum demonstrandum sibi proposuerit, primum ea quae ab inferis timeant homines perstrigit, tum inducit patrem gementem (c. 13), quem increpat respondens filius defunctus (c. 16—19); extrema parte acerbam inrisiorem suam uocem addit. Libellus igitur — ut est quaedam *παρηγία* — haud exigui momenti est ad refugenda ea quae iridentur, itaque hoc loco recensendus erat.

FAUORINUS Arelateusis, uir uaria doctriua instructus et Gellio aequalis, in declamationibus haec quoque materiam tractauit, uelut *περὶ γήρωσ*¹⁾ disputauit et *ἐπὶ ἀώρω λόγον*²⁾ scripsit quem periisse non satis potest doleri, si quidem dubium esse nequit, quin argumenta consolatoria quibus de iunatura morte adlocuturi umquam usi sicut philosophi et poetae, in eo diligentissime congesta fuerint.

Sequitur rhetorum triumuiratus a Iuliano imperatore admodum celebratus, qui constat ex HIMERIO, THEMISTIO, LIBANIO, orationum funebrium auctoribus. Et Libanius quidem auctor

1) Stob. Flor. CXV, 17 fragm. seruauit.

2) Philostr. uit. soph. I ἡ' p. 11 K., si quidem sic pro eo quod traditur *ἐπὶ τῷ ληρῷ* legendum est. cf. adn. crit. p. XXII. — Sed priusquam ex his regionibus decedam, Luciani de luct. 18 init. tangam. Ibi mortuus filius increpandi et docendi finem sic facit: *ἂν ταῦτα λέγεις, ὦ πάτερ, οὐκ οἶμαι πολὺ ἀληθέστερα καὶ γελοιότερα ἐκείνων εἶναι; Nempe illud καὶ γελοιότερα expellendum aut γελοιότερα mutandum. Neque enim ille potest praecepta sua ueriora et magis ridicula uocare, quia supra § 17 init. promisit: *διδάξομαι σε θρηνεῖν ἀληθέστερον* et quia aliud in uoce γελοῖος nec h. l. inesse posse liquet conl. § 24 extr. (inridendi fine facto), ubi notio aperta est: *ταῦτα καὶ πολὺ τοῦτων γελοιότερα εἴροι τις ἂν ἐπιτηρῶν ἐν τοῖς πένθει γινόμενα εἶα.**

epitaphii in ipsum Iulianum (or. X) scripti immensis chartis debacchatur in canendis illius uita factisque. 'Haec certe deserta loca et taciturna querenti!' Nec plus nobis impertiant Himerii oratio II et Themistii *εἰς τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐπιτάφιος* (or. XX Dind.).

His adiungo Nazianzenum GREGORIUM patriarcham illum doctum et disertum. Qui licet alias haud rudem se praebet in litteris ueteribus, in tribus orationibus funebribus quas habuit de Caesario fratre (or. X), de Gorgonia sorore (or. XI), de Basilio Magno (or. XX) et in consolatione ad matrem Nonnam de morte mariti (or. XIX), ueterum argumenta fere spernere uidetur.

Quo doctiorem se praestat is quem ultimo loco sum memoraturus, CHORICIUS Gazaens saeculi VI sophista¹⁾. Is in *ἐπιτάφιος* quem habuit in Procopium Gazaem narios neterum fontes et consolationes non sine iudicio adhibuit. Nullius tamen pretii est eiusdem *ἐπιτάφιος Μαρτίας* corruptissimus.

Alios laudationum auctores extremae antiquitatis enumerat Westermannus l. l. p. 44 sqq.

Ad ROMANOS SCRIPTORES transgressis nobis longe breuior occurrit series nominum. Primas consolationes, quae quidem ad nos peruenerint, debemus Tulliae Ciceronis filiae morti, qua ita fractus est uere anni a. u. c. 709 pater ut fortunae se succubuisse ipse fateretur. Nihil igitur eum adiunxerant consolationes quae illo tempore undique ad eum confluerunt²⁾, a BRUTO³⁾, a DOLABELLA⁴⁾ genero, a CAESARE⁵⁾ ipso, a L. LUCCEIO⁶⁾, a SERUIO SULPICIO⁷⁾. Et huius quidem pulcherrima

1) Ed. Boisson. 1846, p. 1 sqq. 37 sqq. 2) Plut. Cic. c. 41.

3) Ad Att. XII, 14, 4. ad Brut. 1, 9, 1. Idem post mortem Hortensii consolatorias litteras ad Cic. miserat (Brut. 96, 330).

4) Ad fam. IX, 11. 5) Ad Att. XIII, 20, 1.

6) Ad fam. V, 13 est Ciceronis responsum.

7) Ad fam. IV, 5 est eius epistula.

consolatio nobis ipsa seruata est; L. Lucei epistula e Ciceronis responso fere eruitur¹⁾.

Sed Tullius noster, antequam maior pars illarum consolationum ad eum peruenit — ut erat ingenio feruido — in ipso doloris aestu fecit quod ante ipsum fecisse neminem paulo post mense Martio gloriatus est²⁾, ut se ipse per litteras consolaretur, id est ad luctum sedandum componeret librum nunc perditum quem inscripsit **M. TULLII CICERONIS CONSOLATIO**. Ad quam restituendam qui adcingitur, in primis inquirere debet in rationem quae intercesserit inter ipsam et Tusculanas disputationes, id est fere in Tusculanarum disputationum fontes. Equidem dissentio ab eis qui adhuc de hac re scripserunt, et ab Heinio qui l. l. Panaetium Chrysippum Platonem secutum esse Ciceronem, et a Petro Corsseno³⁾ qui Posidonium stoicum, et ab Hirzelio qui (l. l. III, p. 479 sqq.) omnium Tusculanarum disputationum librorum auctorem uoluit esse Philonem academicum.

Totum enim me bona pace Hirzelii uiri doctissimi eis adico, qui Ciceronem uariorum philosophorum uaria opera perlegisse et in illis disputationibus adhibuisse arbitrari audeant: quos quidem ille ipso initio disputationis (p. 342) uno uerbo ualere iubet.

Et primum quidem mihi persuasi Ciceronem in Tusc. disp. eam materiem quam in Consolatione adstrictius et sine iusta distributione non tam elaborauerat quam conlegerat — erat nere tumultuaria scriptio Consolatio — doloris ipso impetu, animi tranquillitate recuperata accuratius uberius latius uoluisse ita tractare ut quasi ex illius fundamento surgeret Tusc. disputationum aedificium⁴⁾. Quae opinio ut uel propter magnam

1) Lucei epistolam quae exstat ad. fam. V, 14 scriptaque est m. Iunio, Schulzius l. l. p. 13 pro eiusdem epistula consolatoria uendit: nempe ad hanc epistolam quae omnino non est consolatoria iam mense Aprili Cicero responsum praecipuat (V, 13).

2) Ad Att. XII, 14, 3.

3) De Posidonio Rhodio M. Tullii Cic. in l. I Tusc. disp. et in Somn. Scip. auctore, Bonnae 1878 et in Mus. Rhen. uol. XXXVI, p. 506 sqq.

4) Cf. Schneiderum de Cons. Cic., Heidelb. 1835, p. 30.

argumenti similitudinem probabilis est, ita fulcitur inde quod Cicero post confectam eiusdem anni a. u. c. 709 mense Martio Consolationem statim Tusc. disp. inchoauisse uidetur¹⁾, si quidem mense Maio in Tusculano agens Dicaearchi duos *περί ψυχῆς*²⁾ arcessiuit, quorum usum diligentissimum in primo Tusc. disp. libro cum ipse profitetur Cicero, tum nos uidemus. Sed priusquam rem adgrediar, praemittendum est mihi non rem esse cum omnibus Tusc. disputationum libris sed tantum cum libro I qui est de contemnenda morte et cum libro III quo de aegritudine lenienda quaeritur: hi enim complectuntur totam materiem consolatoriam.

Quos libros partim e Crantore, quem secutus est Cicero in Consolatione³⁾, partim ex uariis fontibus quos scripturus Consolationem tantummodo inspexerat⁴⁾ (ut erat inter filiae mortem et scriptionis initium breuissimum temporis spatium) hactenus esse, ita tamen ut complures, uelut Dicaearchi Chryssippi aliorum libros adderet: hoc probasse uidebor, si et Crantoris et ipsius Consolationis locos passim per Tuscul. disp. libros I et III sparsos esse partim simplici enumeratione partim singulis quaestiunculis demonstrauero. Qua in re ubi Ciceronis locos cum Plutarchi aut Aeschinis locis tacitus composui, putato me priore disputatione fultum indicare rediuuium meum Crantorem. Possum autem omnino iam breuius agere, quia pro rei natura grauissimae quaestiones supra profligatae sunt.

Tusc. disp. liber I.

I. 12, 18 — Cons. frg. 14 Bait.

II. Cicero 9, 19—11, 22 philosophorum de animo sententias componit adnotatque in fine enumerationis § 23: 'Harum

1) Ad Att. XII, 14, 3 (scr. m. Martio): 'Quin etiam feci quod profecto ante me nemo, ut ipse me per litteras consolaret; quem librum ad te mitam si descripserint librarii... Totos dies scribo' e. q. s.

2) Ad Att. XIII, 32, 2. cf. p. 35 adn. 4 et 5.

3) u. Cons. frg. 8 Bait. supra p. 47 et 48 adn. 2.

4) Ad Att. XII, 14, 3: 'Nihil enim de maerore minnendo scriptum ab nullo est quod ego non domi tuae legerim'.

sententiarum quae uera sit, dens aliqui uiderit; quae ueri simillima, magna quaestio est'. Idem fecit in Consolatione et conclusit: 'Quoniam utraque earum sententiarum doctissimos habuit auctores, nec quid certi sit diuinari potest'. Hoc enuntiatum ad Cons. pertinere ex una illa similitudine sane manifesta coniecit Schulzius¹⁾, non adsentiente nunc C. F. W. Muelero. Recte tamen ille. Quamquam ipse, nisi prius in libello illo catalogum istum fuisse demonstretur, rem non prorsus constare concedo. Potest autem demonstrari ex Hieronymi illa epistula ubi (cap. IV A) haec Ciceroniani catalogi uestigia exstant: 'Immortalem animam et post dissolutionem corporis subsistentem, quod Pythagoras somniauit, Democritus non credidit, in consolationem damnationis suae Socrates disputauit in carcere'.

Haec pauca ex illo loco Tulliani libelli excerpisse satis habuit Hieronymus; Cicero totum locum, ut supra memorauimus, in Tusc. disp. I transtulit ubi 10, 20 (cf. 16, 38) Pythagoras, 12, 22 Democritus, Socrates siue Plato passim per illam enumerationem redeat.

III. De eisdem sententiis usque ad 30, 72 in utramque partem disputans 27, 66 e Cons. disertis uerbis locum excitat.

30, 72 iterum transcribit Consolationis quamuis non laudatae locum: u. frg. 15.

Tota igitur haec regio (9, 19—30, 72) Cons. parti respondet.

IV. 31, 76 et 34, 83 ad Consol. reuocat lectorem.

V. Totius c. 34 summam e Crantore hausit (u. s.).

VI. 35, 85 ('hic si uiuis' e. q. s.) = Plut. 113 F (*ἀνὸς ἐὶ κτλ.*).

VII. 35, 86 et 37, 89 cf. ad frg. 20.

VIII. 38, 90 = Axioch. 365 D cf. 369 C (u. s.).

IX. 38, 91 = Plut. 109 F Ax. l. l.

X. 38, 91. 92 (cf. 97 sqq.) = Plut. 107 D (cf. 109 E).

Cicero et Plutarchus ob oculos habuerunt argumentationem de morte tripartitam quam Crantor — siue memoriae lapsu

1) L. l. p. 41. cf. Cons. frg. 9.

sive consilio — Socrati uidetur supposuisse, qui tamen re uera bipartitam illam et notissimam posuit¹⁾.

XI. 39, 93. 94. 95 init. — Plut. 116 B. 113 CDF. 111 CD.

Exscripserunt hos locos recto ordine tamen neglecto Heinius et Corssenius l. l. p. 511.

XII. 41, 98. 99 — Plut. 107 DF. 109 E. (Plat. Apol.).

XIII. 46, 111 — Plut. 111 E.

XIV. 47, 112 — Axioch. 370 DE. cf. 366 C.

XV. 47, 113—115 — Plut. 108 Esqq.

Tusc. disp. liber III.

I. 1, 2 fortasse conferendum ad Crantoris fragmentum apud Plut. 104 C extr.

II. 6, 12 eiusdem dictum laudatur.

III. 13, 28 extr. eiusdem est (u. s.).

29 — Plut. 112 D (Eur. frg. 392 N.).

IV. 14, 30 Terenti (Phorm. 241 sqq.) octonarios iambicos ad Enripidis quorundam uersuum exemplum expressos — etiam in consolatione fuisse credideris propter uersum 4:

‘... aut uxoris mortem aut morbum filiae’.

V. 16, 34 — Crantor apud Plut. 114 C. 118 C.

VI. 22, 54 Clitomacheae consolationis euersa Karthagine ad ciues missae locus adfertur. Eundem librum Cicero in Consolatione adhibuerat (Hieron. l. l.).

VII. 24, 58 cf. Plut. 118 D et u. s.

VIII. 26, 63 — Plut. 119 BC et u. s.

IX. 28, 66 — Plut. 112 C.

X. 28, 70 Cons. locum exhibet disertis uerbis.

XI. 28, 71 Crantoris dictum laudat.

XII. 28, 71. Versus qui adiunguntur Otfei Sophoclei²⁾:

1) Plat. Apol. p. 40 B (c. XXXII). cf. Wyttenb. ad Plut. l. l. Schneiderum de Crantore l. l. p. 844 Heusdium p. 47, Corssenium l. l. p. 513 sq. Negat unus Gerckius p. 35 sine idonea causa.

2) Ipsius Sophoclis uerba u. in tragg. frgg. 662 N.

Nec uero tanta praeditus sapientia
 Quisquam est qui aliorum aerumnam dictis adleuans
 Non idem quom fortuna mutata impetum
 Conuertat, clade subita frangatur sua,
 Ut illa ad alios dicta et praecepta excidant

in Cons. adtulisse Ciceronem non possum non suspicari. Scripserat enim Seruius Sulpicius ad illum consolatoriam epistolam in qua sic eum exhortatus erat (ad fam. IV, 5, 5 extr.): 'quae aliis tute praecipere soles ea tute tibi subice atque apud animum propone'.

Ad hanc exhortationem, quam procul dubio multi consolatores haud iniuria tum in patrem lugentem increpuere, respondit hic in Cons. cum fateretur 'pugnasse se semper contra fortunam eamque a se esse superatam . . . Tum autem cum amisisset filiam, uictum se a fortuna turpiter. Cedo inquit et manum tollo'. — Itaque inter illos quos infra (Tusc. 30, 73) indicat 'plerosque consolatores qui ipsos se miseros confiteantur quom ad eos impetum fortuna couerterit' se ipsum numerare Ciceronem quamuis iuuitum nunc nobis liquebit. Optime autem certe illi Cons. loco (frg. 16) adiungere potuit istos uersus in ipsius scilicet excusationem. Immo uero idem respondentem audimus Ciceronem exulantem¹⁾ Philisco cuidam exprobranti muliebrem animi habitum apud Dionem: ἄλλ' οὐδέν τοι inquit ὁμοίον ἐστίν, ὡς Φιλίσκο, ὑπὲρ ἄλλων τέ τινα λέγειν καὶ ἑαυτῷ συμβουλεύειν . . . ὅθεν που πάνυ καλῶς εἴρηται ῥῆθον παραινέσαι ἑτέροις ἐστὶν ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερεῖν — quae uerba illum Tusc. locum mirifice respiciunt.

XIII. 30, 73 cf. Plut. 118 B extr. C init.

XIV. 31, 76 rationem indolemque Consolationis suae prodit.

Iam si feliciter adhibui hanc argumentationem qua probari nolui eosdem fere in Cons. et in Tusc. disp. libris I et III scribendis exhaustos esse fontes²⁾: uideor simul demon-

1) Dio Cass. XXXVIII, 19.

2) Videmus in Tusc. Tullium satis amplos ueterum suorum poetarum flores de suo adicientem; quanto uberius eosdem in Consolatione delibatos esse putabis!

strasse Consolationem in eis fere contineri, ita saue ut quaedam fuerint in illo libello quae in Tusc. disp. non repetiuerit Tullius. In his fuisse illa Delphica dicta illasque de Anaxagora Xenophonte Pericle historiolas supra (p. 47 sqq.) demonstraui; addo iam alia quaedam ab eodem Hieronymo suppeditata. Primum non satis est illarum fabularum commemorationem Ciceroni reddidisse: unius saltem ipsam narrationem Tullianam ex Hieronymo enucleatam praestare queo:

Hieron. c. V.

Xenophontem Socraticum . . cum sacrificans filium in bello audisset occisum deposuisse coronam dicitur et eandem capiti reposuisse postquam fortiter in acie dimicantem reperit concidissè.

Plut. 115 F sq.

Ξενοφῶντα δὲ τὸν Σωκρατικὸν θύοντά ποτε παρὰ τῶν ἀγγέλων ἀπὸ τοῦ πολέμου πυθόμενον ὅτι ὁ υἱὸς αὐτοῦ Γρούλλος ἀγωνιζόμενος ἐτελεύτησε, περιετόμενον τὸν στέφανον ἐξετάζειν, τίνα τρόπον ἐτελεύτησε· τῶν δὲ ἀπαγγειλάντων ὅτι γενναίως ἀριστείων . . ἐπιθίμενον πάλιν τὸν στέφανον κτλ.

Nota in Hieronymo colorem ad amussim Tulliauum, immo merum Tullium adgnosce; in Plutarcho autem in tanta similitudine lepidam illam garrulitatem quam identidem notanimus.

Legimus in eadem ad Heliodorum consolatione (c. XIV C): 'Naeuins') poeta:

'Pati' inquit 'uicessè est multa mortalem mala'.

Unde et Niobam, quia multum flenerit, iu lapidem et diuersas bestias commutatam fluxit antiquitas. Et Hesiodus natales hominum plangens gaudet in funere; prudenterque Ennius²⁾:

'Plebs' ait 'iu hoc regi autistat loco, licet

Lacrumare plebi, regi honeste uou licet'.

Primum manifestum est Naeuii et Ennii locos ab Hieronymo ex Ciceronis Consolatione translatos esse, quippe qui ceteroqui uou adpareant neque ex ipsorum poetarum notitia fluxerint; reapse enim negandum est Hieronymum illorum uolumina manibus truisse³⁾. Ceterum satis habeo adnotasse

1) Naeu. inc. com. 106 R.

2) Enn. Iphig. frg. VII R.

3) Cf. Aem. Luebeckium, Hier. quos nouerit scriptores et ex quibus hauserit, Gryph. 1871, p. 6.

utrumque locum egregie in consolationem quadrare, praesertim in Ciceronis, quem ut in Tusculanis disputationibus aliisque libris ita in Consolatione multum fuisse in ueteribus poetis Romanis excitandis et omnino probabile est et probare nos studuimus.

Locum autem illum quo Nioba commemoratur corruptum esse iam Vallarsius suspicatus est, cum conlata epistula LXIX subsequenti anno 397 ad Oceanum data, ubi (c. II A) legimus: 'Niobam putares quae nimio fletu in lapidem conuersa est', doctiorem in ueterum fabulis sanctum patrem fuisse ratus in illa epistula ant post uoculam 'et' inserendum uerbum *alios* et porro scribendum esse 'commutatos' aut uerba 'et diuersas bestias' expellenda esse censeret. Sed potest certius indicari et de ulcere et de medicina.

Est certissimum neque Hieronymum neque Ciceronem in memoranda notissima illa fabula (quae quod ad Niobes commutationem adinet numquam uariata est) tale quid quale apud illum legimus potuisse peccare. Adde quod in Tusc. disp. (III, 26, 63), e Consolatione nimirum depromens, repetiuit idem nimium lugentis exemplum Cicero: 'Et Nioba fingitur lapidea, propter aeternum credo in luctu silentium'. Addit autem statim:

'Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam et rabiem in canem esse conuersam'. Iam si reputauerimus quot locos Cicero ex Cons. conpluriens ad uerbum in Tusc. disp. transtulerit, si contulerimus illud Hieronymi 'fluxit antiquitas' cum Ciceronis uerbis 'putant fingi': utique Hecubae nomen in corrupto Hieronymi loco e Ciceronis Cons. hausto excidisse intellegemus. Post quod nomen aut uox 'alios' aut alia nomina quae huc pertinent, uelut Alcyone Cycus Daedalion, exciderunt¹⁾.

Aemilius Luebeckius dein l. l. p. 20 corruptelam odoratus est in uoce 'Hesiodus' quam Susemibrium secutus mutari iussit ut fieret 'Herodotus', cuius similem sane sententiam²⁾ apud Clementem Alexandrinum³⁾ legisse Hieronymum ponit.

1) Hyg. p. 63. 27. 127 Schm. 2) I, 32 ubi de Cleobide et Bitone narrat.

3) Clem. Alex. II, p. 253 D. = p. 185 Sylb.

Perperam. Eteum adparet ex uuo fonte totum locum haustum esse minimeque est probabile illum Naeuii Euuiique locis Herodoti sententiam e tam longinquo fonte admiscuisse. — Idem longissime uidelicet a uero aberrauit cum (p. 8) illos Naeuii et Ennii uersus 'in Varronis aut Suetonii aliquo libro deperdito' fuisse sine ullo fundamento ariolaretur. Quidni tandem 'in Ciceronis aliquo libro deperdito' dixit? Dixisset profecto, si diligentius in totius epistolae indolem inquisiuisset, cuius ille fons tam clare proditur recte quaerenti.

Nunc pauca de Hesiodo. Equidem et incertus haereo liceatne corruptum ceusere uerbum neque ausim certi quidquam de ipso dicto statuere. Versatur sane Hesiodus in defleuda uita humana loco uotissimo et in consolationibus saepius laudato¹⁾; sed tamen hunc locum his uerbis indicasse Cicero- nem nullo pacto licet statui. Nec melius cogitaueris de carminis quod est de Hesiodi et Homeri certamine uersibus his²⁾:

*Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Αἴδαο περῆσαι,*

quia omnino negandum uidetur esse carmen illud Hesiodi uo- mine laudari potuisse, atque adeo hi uersus non illi sed Homero tribuuntur. Adde quod eos, si rem acrius paulo adtendas, non ita bene in Hieronymi uerba quadrare nequis infitias ire. Rem acu tangunt uersus illi decantati:

1) O. et D. 95 sqq. quos uersus laudat Plut. cons. ad Ap. 105 DE. 115 A. Spectat haud dubie ad hunc quoque locum Aesch. Ax. 367 D. Venia sit paulisper digredienti. Ibid. p. 370 A difficilis argumentatio ex illi corruptela ex toto obscuratur: *ἀρχὴν γὰρ, ἰνquit, ὦ Ἀἴσοχε, μὴ συννηποτιθέμενος ἀμῶς γε πῶς μίαν αἴσθησιν κατὰ τὸ ἀνεπιστήμον οὐκ ἂν ποτε πτυρεῖης τὸν θάνατον.* Corrigo *νέαυ*. Increpat enim: 'Qui fiat, ut ad indolentiam quae non admittit luctum accedat luctus? omnino enim, nisi — qua nunc es imprudentia — quodam modo nouum (i. e. alterum) sensum simul poneres, haud timeres mortem'. cf. geminum illum locum (de quo u. supra p. 13) p. 365 D *ἅμα μὲν ὀδύρει τὴν ἀναισθησίαν, ἅμα δὲ ἀλγεις ἐπὶ σήψει καὶ στερήσει τῶν ἡδέων, ὥσπερ εἰς ἔτερον ζῆν ἀποθανοῦμενος.*

2) Ed. Goettl.³ p. 360. De quorum uersuum uariis fatiis non adtinet dicere. Principem fere locum consolatores eis concessere.

Ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
 τὸν φύντα θρηγείν εἰς ὅς' ἔρχεται κακά,
 τὸν δ' αὖ θανάοντα καὶ πόνων πεπαιμένον
 χαίροντας εὐφρημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων

qui quin in Ciceronis Consolatione non minus quam in Tusc. disp. locum habuerint dubitatio nulla admittitur¹⁾. Sed non is sum qui crassa Miuerua apud Hieronymum substitutam pro Hesiodo Euripidem. Quare aut ipsum Hieronymum calami lapsu nomina illa confudisse aut eius locum in Hesiodi fragmentis conlocandum esse ceusuerim.

Agedum narremus quo consilio quoque loco Eunium patrem in Cons. excitauerit Tullius. Eius quidem uersus procul dubio arcessiuit quibus se grauiter admoneret ne dignitatem suam in luctu laederet. Etenim non unus ex multis sibi uisus est homo ille humanissimus. Ex hoc autem loco Hieronymus colores duxit, cum statim (ibid. D) illos uersus sic commentaretur: 'In te oculi omnium diriguntur, domus tua et couersatio quasi in specula constituta magistra est publicae disciplinae. Quidquid feceris, id sibi omnes faciendum putant'. Sed forte fortuna accidit ut ipsum Ciceronem eundem locum simillimis coloribus distinctum proferentem legamus in epistula consolatoria qua haud multo post proprium luctum a. a. u. c. 709 Brutum suum de uxoris morte adlocutus est²⁾: 'ac mihi' iuquit 'tum, Brute, officio solum erat et naturae, tibi nunc populo et scaenae, ut dicitur, seruiendum est; nam cum in te non solum exercitus tui, sed omnium ciuium ac paene gentium coniecti oculi sint, minime decet propter quem fortiores ceteri sumus, eum ipsum animo debilitatum uideri'. Hinc Hieronymum non pendere uix opus est adnotare; restat ut utrumque ad Consolationem redire concludamus. Et cui mirum uideatur Tullium largam illam ma-

1) Eur. frg. 452. Commentatur et uertit Cic. in ea Tusc. disp. parte (1, 113-115) quam totam et Crantoris et Ciceronis consolationi in disp. p. 51 sq. uindicauit.

2) Ad Brut. 1, 9, 2. — Idem argumentum fusius expressit garrulus auctor cons. ad Pol. c. VI.

teriem, quam illo libello semel coulegisset, postea si quando usus esset adhibuisse?

Ex eodem Ciceronis libello parauit Hieronymus Platonis notitiam quam c. XIV E prae se fert: 'Platonis' inquit 'sententia est omnem sapientium uitam meditationem esse mortis. laudant hoc philosophi et in caelum usque ferunt'.

Nos quidem hos sancti patris philosophos unum Ciceronem esse sentimus, qui illud Platonis dictum¹⁾ ut in Tuscul. disputationibus²⁾ ita in Consolatione protulerat et uerterat.

Ex Crantoris Tulliique libellis deriuani supra (p. 49 sq.) illud 'Ne quid uimis', quod c. VII A Heliodoro intime commendat Hieronymus. Quae statim adiungit uerba: 'nec doleas quod talem amiseris, sed gaudeas quod talem habueris' indidem esse profecta uinc uide. Pertinet haec ad tritissimum consolationibus locum quo is qui luget admouetur ne ingratus, si quando Fortuna uel Natura uel Deus quod benigne non tam donauerit quam in incertum tempus commodauerit subito repetat, sibi crudeliter eripi illud queratur³⁾.

Illum autem locum paene ad uerbum repetitum legimus in Ambrosii consolatione de obitu Satyri fratris⁴⁾: 'accedit' inquit 'quod ingratus diuinitati esse non possum. Laetandum est enim magis quod talem fratrem habuerim quam dolendum quod fratrem amiserim'. Patet autem nullos Ambrosium in consolationibus uisi Latinos auctores, id est Ciceronem fere et Senecam adhibuisse, ut infra

1) Plat. Phaed. p. 64 A. 67 D τὸ μελέτημα τοῦτό ἐστι τῶν φιλοσόφων, λίσαις καὶ χωρισμός ψυχῆς ἀπὸ σώματος. ibid. p. 67 E οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀποθνήσκουσιν μελετῶσι.

2) 1, 30, 74: tota enim philosophorum uita ut ait idem (sc. Plato) commentatio mortis est.

3) Plut. p. 116 B i. e. Cicero Tusc. 1, 93: Crantor. Sen. ad Marc. X, 1. Accius 421 R. Lucr. III, 971 L. (i. e. Epicurus. cf. Eur. Phoen. 555 sqq. Suppl. 535. Menandrum in Com. IV, 247 M.). Hinc Publ. Syr. 229 W. Hor. Epist. II, 2, 171 sq. Cons. ad Lin. 369 sq. Ambros. de ob. Satyri or. IV p. 305 M ed. Par. Boeth. de cons. phil. II, 1 pros. et. carm. 1. u. Excursus X.

4) De obitu Satyri l. l.

ostendam. Itaque cum nulla sit causa cur hunc unum locum ex Ambrosio sumpsisse statuamus Hieronymum, eundem autem neglecto Seneca se totum Ciceroni suo addixisse satis superque demonstrauerimus: illum locum ab utroque e Ciceronis Consolatione transcriptum esse cogimur statuere¹⁾.

Finem faciant IV loci qui tam mire Ciceronis potius quam Hieronymi ingenium redolent, ut nullus dubitem illius Consolationi eos nindicare. Quorum unus qui est: 'Quid nou potius replico tibi uicinas regum miserias et nostri temporis calamitates, ut non tam plangeudus sit qui hac luce caruerit quam gratulandum ei qui de tantis malis euaserit' egregie quadrat in eam Consolationis partem, qua Tullius²⁾ uitam humanam defleuit. Et fuisse ibi re uera hanc tristem cogitationem mirifice iude probatur, quod eodem fere tempore quo se ipse consolatus est Cicero in epistula consolatoria quam ad Titium amicum misit eandem prompsit³⁾: 'neque hae' inquit 'neque ceterae consolationes quae sunt a sapientissimis uiris usurpatae memoriaeque litteris proditae, tantum uidentur proficere debere quantum status ipse nostrae ciuitatis et haec perturbatio temporum perditorum, cum beatissimi sint qui liberos non susceperunt, minus autem miseri qui his temporibus amiserunt'. Atque, id quod rei probabilitatem ualde auget, quautopere Tullio displicuerint illa tempora reipublicae quantumque contulerint ad penitus frangendum lugentis animum discimus ex ea epistula qua Seruio Sulpicio consolatori (de quo cf. supra p. 94) respondit⁴⁾ tum ipsum, cum aut scriberet aut paulo aute perfecisset suam Consolationem. Ibi longiori argumentationi hanc inponit clausulam: 'non enim' inquit 'ut tum (scil. cum Tullia uixit) me a re publica maestum domus excipiebat quae leuaret, sic nunc domo maerens ad rem publicam confugere possum ut in eius bonis acquiescam. Itaque et domo absum

1) Similes loci sunt Sen. ad Marc. XII, 1 extr. epist. 63, 7. inprimis 99, 3 extr. auct. cons. ad Pol. X, 1, 2.

2) Hunc locum testatur ipse in Tusc. 1, 76. S3. cf. frg. 7 Cons.

3) Ad fam. V, 16, 3.

4) Ad fam. IV, 6 (§ 2 extr.).

et foro, quod nec eum dolorem, quem e re publica capio, domus iam consolari potest nec domesticum res publica'.

Alter locus qui est: 'quotidie morimur, quotidie commutatur et tamen aeternos uos esse credimus' (quem apostoli aliquo dicto longe superari Hieronymus addit) quamuis similis sit Senecae¹⁾ illi 'Cotidie morimur, cotidie enim demitur aliqua pars uostri' — tamen nequaquam ex hoc deriuari debet, praesertim cum constet ipsum Senecam in consolationibus ad Ciceronis et Tusculanas disputationes et Consolationem respexisse.

Tertium locum qui in calce epistolae legitur quod Ciceroni iudico, etsi in ipsius scriptis hodie non adparet, ueniem confido mihi uitio uersurum esse.

Legitur autem cap. XVIII A:

'Excessimus consolandi modum et dum unius mortem flere prohibemus, totius orbis mortuos planximus. Xerxes ille rex potentissimus qui subuertit montes, maria constrauit, cum de sublimi loco infinitam hominum multitudinem et innumerabilem uidisset exercitum, flesse dicitur, quod post centum annos nullus eorum quos tunc ceruebat superfuturus esset'.

Mitto colorem esse prorsus Ciceronianum, utpote quem ab illo etiam alias non infeliciter adfectatum esse recte interpellas. Sed optime hanc uarratiuuculam facere in eum consolationis sollemnem locum qui est 'de breuitate uitae' nemo non concedet. Est autem prolata haec fabula primum a prisco historiae patre Herodoto²⁾, unde in litteris ubi de rerum humanarum exilitate sermo esset locum suum obtinuit. Sic Valerius Maximus eam minus accurate eius capitis quod est 'de cupiditate uitae' iuitio posuit³⁾; rectius Stobaens in Florilegio⁴⁾ Herodoti ipsius totum locum exhibet in titulo qui est *περὶ τοῦ βίου, ὅτι βραχὺς καὶ εὐτελής καὶ φροντίζων ἀναμειστός*; sic Plinius in epistula quae est de Sillii Italici morte ad Caninium Rufum⁵⁾ eam memorat; sic narrat in epitaphio Procopii Choricus⁶⁾, quem complures nunc amissas consolationes adhibuisse supra monui.

1) Epist. 24, 20. 2) VII, 45. 3) IX, 13, 1 ext.

4) Flor. XCVIII, 73. 5) III, 17, 13. 6) c. XXIV, p. 20.

Manifestum igitur est historiolum in aliis quae ad nos non perdurauere huiusmodi scriptis narratam fuisse: quidui in Crautoris, in Ciceronis?!) Itaque cum aliquem certe eam Hieronymo suppeditasse sumendum sit: egone cessem Ciceroni calculum adicere?

Restat unus locus me iudice ex eiusdem, non ex Hieronymi ingenio repetendus, quo hic utitur cap. XIV extr. (iuxta ea quae certissimis rationibus mihi uideor Ciceroni supra restituisse): 'desiderandus est tibi quasi absens, non quasi mortuus: ut illum exspectare, non amisisse uidearis' — cuius similes loci passim in consolationibus ueterum leguntur. Et quis omnino non sponte Graecum ingenium agnoscit?

His proximis tribus locis audacius me egisse si quis dicat, concedo; ne minus recte non uereor. Eo enim egi quasi proloquio nisus quod nunc *ῥήσις* loco confidenter edo: uideri nullum argumentorum consolatoriorum quae non sint christiana sibi debere unamque Ciceronis Consolationem exhausisse Hieronymum.

Ceterorum fragmentorum turbam, quae pridem a uiris doctis conlecta apud Baiterum et Muellerum locum tenent, recensere non ad hanc disputationem pertiuit, qua uouam uiam monstrare studuimus.

Quod autem Schneider et qui eius uestigia pressit Schulz ab illis fragmentis haud ita multis profecti uniuersum habitum coniectura adumbrare conati sunt: parum profecisse utrumque iudico.

Arta cognatione et cum Consolatione et cum Tusculanis disputationibus coniuuctus est qui uno anno post (a. u. c. 710) prodiit lepidus libellus quo — ut Attico suo confessus est — se ipse de senectute consolabatur Tullius, Catonem maiorem dico. Ea scriptio inde a capite XIX, qua parte quartam quoque causam, quae maxime angere senectutem uideatur, ad-

1) Ecce is qui nothum suum (M. Tulli Cic. Consolatio. Liber nunc primum rep. et in lucem editus, Colon. 1583) pro Tullii ingenio fetu uoluit tolli, idem sensit. Posuit enim hanc historiolum c. XVI, 59 Klotz.

propinquationem mortis, inanem esse dicit, in eodem quo illi peculiare libri argumento uersatur. Itaque quae illic sunt praecipua et propria de consolanda morte lumina et *νότοι* ea hoc loco repetuntur. Quae breuiter conferre non alienum a re erit:

- I. Cato XIX, 70 — Tusc. I, 109. cf. V, 5.
- II. „ XX, 73 — Tusc. I, 117.
- III. „ XXI, 77 — Cons. frg. 10. 11. (cf. Somn. Scip. III, 2).
- IV. „ XXI, 78 — Tusc. I, 61—63. 68—70.
- V. „ XXIII, 84 init. — Tusc. I, 75 extr. 76. 83! Cons. frg. 7.

Inter Ciceronis epistulas tres inuenio consolationes, unam ad Torquatium ¹⁾, ad M. Brutum ²⁾ de morte Porciae uxoris anni a. u. c. 709 alteram, 'incerti anni' tertiam ad Titium de morte liberorum qui occiderant; quam post Consolationem et eodem anno a. n. c. 709 scriptam esse³⁾ sic concludo: lugebat de compluribus (cf. § 4 'ut eorum qui occiderunt miserias lugeas'), et de filiis (solatur enim § 3 'cum beatissimi sint qui liberos non susceperunt') Titius. Itaque ueri non est simile simul illos morbo occubuisse. Deinde 'perturbatio temporum perditorum' (§ 3) quibus ultima reipublicae impendeant (§ 4 med.) et 'hic grauissimus et pestilentissimus annus' faciunt ut de morte ui inlata cogitemus. Annus autem in quem illa eximie quadrent praesto est qui fuit a. u. c. 709 cuius uere (a. d. XVI Kal. Apr.) atroci illa ad Mundam pugna Pompeium tandem debellauit Caesar. Eodem ducit indoles epistulae, quae tota consolatoria studia sapit; qua de re in primis quaeso uideas paraphrasmum tertiam.

Succedit, quantum quidem scimus, proximus SENECA quem pro sexcentis consolatoribus esse haud absurde dixeris. Neque enim quemquam in latissimis illis ueterum litterarum finibus conspicio qui sic per totam uitam hanc philosophiae partem

1) Ad fam. VI, 3. 2) Ep. ad Brut. I, 9.

3) Ad fam. V, 16. Idem Gerckium uidisse et omnia sane argumentatione adnotasse inuenio p. 64 adn. 2.

coluerit, qui sic undecumque sermouum disputationumue profectus sit certo gradu ad mortem deueniat, denique cuius uita sic re uera et proprie fuerit mortis commentatio.

Cuius tres feruntur consolationes, ad Marciam de filii morte, ad Heluam matrem de ipsius exilio, ad Polybium de fratris obitu, quarum una quaeque libellum efficit. Ex ceteris dialogis huc toti pertinent libri qui sunt de breuitate uitae, de tranquillitate animi, de remediis fortuitorum, quorum tamen tertium nisi excerptum non habemus¹⁾.

In epistulis²⁾ plurimas esse obseruabis quae aut totae aut magna ex parte in genere consolatorio conlocandae sint. Et praecipue quidem in censum ueniunt quae sunt XIII XXIV XXVI XXX XXXVI sq. XLIX LIV LXIII LXXVII sq. XCI XCIII sq. XCVIII sq. CVII, e quibus separandae sunt tres uerae consolationes, epistolae XCIII ad Lucilium de morte Metronactis, in primis autem LXIII ad Lucilium de morte Flacci amici et XCIX qua ad Lucilium refertur consolatio ad Marullum puerulo orbatum³⁾. Quae quidem epistularum et modum et prouinciam ita excedunt ut plenas efficiant disputationes.

Accedunt ex Senecae scriptis⁴⁾ nunc amissis compluria fragmenta quae ecclesiasticis scriptoribus debemus⁵⁾: ex libello qui erat de immatura morte et ex Exhortationibus. — In his scriptis cum uaria uariorum immo diuersarum scholarum argumenta loci colores promiscue saepe et paeue inepte congerantur, tanta fit obuiam uarietas ut facile credamus adfirmanti omnia clarissimorum ingeniorum mouimenta ad compeccendos moderandosque luctus composita se euoluisse⁶⁾. Quod ad formam adtiuet: sunt dialogi quatenus per totam disputa-

1) De hoc libello u. Haasil praef. ad ed. uol. III, p. XVI sqq.

2) De nonnullarum epistularum quae huc pertinent fontibus stoicis u. Gerckium p. 61 sq.

3) Cuius causam fictam esse non uideo quo iure contendat Gerckius p. 62.

4) Cf. Teuffelii hist. litt. Rom.⁴ § 299, 1.

5) u. Haasil ed. uol. III, p. 421 sqq.

6) Cons. ad Helu. 1, 2.

tionem, quemadmodum Aristoteles in scriptis *ἑσωτερικοῖς*, Seneca se ipse interpellat ut quasi duo conloquantur.

Age ad siugulas accedamus quaestiones. Priore loco dicendum est de consolationis ad Marciam tempore, cum de eo in nouissima quae est de hac re disputatione ¹⁾ perperam plane, et in Teuffeliani operis nouissima editione ²⁾ recte sane, sed non sine dubitatione statuatur. — Primus Lipsius cum in tempora Senecae scriptorum inquireret, hanc consolationem sub Claudio imperatore et post exilium scriptoris compositam esse censuit; desperauit de temporis certa computatione Rukopffius ³⁾, inclinauit tamen in illius sententiam. Exstitit Heidebreddius ⁴⁾ qui de exilio missum esse libellum studuit probare. Cui uehementer oblocutus Michaelis ⁵⁾ rursus exilio defunctum Senecam hoc opus esse adgressum noua ratione adiunctus est demonstrare.

Aliquanto demum post is qui recte rem perspiceret et obiter indicaret prodiit Lehmannus ⁶⁾. Non liquere sibi rem fassus est Frid. Jonas ⁷⁾. In Lipsii sententiam redire nos iubet Martensius argumentis usus prorsus futtilibus. Contemplemur rem. Marcia, nobilis matrona et olim Iuliae Augustae amica, filia erat Cremuti Cordi (I, 2) liberi illius annalium scriptoris, qui anno post Chr. u. 25 a Tiberio mori iussus uitam inedia finiuit. Cuius libros crematos, 'ut aliquam occasionem mutatio temporis dedit' (I, 3), filia edidit, id est anno p. Chr. n. 37 quo Caligula Titi Labieni, Cordi Cremuti, Cassii Seueri scripta senatus consulto abolita requiri et esse in manibus lectitarique permisit ⁸⁾. Quis fuerit eius maritus plane nescimus ⁹⁾;

1) Martensii, de L. Annaei S. uita et de tempore quo scripta eius phil. . . compos. sint, Alton. 1871, p. 31 sqq.

2) l. l. § 268, 2. 3) In Sen. ed. uol. I, p. 238 (Lips. 1797).

4) Disputatio de L. A. S. cons. ad Marc., Bielefeld 1839; ipsa non parabilis e Michaelis libro fere cruitur.

5) Sen. cons. ad Marc., Harlem 1840 (ed. cum comm. et proll.).

6) L. A. S. u. s. Schrr. in Phil. VIII p. 311.

7) De ordine librorum L. A. S. philosophi, Berol. 1870, p. 37.

8) Suet. Cal. XVI.

9) Nulla eius mentio in cons. fit; nam c. XVII, 1 'iam patri' stare

ueque enim Senecae Marcia eadem est atque illa a Tacito memorata quae Fabii Maximi mariti necem loquacitate adduxerat, ut Michaelis p. 19 coniecit. Nam Philippi filia illa disertis uerbis uocatur¹⁾. Ceterum cum hac coniectura argumentationis illius prior pars hoc fundamento uixta concidit; alterum hoc peccauit Michaelis quod mire lapsus falsi illius patris annum fatalem, qui fuit annus p. C. u. 14, confudit cum filii natali, quamquam cap. XXIV § prima nihil legitur uisi pupillum eum relictum esse et sub tutorum cura usque ad XIV aetatis annum fuisse. Quidni potuit esse tum puer VI uel VII annorum?

Pergo. Cum illo marito genuerat cum tres alios liberos tum Metilium filium carissimum, de cuius obitu trienuio post²⁾ Seneca matrem consolatur. Quodsi filii annum fatalem possemus enucleare, teneremus certissime annum quo ille liber conscriptus sit; uunc cum ue umbram quidem admiuiculi suppeditet dialogus, aliter rem adgrediamur necesse est.

Elucet autem autem exilium, id est ante annum p. C. n. 41, scriptam esse hanc consolationem uel ex eis locis quibus describuntur aliorum mala, capitibus II sq. IX, 3. XXII, 1, praecipue autem ex eis quibus exilii mentio fit uelnt c. XVII, 5: 'erit Dionysius .. tyrannus... dominationis cupidus etiam post Platonem, uitae etiam post exilium' et c. XXII, 3 (ubi enumerantur uitae miseriae): 'adice incendia, ruinas, naufragia.... post haec exilium — non fuit innocentior filius tuus quam Rutilius' e. q. s. Quid? Si propriae calamitatis iusta erat causa, num ultro exilii mentionem inieciisset, siue inter exilium siue post hunc librum scripsisset? siu iniusta, noue et exul et exilio fuctus illis locis gloriatus esset se ipsum

non posse propter c. XXIV, 1 'Pupillus relictus sub tutoribus' e. q. s. recte iam Michaelis monuit. Nimirum de uitrico nullo pacto potest cogitari. Sed nihil emendandum (ut illi est uisum), sed ut alia in hoc libello glossema quod est (iam patri) expellendum est.

1) u. Nipperdeium ad Tac. Ann. 1, 5.

2) I, 7 'Tertius iam praeterit annus cum interim nihil ex primo illo impetu cecidit'.

uou fractum esse? ¹⁾ non se ipsum pro exemplo adtulisset? Et fauet temporum computatio; a. 37 Marcia edidit patris annales: nou potest decessisse ante hunc annum filius, quoniam post hanc orbitatem ea mulier quae triennio post uihil luctus exiit, hoc tempore illi mueri uix par fuisset ²⁾. Eo igitur deducimur ut post annum 37 illum mortuum esse statuamus.

Hoc autem potissimum tempus indicatur ipso narratiouis ordine quem in cap. I obseruo quod est de Marciae uita:

§ 2 Marciae uiuo patre coudicio,
pietas eius in illius morte,

§ 3 et 4 in uisum hominum reduxit patris libros.

§ 5 'Haec magnitudo animi tui uetuit me ad sexum tuum respicere' e. q. s. — His uerbis transit ad illius luctum.

At Lipsius, cum (XXIV, 3) legeret 'haec sanctitate morum effecit ut puer admodum dignus sacerdotio uideretur, materna sine dubio suffragatione', sub Tiberio Metilium honoribus auctum esse miuime probabile ratus (rectissime id quidem) ³⁾ sub Caligula id factum esse censuit; unde concludit (iterum rectissime) sub eodem Caligula nou potuisse illum et sacerdotio fungi et mori et Senecam interiectis tribus annis consolationem scribere. At tamen falsam uocis 'puer' statuens notiouem perperam argumentatus est. Iam Heidbreedius et Michaelis uocis huius liberiorem apud Senecam Plinium alios huius aetatis scriptores usum obseruauerunt ⁴⁾. Sed iam pridem de ipsis iuuenibus proprie ad significandam laudabilem quau-

1) 'Illi (scil. sapientes uiri) me iusserunt stare adsidue uelut in praesidio positum et omnis conatus fortunae et omnis inpetus prospicere multo ante quam incurrant. Illis grauis est quibus repentina est: facile eam sustinet qui semper exspectat' e. q. s. cons. ad Helu. 1, 3 sq.

2) Cf. Michaelem p. 22.

3) XXIV, 3 '... dignus sacerdotio uideretur, materna sine dubio suffragatione, sed ne mater quidem nisi pro bono candidato ualuisset'. — Ergo non exigua auctoritate uel potentia fruebatur Marcia, qua certe caruit sub Tiberio patris necatore. Hoc non satis aestimauit Jonas p. 36.

4) Unum exemplum admodum memorabile addo. Ipse Seneca philosophia se esse inbutum a Sotione puerum ep. 49, 2, ep. 108, 17 iuuenem profitetur.

dam animi simplicitatem et innocentiam a Cicerone¹⁾ de Octauiano tum XIX annos nato, a Catullo blande de Asinio²⁾, de Octauiano iterum ab auctore carmiuis quod inscribitur Cnlex³⁾, de Scipione Africano plus XX annos nato a Silio⁴⁾ haec vox adhibebatur. Quam notionem hoc loco usurpatam esse quibus intellegit uel e loci colore; accedit quod paulo ante idem Metilius uocatur 'adulescens'. Sacerdotium uero illud a Metilio postremo loco et prope uitae finem susceptum esse concludo ex enumeratione dignitatum, ut ita dicam, Metilii quam certo ordine procedere nemo non uidet (XII, 3):

'iuuenis cito prudens, cito pius, cito maritus, cito pater, cito omnis officii curiosus, cito sacerdos, omnia tamquam praepropera'.

Itaque cum etiam sic iuuenem enim fuisse sacerdotem uideamus et sciamus eum decessisse iuuenem⁵⁾, Senecam autem autem exilium consolationem scripsisse concluderimus: Metilium illo munere et uita paulo post paternorum annalium editionem defunctum, itaque triennio post, aut a. 40 ant initio a. 41 p. Chr. n., consolationem ad Marciam missam esse euincitur. Accedit argumentum quod Lehmannus (p. 313) recte uidetur collegisse locis nobis consolationum quae sunt ad Marciam et ad Heluiam conlatis: illic⁶⁾ inter aduenticia bona Seneca commemorat coniugem et liberos, et ex enumerationis indole nix potest dubitari quin ad sua bona spectet; hic XX diebus ante ipsius exilium filium suum in manibus Heluiae, auiae puta, non matris, mortuum esse disertis uerbis dicit neque ullam in toto libro uxoris mentionem facit; uide concludas

1) Ad fam. XII, 25, 4 'Puer egregius praesidium sibi primum et nobis — parauit'. cf. ib. II, 1, 2. Philipp. IV, 1, 3.

2) XII, 9 'Est enim leporum disertus puer et facetiarum'.

3) u. 25 'Octaui uenerande, meis adlabere coeptis, sancte puer!'

4) Pun. XIII, 704. XV, 33. 46. Scipionis pater et patruus iam mortui sunt.

5) u. XI, 2. XII, 3. XIX, 3. XXI, 1-7.

6) ad Marc. X, 1 'Quidquid est hoc, Marcia, quod circa nos ex aduenticio fulget, liberi, honores, opes... clara nobilis aut formosa coniux' e. q. s. cf. ad Helu. II, 5.

ante a. 41 (uel 42, quo fere tempore cons. ad Helu. scripta est) illam esse mortuam¹⁾. Postremum ne quis dicat improbabile esse Senecam iminentem calamitatem ita non diuinasse ut consolationem tam firmo tamque tranquillo animo scriberet, necopinantem se perculsum esse 'subitis ruinis' ipse testatur quarto quod est super exilio epigrammate.

Haud ita multo post, et ante annum p. Chr. n. 44²⁾ Consolatio ad Polybium scripta est uel potius scripta esse fingitur; neque enim possum hoc monstrum scriptionis pro ueri Senecae opere habere.

In quo ut Seneca indigno antiquitus uiri docti offenderunt: postquam enim Lipsius exclamauit male meritum esse de Seneca quicumque libellum istum ab illo editioni non destinatum publici iuris fecisset, Diderotus³⁾ adeo disputatione haud inscita quamuis non omni ex parte probanda demonstrare conatus est illum fetum ingenioso suo philosopho non esse imputandum. Quam sententiam repetiuit prudens Senecae editor Ruhkopfius in praefatione quam huic consolationi praemisit l. l. p. 206. Schlosser⁴⁾ ab hoc libello profectus Senecam turpissimum adulatorem putandum damnandumque esse censuit.

Contra Volkmannus⁵⁾ peculiari disputatione Dideroti argumenta refutare et libelli ingenuitatem cum purgando ipso Polybium perpendendis temporibus ipsiusque huius litterarum generis indole et magnifico ampullarumque amanti dicendi genere probare studuit. Frustra me quidem iudice.

Jonas adulescens cautissimus refutato uno infirmo Ruhkopffii argumento, ut solet, quasi de tripode iactat 'sese plane

1) Quae Martens p. 32 contradicit, non flocci. — Alteram autem uxorem postea duxit (Tac. Ann. XV, 62. 65) Pompeiam Paulinam quae ei superstes fuit. Pluribus hoc firmat Jonas p. 17 sqq.

2) Recte sic iam statuit Diderotus p. 239, firmat Jonas p. 32.

3) Essai sur les règnes de Claude et de Néron et sur les moeurs et les écrits de Sénèque, Londr. 1782, II, 236 sqq.

4) Universalhistor. Uebersicht, III 1, 410 apud Volkmannum p. 104.

5) Ueb. Sen. Trostschrift an Polybius, in Mageri annal. paedag. 1858, p. 104.



nullam uidere causam cur quis dubitet quin Seneca huius libelli auctor fuerit'). Atqui de eo argumento in quo ipsa litis cardo uersatur sibi non liquere statim minus caute fatetur. 'Satis, inquit, habeo controuersiam ipsam exposuisse quam argutores diiudicent (p. 33)'. Iam nobis, quandoquidem iste ne illo quidem mouere fuuctus est et propter ignorantiam earum disputationum quae sunt de hac re fungi omnino non potuit, adeo grauissimum uidetur esse officium et examinaudi ipsius quaestionis statum et iudicandi de argumentis quae adhuc utrimque prolata sunt. Qua in re quae noua habuimus huic quaestioni apta siugulis locis adiunximus.

Exstat, ut a grauissimo incipiam, apud breuiatum Dionem (LXI, 10) locus quo de Seneca praeter alia haec narrantur: *τοῖς δὲ κολακεύοντάς τινα διαβάλλων αὐτὸς οὕτω τὴν Μεσσαλίαν καὶ τοὺς Κλαυδίου ἐξελευθέρους ἐθώπευεν, ὥστε καὶ βιβλίον σφίσις ἐκ τῆς νήσου πέμψαι ἐπαίνους αὐτῶν ἔχον, ὃ μετὰ ταῦτα ὑπ' αἰσχύνης ἀπήλειψεν.* — Sed ut statim mihi uiam praemuniam aduersus eum quem iam audio me interpellantem 'nou consolationem sed laudationem Senecae a Dione indicari': nemo credo umquam Graecus aliquem *ἐγκώμιον* scripsisse dicturus eum *βιβλίον ἐπαίνους τινὸς ἔχον* scripsisse maluit dicere. Praesto enim erat sollemnis significatio quae est *ἐγκώμιον*. Itaque si Dio illo eloquendi circuitu usus est, sequitur eum nou tam librum qui certo illi litterarum generi esset adsignandus quam eum qui aliud habuisset uomen, alia (scilicet adulationes) re uera continuisset, uoluisse significare. Hoc igitur loco rectissime usus Diderotus (p. 239 sq.) hanc famam obtrectatori alicui Senecae ansam dedisse tale opus supponeudi contendit. Volkmanus illam suspiciouem stare posse negat, propterea quod libellus ad ipsum Polybium missus nou memoretur et in ea de qua agimus consolatione de Messalina ceterisque libertis sileatur. Perperam ut opiuor. Quauam re famam illam quae de Senecae libello

1) l. l. p. 32. Magniloquentia male tegitur ignorantia: nam neque Dideroti nec Volkmanni disputationes in eius conspectum uidentur uenisse.

ferebatur tam stricte seruare falsarius cogebatur, facilius contra fidem habiturus si certum quendam et inpuidentissimum illum unum Claudii libertum elegisset cuius adulatorem fingeret Senecam? Quid quod libertum 'a studiis' potissimum sibi sumpsit quippe quem aptissime Senecae amicum fugi putaret? Omitto famae naturam uera falsa in maius celebrantis. Videsue nunc me non ad deperditam partem libelli capite trunci confugere? — 'Inpuidentissimum libertum' autem modo dixi, quia uehementissime negandum censeo Volkmanno defensionem istius scelerati liberti feliciter cecidisse (p. 125 sqq.): neque enim tollere potuit duos Dionis locos quorum altero¹⁾ Polybium eiusdem farinae ac ceteros libertos fuisse, altero uero (LX, 29) inauditae inpucentiae eius testimonium locupletissimum continetur. Adde quod in Senecae satura Menippea Polybium libertorum istam lepidam turbam adeo ducit. Et ad talem seruulum eundem Senecam penitus fracto animo descendisse putemus, qui paulo ante (anno uel 41 uel 42) tam fortiter tamque speciose et apte de eodem exilio matrem consolatus esset? de quo tam honorifice audimus iudicantem Tacitum²⁾ et posteros? de quo cur diuerse sentiamus non habemus? Nec maiore iure a Seneca homine certe non inhonesto tam turpes partim, partim ridiculas adulationes exspectamus quales libelli auctor et Polybio inperit et Claudio a quo tam male tractatum se esse ipse fingit. Immo de Senecae illo turpi libello ipsam famam quam Dio secutus est uanam fuisse nisi omnia me fallunt statuendum est.

Sed ut talem libellum scribere animum induxerit Seneca: idem bene deleuit, id quod ipse Dio testatur qui praesertim illum non iam cognitum habuit. Atque certe non tuto posse statui 'unum exemplar commune excidium effugisse' uel Jonas (p. 33) concedit.

Alterum graue argumentum quod primus animaduertisse

1) LX, 31. — In Sen. apocol. 13 libertorum agmen ducit Polybium; inde discimus eum a Claudio postea necatum esse, stimulante quidem Messalina (Dio I. 1.).

2) Cf. Ann. XIII, 2. XIV, 52. XV, 61 sq.

mibi uisus eram, ingeniosus ille Francogallus¹⁾ mihi praeripuit.

Quid? Seneca Phaedri fabulas ita non cognitatas habuit ut lugentem (VIII, 3) adhortaretur, ut post doloris primum impetum 'fabulas quoque et Aesopeos logos, intemptatum Romanis ingeniis opus, solita uenustate coneceteret?' — Quae Volkmanns contra hoc argumentum scripsit, hodie cum nemo dubitet quin Tiberio imperatore Phaedrus ediderit fabulas suas, nix repetat. Scripsit autem (p. 134) illum exstitisse aut sub Caligula aut demum sub Claudio, itaque Senecae nondum innotuisse. Quod autem addit non ad singulas fabulas uertendas sed ad conficiendam maiorem conlectionem²⁾ uocari Polybinm: nereor ut existat eni persnaserit. Equidem haereo de interpretatione huius perplexae elocutionis et uolo eam notari.

Nimirum nec data illa Volkmanni interpretatione stare potest illud 'intemptatum Romanis ingeniis opus'. Denique et Senecae et Polybio poetam illum nisi aliunde certe Seiani calumniis³⁾ notum fuisse statuamus necesse est. — At, inquit, cur ille personatus Seneca Phaedrum non habuerit cognitatum? Respondet Diderotus: quia eo tempore iste scripsit quo ex hominum memoria ille poeta euanuit. Non possum non plaudere. Nam Phaedrum haud diu uixisse et inde quod omnino bis, a Martiale et ab Auiano fabularum conditore et ipso, commemoratur, et quod uno Pithoei codice truncusque ad nos peruenit clare elucet.

Cetera Dideroti argumenta quae h. l. salva fide omitto, recte refutauit Volkmannus p. 131 sqq.*). Videamus iam qualia hac consolatione contineantur. Tota scriptio, si adulationes

1) Diderotus l. l. p. 249.

2) p. 134 'er solle sie an einander reihen, das heißt er solle eine größere Sammlung dichten'. Utique notionem latine uertendi quam expectamus, in illa elocutione obscuriore frustra quaerimus.

3) Phaedr. III. prol. 41 sqq.

Quodsi accusator alius Seiano foret,
Si testis alius, index alius denique,
Dignum faterer esse me tantis malis.

*) Excursus XI.

excipis, uidetur consuta esse cum e Ciceronis et Plutarchi consolationibus tum ex Senecae scriptis, ut ne unum quidem locum nec unum colorem proprium inueniri pro certo affirmem. Atqui ueri Senecae consolationum una quaeque pro auctoris immensa copia noua et propria adfert uariatque.

Sed nuuc hauc rem agamus. Velut cap. X §§ 2 et 3 descriptae sunt ex epistulae XCIX § quarta partim eisdem seruatatis elocutionibus:

Epistula	ad Polyb.
Anguste fructus rerum determinat qui tantum praesentibus laetus est: et futura et praeterita delectant.	Nimis angustat gaudia sua qui eis tantummodo quae habet ac uidet, frui se posse putat... in praeteritum tempus animus demittendus est.

Conferas uelim praeterea hos locos:

VIII, 2 ad cons. ad Helu. XVII, 3. — IX, 1 ad cons. ad Marc. XII, 1. IX, 3 ad ibid. XXV, 1. 2. IX, 6 ad Cic. Cons. frg. 10. Plut. p. 115 B. IX, 7 ad epist. LXXIII, 3. IX, 9 ad epist. LXIII, 14. — X, 4. 5 ad Plut. 116 A. — XI, 1 ad cons. ad Marc. IX, 4 extr. Plut. 112 C extr. — XI, 2 ad Cic. Tusc. III, 13, 2S. — XVIII, 5. 6. ad Sen. epist. XCIX, 15. 16 et alia; — quamquam omnes fere locos exhausti qui sunt paulo exquisitiores; tritissimum quemque conferre taedit.

Sed tamen usquam uera doctriua adparet, quam cur Seneca apud Polybium ut doctum libertum 'a studiis') non adhibuerit quomodo explicemus? — 'Si uelis credere', inquit, 'altius ueritatem inspicientibus' e. q. s. (IX, 6): cur hos non nominat? 'Quanto ille iustior qui nuutiata filii morte' e. q. s. (XI, 2): quidui nominauit Euniauum Telamonem? Et ecce, quid mihi nunc Seneca? Laudat et commentatur tam fuisse tamque se uere uersum Ennii, Ennii dico, quem ubicumque nominat, inridet; quem sibi displicere identidem adfirmat? Mireris in ueterum contemptore tam fastidioso. — 'Et scio inueniri quosdam durae magis quam fortis prudentiae uiros' (XVIII, 5): sic arioletur Seneca de stoicis sodalibus suis, quibus alias ita se solet adnumerare ut eorum causam suam profiteatur?

1) Suet. Claud. XXVIII.

Uno nero loco se prodidisse nidetur simulator, cum capite II sententiam quae est 'nihil prodesse dolorem' explicaturus ad exemplum cons. ad Marc. capitis VI id quod h. l. § 1 extr. exstat 'si fletibus fata uincuntur, conferamus!' imitatus ponat § 2 init.:

(§ 1 iuueniam etiamnunc... per hos oculos quod effluat, si modo id tibi futurum bono est.) 'Quid cessas? conqueramur, atque adeo ipse hanc litem meam faciam'.

Utroque loco ponitur quam apud poetas saepius legimus¹⁾ molliori sententia eorum qui lugentis curas leuari alicuius amici lacrimantis societate doceant.

Cum autem constet noticiam quam nostrates exprimunt 'zusammen klagen, weinen, Schmerz empfinden, (leiden)', iuueni sermonis aetate a Romanis numquam uerbis quae sunt 'conqueri, conlacrimare, condolere s. condolescere, (compati)' significatam esse, in quibus potius praepositio 'con' simplicium uerborum (queri lacrimare, dolere) semper uim auget — nec minus adpareat uocem 'conqueramur' illo loco ut ex imitatione loci qui est in cons. ad Marc. profectam usurpari pro eo quod est 'questus conferamus': libelli auctorem reiciamus necesse est ad eam aetatem qua primum uerbis illius farinae sociandi notio tribuitur, id est ad exitum II fere uel ad initium III p. Chr. n. saeculi*).

Memorable certe est uocem aduenticiam quae est 'logus' quam capite VIII admittit scriptor ('Aesopeos logos') nisi a uetustis poetis comicis et a scriptoribus ecclesiasticis excepto uno fragmento Ciceronis²⁾ omnino non uideri usurpatam esse,

1) Sen. Agam. 664 L.

Lacrimas lacrimis miscere iuuat:
magis exurunt quos secretae
lacerant curae, iuuat in medium
deflare suos.

cf. Stat. Silu. II, 1, 35 (cons. ad Aetidium Meliorem de morte Glaucae):
'confer gemitus pariterque fleamus'.

Nota eloquendi circuitum quo opus est ad fiendi societatem significandam (συνδάκρυτον).

* Excursus XII.

2) Cic. frg. apud Non. p. 63, 13 M.: 'ego te certe scio omnes logos

numquam autem ad significandum certum illud poematum genus quod ipsi Graeci uocibus quae sunt *μῦθος* et *λόγος* (*μῦθος*, *λόγος Αἰσωπείος*), Romani in uniuersum quidem uernacula uoce 'fabula' notabant. Iidem tamen si ad accuratius significandam fabulae illam speciem aduenticia uoce utebantur, non 'logus' sed 'apologus' dicebant*). Unde fit ut hae duae uoces 'fabulae et apologi' saepissime compositae legantur, numquam 'fabulae (fabellae) et logi', quae sunt plane synonyma.

Peccauit igitur simulator cum hoc faceret.

Quid quod et ipsum sermonem et narrationem saepius abhorre ab elegancia et acumine quae in ceteris Senecae scriptis obseruentur etiam Volkmannus defensor cogitur fateri (p. 134)? Me saepe elocutio inpediit et obscurior atque comprehensio ambitusque uerborum, a Senecae faceta simplicitate et perspicuitate illa quidem aliena, offenderunt!) — nec me primum nec opinor postremum.

His potissimum de causis facere non possum quin a Seneca abiudicandam esse censeam consolationem ad Polybium.

M. Cornelius FRONTO cum nepote orbatu scriptione quae est de nepote amisso²⁾ luctum leuare studeret, tam fracto animo fuit ut raro ad fortem consolationem surgeret. — Longum nobis temporis spatium emensis occurrit AMBROSIVS cuius quae exstant huius generis scripta, de obitu Satyri fratris liber et duae orationes funebres, altera de Valentiniani, altera de Theodosii imperatoris obitu habitae,

(sermones uel dicta ridicula et contemnenda' Non.) qui ludis dicti sunt animaduertisse'.

*) Excursus XIII.

1) Confer praecipue salebrosam conclusionem (c. XVIII, 9) cum elegantibus illis consolationum ad Marciam et ad Heluam clausulis. Deinde me quidem quod antecedit enuntiatum semper primorum Plutarchei epilogi uerborum (p. 121 E) commonefacit:

Haec utcumque potui longo iam situ obsoleto et hebetato animo composui.	Ταῦτά σοι συναγαγὼν ... καὶ συνθεῖς μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἀπειργασάμην τὸν πα- ραμνητικὸν σοι λόγον.
---	---

2) In ed. Naberii p. 232 sqq. Magnis lacunis epistula misere lacerata est.

praeter paucos locos communes qui Ciceroni et Senecae debentur, nihil praebet veteris doctrinae. — Varias consolationes scripsit **HIERONYMUS** quae in epistolis inveniuntur: XXXIX de obitu Blaesillae ad Paullam; LX de morte Nepotiani ad Heliodorum; LXVI ad Pammachium de morte Paulinae; LXXVII ad Oceuum de morte Fabiolae; IV ad virginem in exilium missam. Quae quidem nos nihil inuant excepta una ad Heliodorum illa consolatione, quam scripturus quod 'ingenium iuriganit', si minus ex omnibus illis habeo quam maximam viro venerabili.

In ipso antiquitatis limine surgit mirum opus, **BOETHII** dico Philosophiae consolationis libros V, quos in carcerem coniectus admirabilis vir imminente morte intrepidus scripsit anno p. Chr. n. 524. Verum longe aliter atque illae quas adhuc perlostrauimus consolationes Boethii libri comparati sunt, cum in eis non de ipsa morte — haec non curat summus ille vir — sed de rerum diuinarum et humanarum bonitate paene desperantem adloquens fingatur ipsa vetus Philosophia¹⁾. Quare seuera disputatio non gaudet veterum ueneribus leporibus sananionis locis — talia frustra quaesieris; interdum tamen ad relaxandum animum intentum carmen et ipsum quidem seuerum interrumpit difficilium tristiumque quaestionum finctum. Ceterum in fine libri V exodium lacuna denotatum esse existimauerim, propterea quod priores libri IV ad nunquam omnes in carmen exeunt.

Laudationum funebrium ratio alia apud Athenienses alia apud Romanos erat; non enim apud hos ut apud illos publice, sed a priuatis in singulos plerumque propinquos habebantur. Sic **Q. Fabius Maximus** mortui filii in honorem et dixit et scripsit laudationem, cuius magnam partem fuisse consolatoriam e Ciceronis uerbis concludo²⁾.

1) De ipsis praeceptis e Platonis potissimum et Aristotelis sacrae sumptis u. Zellerum III 2, p. 858 sqq.

2) Cat. mai. IV, 12 'Multa in eo uiro praeclara cognoui, sed nihil admirabilius quam quo modo ille mortem filii tulerit, clari uiri et consu-

Memorantur M. Varronis et Ollii cuiusdam laudationes¹⁾.

Non satis doleri potest quod interiit Ciceronis Laudatio Porciae²⁾ M. Catonis sororis, quae paulo post Consolationem anno a. u. c. 709 ab oratore tum his argumentis pleno composita quantum heu doctrinae studiorumque continuit thesaurum quem amissum lugemus. — Nec Sulpicii Apollinaris doctissimi uiri laudationes³⁾ funebres aetatem tulerunt. Seruatae sunt lapidibus inscriptae trium Romanorum orationes funebres⁴⁾: Lucretii Vespillonis in Turiam uxorem; Hadriani imperatoris in Matidiam maiorem⁵⁾; laudatio in Murdiam⁶⁾, in quibus tamen locus qui est de consolatione totus omittitur. Et haec quidem hactenus.

laris. Est in manibus laudatio, quam cum legimus, quem philosophum non contemnimus? Idem *εγκώμιον* Plut. Fab. XXIV, 6 uiri in luctu temperantiam miratus (*ἤνευκε μετρίωτατα* dicit) memorat et lb. 1, 8 illud usque ad aetatem suam perdurare diserte adnotat. — Ceterum de orationis indole a me dissentiunt nec Wyttenb. nec Schneider p. 13. Hic adeo illam laudationem a Cicerone in Cons. scribenda adhibitam esse arbitratur. Fortassis recte. Utique et in Cons. et in Tusc. disp. (u. III, 28, 70) inter eos qui fortissime luctum uicissent Fabius locum lauenit.

1) Cic. ad Att. XIII, 48, 2 (scr. m. Sextil.).

2) Ib. XIII, 37, 3 (uidetur scr. mens. Quint.). 48, 2. cf. Cic. ed. Balt. uol. XI p. 69.

3) Gell. XIII, 20, 17.

4) Volkman. eas enumerat in libro quem inscr. Rhetor. d. Gr. u. Römer p. 305 adn.

5) Utramque edidit Mommsenus in act. acad. Berol. a. 1863, p. 455 sqq.; alteram etiam in C. I. L. VI, 1527; quam omnino non habitam, sed scriptam esse censet intra annos a. Chr. n. VIII et II l. l. p. 464.

6) Tertia pertinet ad Frontonis aetatem (Rudorff in act. acad. Berol. 1869).

EXCURSUS.

Excursus I. (ad p. 6).

De consolandi notionum significationibus.

Qui illi fuerint qui *παθολογικόν* dicerent consolationem non liquet, quoniam hac uoce unus Galenus usus est ubi Mnesithei medici *παθολογικόν* memorat. De quo haec habet (tom. XIX, p. 485, 4 Kühn.): *ἐν τῷ παθολογικῷ τῆς ἰατρικῆς μέρει περιέχεται τί τε καὶ ὁποῖόν ἐστι καθόλου καὶ τί τὸ κατὰ μέρος πάθος καὶ νόσημα.* Chrysippo in libris *περὶ παθῶν* hanc uocem in usu fuisse haud absurde coniecimus. Cetera haec sunt. Graeco *παραμυθία* respondet 'adlocutio' (Catull. XXXVIII, 5. 7. Seu. cous. ad Marc. 1, 8. ad Helu. 1, 3. inc. ad Pol. XIV, 2); *παραμυθητικός* adsimulo uoci 'adloquium' (Hor. Epod. XIII, 18. Ou. Trist. 1, 5, 3. 8, 17; ex Pont. 1, 16, 18). Consolandi uim uel proprie inesse in uerbo 'adloqui' testatur Varro de l. l. VI, 57: 'hinc adlocutum mulieres ire aiunt, quom eunt ad aliquem locum consolandi causa' ('ad aliquam locutum consulandi causa' superstitione quadam obstrictus nunc retinuit Spengelius). Et clarissime adparet hic usus: Sen. epist. 26, 4 extr. 54, 6. 98, 9. id. Troad. 619 L.: 'alios parentes adloqui in luctu decet'. Val. Max. II, 7, 6. IV, 6, ext. 3.

Ceterum aliquem consolatus est et consolauit homo Romanus teste Varrone (in frg. Oedipothyest.) et Gellio (XV, 13, 1). 'Consolatio' pro 'argumento consolatorio' dixit Cicero (ad fam. V, 16, 2. 3); unus Hieronymus (epist. LXII) formauit 'consolamen'. — *παρακλήσις* Dioni Chrysostomo (or. XXX, p. 549 Rsk.) et Gregorio Nazianzeno (or. XX, cap. 23) est *παραμυθία*; idem Dio (or. XVIII, p. 481 extr.) et Teles (Stob. Flor. CVIII, 83) *παρακαλεῖν* perinde dixerunt; nec aliter praegnantia elocutione uoces *ἐπίδειν* et *ἐπιρῶς* Plato (Phaed. p. 77 E. 114 D) adhibuit, unde apud Phliasium Timonem Socrates *Ἑλλήνων ἐπαιρῶς* uidetur audire (Mull. frg. phil. II, p. 88, u. 55). *ἐπιρῶς*

argumenta consolabilia (sic quoque dicere fas est, 'consolabile' enim 'illius sui casus carmen' Arionem in mare praecipitatum Gellius XVI, 19, 12 narrat cantasse, νόμον ὄρθητον Herodotus I, 24) uoluit esse Inlianns (or. VIII p. 316 A Hertl. [244 Sph.]) quae est ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τοῦ ἀγαθωτάτου Σαλλουστίου παραμυθητικὸς εἰς ἑαυτόν; idem (ib. p. 316 B 322 C [24S] 324 D [250]) ψυχαγωγεῖν noci consolandi uim impressit, solus Graecorum ut uidetur; unde etiam p. 326 D [252 A] dixit (ἀπαραμυθητῶς οὐδὲ ἀψυχαγωγῆτῶς ἐννοῶ), prorsus inauditam notionem statuens. Hoc autem uerbum cui proprie delectandi notio inest, hinc apud Polybium adnotante Thesauri auctore docto delabitur in exhortandi sensum; de Iuliani usu siletur. Similiter aliquis opinor poeta λόγοις πιαίνειν dixit pro eo quod est παραμυθεῖσθαι teste Phrynico in Bekk. anecd. 51, 6. Praeparauerunt quodam modo ad hunc memorabilem usum illud uerbum Aeschylus et Pindarus (imitante Themistio or. VII, p. 90 D.), cum (Agam. 277. 1669 D. — Pyth. II, 101) ei laetificandi notionem inprimerent. Postremum Flaccus (Epist. I, 14, 7) 'insolabiliter' maerentem facit Lamiam, scilicet graecissans [= ἀπαραμυθητῶς πενηθοῦντα; similiter carm. I, 16, 27 noci 'recantare' uim παλινοθεῖν Stesichori memor uindicauit semel et unus; similiter epod. XVI, 25 Phocaeorum insinrandum imitatus Herodoti illud ἀναφανῆναι de plumbo emergente dictum noci 'renare' inauditam emergendi notionem dedit; idem VI fere saeculis post Iordanis (Get. 16) ausus est cum uas aureum 'quod in profundum cecidit... et longe post emergit' faceret 'renatans'] et comite carens, si Orellio ad h. l. et Thesauri uel nouissimae editioni credis; sed cane, nam Ennodium idem aduerbium formasse uideo (epist. VIII, 41 in. Hartel.). 'Inconsolabilis' Ouidio (Met. V, 426) et exitum saeculi p. Chr. n. IV uersus Optato Afro (de schism. Donatist. I, 2) placuit. — Apud horum temporum Graecos παραμύθειον et παραμυθέω (παραμυθεῖω) uoces ad fabulae et narrandi fabulas notiones delapsae sunt, aperta quidem uia ei qui nutricum in sedandis clamoribus infantium moris memor est. Neque omnino Graecis ueteribus populisque

orientis absurdum uidebatur Ingentis curas fabulis aenigmatibus promendis diducere: de qua re, si iuuat, adi Rohdii gr. Rom. p. 411 et 414 adn. 1.

Excursus II. (ad p. 46).

Apud eundem igitur Crantorem legisse uidetur Cicero alterum Callimachi epigramma de Ambraciota Cleombroto Socratis discipulo (cf. Plat. Phaed. 59 C) quod iudicat Tusc. 1, 34, 84, legimus hodie bouo casu in Anth. Pal. VII, 471 seruatum:

*Εὔτας Ἥλιε χαιρε Κλεόμβροτος ὠμβρασιώτης
ἦλατ' ἀφ' ἑψηλοῦ τείχεος εἰς Αἴδαν,
ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακόν, ἀλλὰ Πλάτωνος
ἔν τὸ περι ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος.*

(cf. Callim. epigr. XXV Schn.).

Totum enim illud cap. XXXIV partim ad Crantorem ipsum partim ad Tullii consolationem pertinere uidemus. Et quam gratum cum Cleombroti philosophi mortem petentis exemplum tunc clari poetae de eo testimonium consolatori erat! Accedit quod nusquam alias hic poeta a Cicerone uidetur adhibitus esse; nam quod de or. III, 33, 132 ad significandam Alexandrinorum quos dicimus aetatem una cum Aristophane nominatur, nihil adinet; inter consolatoria studia ei ille forte obuiam factus est: de quo loco maiore cum probabilitate cogitemus quam de Crantoris libello?

Excursus III. (ad p. 46).

Secuntur l. l. (Tusc. III, 6, 12) haec: 'Ne aegrotus sim' inquit (Crantor) e. q. s.; sunt latine uersa Crantoris uerba quae Plut. in fine cap. III habet. Ergo concludamus necesse est: aut discerpisse sententias Ciceronem aut contraxisse Plntarchum. Et illum quidem discerpere solere altero exemplo eluceat hoc. Quod Plut. p. 113 F indicato illo Callimachi epigrammate pergit: (*Πρίαμος*) εἰ προετελεύτησεν ἔτ' ἀγμαζούσις αὐτῷ τῆς βασιλείας καὶ τῆς τοσαύτης τύχης ἦν ἐθρήνει,

perfecto quibus uel propter artum sententiarum conexum concedet haec coniuncta fuisse etiam in foute Plutarchi, i. e. apud Crantorem. Sed quid mihi Cicero? Priusquam ipsum epigramma proferat (1, 93), propinuat uobis illam argumentationem (1, 85): 'Priamum tanta progenie orbatum, cum in aram confingisset, hostilis manus interemit. Hic si uiuis filiis incolumi regno occidisset (intercedunt uersus ex Enuii Andromacha): ntrum tandem a bonis an a malis discessisset? Tum profecto uideretur a bouis'. — Pronus est transitus ad Plutarchi illum locum corruptum. Quem qui adhuc emendare nisi sunt si quid uideo ad unum omnes ad inritum ceciderunt. Velut Wytttenbachii commentum quod est ἢ Πρίαμος· (οὗτος δ' εἰ ἐτελεύτησεν) . . βασιλείας, προετελεύτησε καὶ τῆς τοσαύτης τύχης, ἣν ἐθρήνηει et probabilitate caret quamquam sano fundamento uititur, et laborat falsa interpretatione uocis τύχη. Est calamitas, inquit. At pace uenerabilis uiri dico: corrupta est uox, pro qua postulandum esse id quod prolis notiuem designet Ciceronis illud 'uiuis filiis' cum eo quod est 'incolumi regno' coninnetum clamat; ut mitam granissimam omnino calamitatem Priami esse illam orbitatem (cf. Ciceronis 'Priamum tanta progeie orbatum'). Tale uerbum uoci τύχη substituendum circumspecti uentis se offerunt quae sunt γέννη (Hesych. s. u. γέννα, γένεσις γένος) et γενεή (qua uoce utitur Callimachus qui Plutarchi loco latet) et γενέθλη e quibus quid eligendum sit ambigi potest.

Infelicissimum uero Schneideri conamen (u. ad frg. 363) (qui adeo ipsum fragmentum seruato pessime illo Plutarcheo γὰρ ὄντως' Dauisium secutus in trimetrum iambicum claudum cogere ausus est) omnino contra grammaticae leges pugnat. Citra probabilitatem plauis sunt coniecturae Dilthei (Anal. Call. p. 31) et Gerckii (p. 57), qui non debuit renerti ad ineptam illam distinctionem quam iam pridem expulit Wytttenbachius quamuis uel ab Herchero editore neglectus. E Ciceronis locorum comparatione (1, 85 conl. 1, 93) proficiscitur opinor certissima emendatio: *Μείον γὰρ ὄντως ἐδάκρυσεν Τρωίλος ἢ Πρίαμος·* (καὶ αὐτὸς ἄν μείον ἐδάκρυσεν) εἰ προετελεύτησεν

ἐτ' ἀκμαζούσης ἀντιῶ τῆς βασιλείας καὶ τῆς τοσαύτης γενεῆς (?)
ἢν ἐθρήνηει.

Dein argumentationem illam quam apud Ciceronem et Plutarchum legimus item ad Callimachi epigramma pertinere cogor statuere conlato Propertii loco (II, 13, 45 sqq. B.) quem ad p. 113 E olim alio consilio adnotauerat Wytttenbachius. Quem cum scriberet Propertio Callimachi sui illud epigramma obuersatum esse ausim adseuerare. Vide:

Atque utinam primis animam me ponere cunis

Iussisset quaeuis de tribus una soror!

Nam quo tam dubiae seruetur spiritus horae?

Nestoris est uisus post tria saecula cinis,

Cui si tam longae minuisset fata senectae

Gallicus Iliacis miles in aggeribus,

Non ille Antilochi uidisset corpus humari,

Diceret aut: O mors, cur mihi sera uenis?

Nunc eat aliquis et iactet cum Gerckio argumentationem illam non decere poetam; hoc credo refutauit. Nec quod de Propertio conieci inprobabis: Callimachei carminis certe eadem sententia erat.

Excursus IV. (ad p. 67 adn. 1).

Sextus ad inlustranda Epicuri furta e. g. eius quam supra exposui de morte sententiam ὅτι οὐδέν ἐστι πρὸς ἡμᾶς repetit, perperam uidelicet, ex Epiccharmi hoc uersu deprauato

Ἀποθανεῖν ἢ τεθνάναι οὐ μοι διαφέρει

quem sic ab illo non esse profectum etiam e Ciceronis interpretatione (Tusc. 1, 8, 15) adparet:

'Emori nolo; sed me esse mortuum nil aestumo',

unde Ahrens emendationis periculum fecit quam uide apud Mull. l. l. I, 146 a.

Eadem ad amussim sententia legitur et in Ribb. Trag. Rom. frgg. inc. inc. 203 haec:

'Mors misera non est, áditus ad mortem ést miser',

et, si lectionem traditam prudenter seruas recteque adgnoscis

enuntiatum optatum (quo cognito apage omnia couamina), in Anth. Pal. X, 123:

*Πῶς τις ἄνευ θανάτου σε φέγοι βίη; μυρία γάρ σου
λυγρὰ· καὶ οὔτε φυγεῖν εἰμαρὲς οὔτε φέρειν.*

'Utinam', inquit, 'sine morte, i. e. ita ut mors non sit obeunda, liceat uitam fugere!' Totius enim lepidi epigrammatis argumentum hoc est: tot molestiae iuxta paucissimas delicias in uita obuiam fiunt ut haec sit fugienda; sed nec *φυγεῖν εἰμαρὲς*. — In talibus enuntiatis optatiuis, quae a *πῶς, τίς* uel a similibus surgant, posteriore graecitatis aetate potuisse omitti particulam *ἄν* discimus his locis: Anth. Pal. V, 246, 5 *καὶ τίς ἐποσλαίη*; IX, 359, 1 *Ποίην τις βιότοιο τάμοι τρίβον*; sic enim e codice pro Stobaei quod etiam Duebuer recepit *τάμη* restitnendum, ut docet Agathiae parodia (V, 302, 1): *Ποίην τις πρὸς ἔρωτας ἴοι τρίβον*; — Theocr. XXVII, 24 *Καὶ τί, φίλος, φέξαίμι*; ut uel inconstanter se gerant editores cum XV, 51 id quod recte traditur: *Ἄδιστα Γοργοῖ, τί γενοίμεθα* cum Schaefero conrumpant in id quod exhibent *γενώμεθα*. Proinde etiam Anth. Pal. XI, 133, 5 *Ποῖ τις ἀπέλθῃ οἱ λοιπόν, non ἀπέλθῃ* (quod iterum habet Stobaeus), eruamus e cod. corrupto *ἀπέλθῃ*.

Hos locos Schaefer in melct. p. 97 sqq. non potuit tollere.

Excursus V. (ad p. 69).

In Pythagoreorum caterua per me licet receuseat hunc Sotionem Mullachius l. l. II, 47. Ex tribus enim illis Sotionibus qui omnino distinguendi sunt (cf. Zellerum l. l. II 2, 931 adn. 3 et III 1, 676 adn. 3) de eo h. l. cogitandum est qui Senecae praeceptor (Sen. ep. 49, 2. 118, 17. 20. Lactant. diu. instit. VI, 24) et Sextiorum quasi interpret (Sen. ll. ll.) erat, natione Alexandrinus. Quod sic euincitur. Seneca de ira libros III scripsit. Cum autem sciamus illius praecceptorem Sotionem quendam fuisse, inueniamusque *περὶ ὀργῆς* scripsisse Sotionem, illum et hunc unum esse concludemus. Sic olim Nietschius in Mus. Rheu. XXIII, p. 639. Cuius suspicioni fundamentum dedit Dielsius in Doxogr. prolegg. p. 256 conferendo Sotionis

fragmentum (*Σωτήριος ἐκ τοῦ περὶ ὀργῆς β'* (apud Stob. XX, 53) cum Sen. de ir. II, 10, 5.

Habeo quae addam. Primum perperam in Meinekiana Stobaei editione l. l. sub lemmate LIV duae Sotionis sententiae prorsus diuersae inter se componuntur. Sunt duo fragmenta e satis diuersis libri II partibus, id quod per se manifestum adeo Senecae comparatione demonstrabo. Distinguenda igitur sunt lemmata LIV^a et LIV^b. E quorum priore radicem ducit imago quae et in Senecae libro II (obserua interuallum quo ea ab altera illa sententia dirimitur) et in Plut. *περὶ ὀργῆς* libri (quem uix iure eundem ac superstitem *περὶ ἀοργησίας* librum censuit esse Treuius l. l. p. 37 ad catalogi titulum XCIII *περὶ ὀργῆς*) unico fragmento (Stob. Flor. XX, 70) legitur haec:

Sot. *ἐκ τ. π. δ. β'*

Sen. de ir. II, 10, 8
 Numquid ille cuius nauigium multam undique laxatis compagibus aquam trahit, nautis ipsique nauigio irascitur? occurrit potius et aliam excludit undam, aliam egerit, manifesta foramina praecludit, latentibus et ex occulto sentinam ducentibus labore continuo resistit. nec ideo intermittit, quia quantum exhaustum est subnascitur. Lento adiutorio opus est contra mala continua et fecunda, non ut desinant, sed ne uincant.

Plut. *ἐκ τοῦ π. ὀργῆς*
Λόγον οὖν ἠγεμόνα χολῆ ποιησάμενον οὕτως ἐπιχειρεῖν τοῖς κατὰ τὸν βίον ἔργοις, τὰς ἐκάστοτε προσπιπτούσας ὀργὰς διαθούμενον καὶ θανατοῦντα, ὡσπερ οἱ κυβερνήται τὰ κύματα προσφερόμενα. ἔστι γοῦν οὐκ ἕλαττον τὸ δέος ὀργῆς ἀντιπρώρου κλινδομένης αὐτόν τε καὶ σῆμαντα οἰκονοροδῆν ἀπολέσαι καὶ ἀναστρέφειν μὴ διαπλευσαντα δεξιῶς.

Ὡσπερ δὲ πλοῖα γενναῖα οὐχ ὅσα ἐν εἰδίᾳ πλεῖ, ἀλλ' ὅσα πρὸς χεიმῶνα ἀντέχει καὶ σώζεται, οὕτω καὶ ἄνθρωποι ὀργῆ καὶ κινήσει ἀντεχόμενοι μεγάλοι καὶ ἀνδρείοι.

His tribus locis sane non ad amussim geminis manifesto ut eadem imago ita una sententia subest: uariare amant ueteres dum imitantur. Post haec et apud Sotionem et apud Senecam leguntur (l. l. 54^b et de ir. II, 17, 1):

Ἐποκρηταῖς μὲν οἶν καὶ μὴ ὀργιζομένοις ὑποκρηνομένοις ὀργὴν συνήνεγκεν, οἱ δὲ σπουδαῖοι ἄνδρες, οἷδ' ἔαν ὡς ἀληθῶς ὀργίζωνται, οὕτω χρωῖνται τῷ σχήματι.

(ab ira esse abstinendum exponitur.) 'Orator' inquit 'iratus aliquando melior est'. Immo imitatus iratum. nam et histriones in pronuntiando non irati populum mouent, sed iratum bene agentes.

Videmus igitur, si quidem e librorum congruentia et locorum singulorum ordine (ad librum II utriusque loci pertinent, et apud Stobaeum 53 = Sen. II, 10, 5; 54^a = II, 10, 8; 54^b = II, 17, 1) licet coniecturam facere, Senecam in libris de ira praeceptoris scriptionem — ut Tullius ait — 'secutum esse'.

Excursus VI. (ad p. 70).

Μεῦθος τις, ait Sotio, περιφέρεται γυναικός, ὅτι ἡ λύπη e. q. s. Quod uocem γυναικός corruptam esse ratus Meinekius (praef. ad Flor. IV, p. X) scripsit λιβνικός profectus a Plut. cons. ad ux. c. VI, ubi eadem fabula Aesopea uocatur; Bergkiius hanc coniecturam pro librorum testimonio uendidit (in hist. litt. gr. I, 372 adn. 184); Leutschius (in Philol. XXXIII, 417) ante γυναικός inserendum proposuit Κυπρίας, ut fabella illa adeo in Cyprium μέθων genus relegetur; Mullachius uero fortiter ἀστειός substituit: parum prudenter egisse omnes uidentur. Neglexerunt enim locum Plut. ad Apoll. consolationis (p. 112 A) quo idem μεῦθος qui a Sotione et in consolatione ad uxorem indicatur a uetere quodam philosopho Arsinoae reginae narratur.

Ex hoc loco quippe quo mulieris in usum fabula dicatur ficta esse, Sotionis uerba sic explico: 'Fertur de muliere (sive ad mulierem) fabula qua discimus luctum apud eos manere a quibus colatur. Obscuriorem loci breuiloquentiam satis explicari ex consuetudine qua nos quoque in rebus tritis elocutionis diligentiam remittere solemus dudum mihi persuasi. Sed interim ipsi ueteres geminum exemplum suppeditant: Ἀλκίνου ἀπόλογος prouerbii loco dicebant de nimis uerbosa narratione. Sic e. g. Plato in republ. X, p. 614 B, ubi uide doctum schol. cf. Diogen. prou. cent. 1, 79 et locos quos praeterea indicat Spengeliius ad Arist. Rhet. III, 16. Nimirum Ἀλκίνου

ἀπόλογος proprie erat longa illa Ulixis ad Alcinoium Phaeacum regem narratio quae Odysseae libris IX—XIII continetur. Perinde est *μῦθος γυναικός* fabula quae mulieri narratur. Quis postulat exempla quale est *ἀνέρος αἴθρονος ἀγγελία* alia quae omnino liberio rem genetiui graeci usum testantur? De uuo tamen exemplo paucis. Plutarchus p. 118 F celebratam illam de Periclis in morte filiorum constantia fabulam narrans illum *μετὰ τὴν προσαγγελίαν ἀμφοτέρων τῶν υἱέων* animo tranquillo in contione uerba fecisse non dubitauit breuissime dicere. Nam iniuria haec uerba Hercheri obelo notata esse recte mouit Dinsius (Beitr. z. Kritik d. Trostschr. Plut. an Apoll., in libro miscellaneo qui inscribitur Festschr. z. dritten Säcul.-Feier d. Berl. Gymn. z. gr. Kloster, 1874, p. 150 sq.) qui genetiuium illum insuper Thucydidis (1, 61, 1. IX, 15, 1) et Xenophontis exemplis (u. Mem. II, 7, 13) firmare non supersedit. — Idem Dinsius p. 146 sc ex genere dicendi libelli ingenuitatem probaturum esse pollicetur, huic meae qualique opellae certe aptissimum supplementum additurus.

Excursus VII. (ad p. 82).

Vox *φρουρά* non solum τὸν φρουροῦντα (statio, custodia) sed etiam τὸ(ν) φρουρούμενον (carcer, captiuitas, custodia) denotat, ut apud Plat. etiam in Gorg. p. 525 A. Phaedouis locum illum spectans dicit Cicero (Tusc. 1, 30, 74) de sapiente: 'nec tamen illa uincla carceris ruperit'. Dio uero (or. XXX, p. 550 Rsk.) ἐπὶ τιμωρίᾳ inquit γεγόναιεν ἐν φρουρᾷ δὴ ὄντες ἐν τῷ βίῳ. Deinde ἐφήμερος Antiphontis l. l. non ualet proprie id quod est 'diurnus' sed praegnanter 'temporarius, breuis, zeitlich', uelut Thuc. II, 53, 1, quocum tam mire in exquisitis ille concinit. Adde quod Aeschines loco illo p. 80 adn. 3 exscripto de eadem re dicit *θνητὸν φρουρίον*, poetae autem passim ἐφήμεροι pro eo quod est *θνητοί* usurpant — et quod Hesychius ἐφήμερα explicat *εὐμετάβολα εὐφθάρτα*. Sic enim recte olim conrexisse codicis quod sensu caret *ἀμετάβολα* Musurum quamuis a Schmidtio iuprobaturum disco ex Etymologico magno ubi legitur *ἐφήμερα... λέγεται δὲ καὶ ἐ τῆς ἡμέρας*

λειτουργία διὰ τὸ εὐμετάβλητον πρὸς τὴν ἐκάστης ἡμέρας κατάστασιν. — Unice uero placet Photii ἐφημέρος· πρόσκαιρος.

Habes denuo delicatnm meum sophistam. Qua data occasione non sino corruptum manere aliam Hesychii glossam: ἀμφιμήτορες inquit οἱ ἐκ πολλῶν μητέρων γερονότες ἀδελφοί. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις, ubi scribe ἐξ ἄλλων μητέρων, si quidem Suidas ἀμφιμήτωρ explicat ἕτερομήτωρ, nec aliter Aeschyleum nomen ἀμφιπτολιν (sc. ἀνάγκαν Cho. 75 D.) commentatur doctus scholiasta τὴν ἐκ διαφόρων πόλεων ἀνάγκην, ὅ ἐστι πόλεμος, inquinatus ille quidem ab iudocto interpolatore qui cum διαφόρων ualere 'inimicarum' (non 'diuersarum') perpetram pntaret, illud [ὅ ἐστι πόλεμος] inculcauit. Illa autem interpretatio recta est; etenim captius chorus dicit eam necessitatem quae inde fit quod ex alia urbe oriundus est, i. e. seruitutem. — Voluisse autem scholiastam diuersas intellegi urbes certissimum est; aliter non addidisset ὡς ἀμφιμάτορας κόρους γησὶν ὁ Εὐριπίδης. Dicit autem Androm. 465 D, ubi rursus recte interpres adnotat τοὺς ἐκ διαφόρων μητέρων, ἐξ ἐνὸς δὲ πατρός.

Excursus VIII. (ad p. 85).

Antiph. inc. frg. LVI admodum memorabile paucis commentari lubet. Narrat Pollux 1, 98 nauis ducem ab aliis aliter, ab Antiphonte uoce ποδοχιῶν significatum esse. Erant autem qui grammaticorum ueterum fere omnium ipsiusque Pollucis in his rebus ignorantia inducti crederent uocem ποίς non modo eum funem quo uelum regitur (pedem, Schote) sed etiam posse notare gubernaculum (οὔρα), duobus ut uidetur locis nisi, uno Odysseae (x 32) et Pind. Nem. VI, 57. Sed utroque loco illud uerbum significare funem quem diximus, nil amplius, ad amussim nunc demonstrauit Brensingius uir harum rerum peritissimus in libro quem de ueterum re nauali iuscriptum nuperrime edidit (Die Nautik der Alten, Bremen 1886, p. 59 sq.). De hoc fune eis quae ille p. 58—60 conlegit haec habui addenda. Eodem uerbo quo Antipho, metaphorice usus est Aeschylus in Persarum u. 656 ubi chorus Dareum praedicat: Θεομήστιωρ

δ' | ἔσκειν ἐπεὶ στρατὸν εὖ ποδοῦχει, quod duce Tanaquilo Fabero Dindorfius tandem reduxit (ὑποδῶκει M).

Idem uerbum testatur grammaticus in Bekk. Anecd. 1, p. 297 sic emendandus: ποδοχεῖν (sic recte Dind., ποδοκεῖν cod.)· τὸ τῷ ποδὶ κυβερνᾶν· ποὺς γὰρ ἔστι τοῦ ἰστίου τὸ σχοινοῖον τὸ <κατέχον> κάτω πρὸς τῆς νηὶ. Haec recta uerbi ποὺς explicatio est cui similem praebent schol. ad Lucian. Charont. 3 et primus schol. ad Odys. ε 260 (u. apud Breusingium l. l. p. 59). Quae pro illis quae ego posui leguntur τοῦ ἰστού τὸ ἀντίον sensu carent. Verum ut ad Antiphontem reuertamur: ποδοχῶν est gubernator, non quatenus ὁ ἐπὶ τῶν οὐράων καθήμενος est, ut Pollucis inscitia uult, sed quatenus is qui nauem regit simul ueli pedem (ναὸς ἐγκρατῆ πόδα Soph. Ant. 715) tenet uel seruat (ἔχει). Neque enim gubernandi et regendi ueli officium distinguī potest: pedem tenet; ita gubernator est.

Excursus IX. (ad p. 89).

Miratus sum cum Bothium, qui 'de Antiphontis et Thucydidis genere dicendi' disputationem Marburgae h. s. a. LXXV edidit, Antiphontis sophistae omnino nescium oratoris et sophistae fragmentis ex toto neglectis illorum scriptorum dictionis comparationem ita inuenirem instituisse ut tetralogias et orationes susque deque ferret.

Ecce inuitus iste tetralogias illas non oratoris sed sophistae esse mihi nunc probauit. Nam ex Antiphonte quaecunque aut inaudita aut insolentia et poetica adtulit et quaecunque eiusdem notae cum Thucydidis propriis contulit, ea non ad tres illas capitales orationes sed ad declamationes tetralogias quas uocamus pertinent! Et ea quidem ad amussim quadrant ad sophistam cuius imaginem effingere studuimus. Quae ex orationibus ad instituendam cum Thucydide comparationem deprompsit talia sunt qualia eiusdem aetatis scriptores et soleant et debeant habere communia. De insigni uerborum notione et usu agitur. Huc pertinent qualia sunt haec: ἀνθρώπινον φῦλον (IV α 1), ἀσπαίρω (II δ 5), ζῶν καὶ βλέπων (III γ 1), ποίνη (II α 3), πράκτορες (III β 6 i. e. 'qui aliquid exsecuntur',

quo uerbo alias Atheniensium quidam magistratus denotatur; sed illam uerbi uim statuunt Aesch. Agam. 112. Soph. El. 251. Arist. Ran. 1289) a poetis commodata; ἀπολύσιμος (IV δ 9), διαγνώμων (III γ 3), ἀναποκρίτως (!) λέγειν, ἀναγιγνώσκειν (i. e. ἀναπέθειν, II β 7), εἰσεβεῖν passiuā constructione usurpatum (III γ 11), καταλαμβάνειν (i. e. καταγιγνώσκειν damnare II δ 11. IV δ 9), ἀπελογίῃσθην (pro eo quod est ἀπελογησάμην, II γ 1. δ 3. IV γ 1), συλλήπτωρ (III γ 10) partim semel partim excepto Antiphonte a posterioris tantum aetatis scriptoribus admissa sunt. Elocutiones autem ἄωρος τελευτή et ἄωρος συμφορά (III α 2. β 12) atque totum tertiae declamationis primae orationis proemium, nisi sophistam illum quem in disputatione enarrauimus ex toto spirant, lateres me lauuisse dico. Accedunt iterum ab aliorum consuetudine remota quae declamationum scriptori cum Thucydide communia sunt. Sic hi soli interfectorem dixerunt αἰθένητην (III γ 4. 11. δ 4. Thuc. III, 58, 5). Vocem poeticam (quamuis neque a Platouis neque a Xenophontis usu alienam) γηραιός utrumque adhibuisse Poll. II, 13 memorat: IV α 2 τῆς γηραιοῦ τελευτῆς, ut adeo generis masculini forma feminino seruiat, et Thuc. VI, 54, 2 γηραιοῦ τελευτήσαντος legitur. Multo memorabilior est apud utrumque uocis ἐνθίμιος mirus usus quem illa aetate praeter Herodotum et poetas nemo admisit. Lupa deficiente Athenienses cessant ἐνθίμιον ποιούμενοι (Thuc. VII, 50, 4. schol.: ἀποδεδισιδαιμονήσαντες ἢ ἐκλογισάμεροι, κατὰ νοῦν σχόντες τὸ τῆς σελήνης, scil. 'religione obstricti'); Antipho (II γ 10) minatur iudicibus mortuum ἐνθίμιον γενήσεσθαι i. e. eum conscientiam illorum uexaturum esse; III α 2 τῷ ἀποθανόντι οὐδὲν ἐνθίμιον ualet 'mortuo non curae illud est'; III δ 9 τὸ ἐνθίμιον substantium bis factum ualet fere 'mala conscientia'; ibidem mirifice substantium προστρόπαιον formatum, quod ualet fere 'contagium caedis'. Ceterum uox ἐνθίμιος heue comparatur cum illo καταθίμιος quod pariter a poetis mutuatum esse Antiphontem sophistam (inc. frg. VII) supra exposui.

Acerum translationum elocutionum schematum poeticorum ex Antiphonte declamationum auctore et Thucydide congescit

Bothius (p. 24 sq., cui etiam quae supra scripsi partem debeo), qualia sunt (II γ 3 extr.) *σωφρονίσαι τὸ θυμούμενον τῆς γνώμης* et (Thuc. VII, 68, 1) *ἀποπλήσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον* (Bothius p. 36 cf. Eur. Hec. 299 D.); *ὑπερόπται* (h. l. et Soph. Ant. 130) *τῶν εἰωθότων* (Thuc. III, 38, 3) et (II β 13) *λατροὶ τῆς ἀτυχίας* et alia multa. Sed haec nunc sufficiant.

Excursus X. (ad p. 104 adn. 3).

Aegre fero quod adhuc Boëthii carminum pulchrorum multi loci corrupti iacent. Vide egone nonnullorum medicus existam.

I. Boeth. cons. phil. II, carm. 1, 8.

Hoc carmine et quae antecedit pedestri oratione demonstratur neminem sauum de inconstantia fortunae queri debere cuius in mutabilitate summam sitam esse constantiam. Itaque in fine increpat: 'At omnium mortalium stolidissime, si manere incipit, fors esse desistit'. De eadem re est carmen, cuius conclusio haec est:

Sic illa ludit, sic suas probat vires

Magnumque † suis monstrat ostentum, siquis

Visatur una stratus ac felix hora.

Futilia medendi quae exstant conamina, profecta ea quidem ab eis qui totius disputationis summam omnino non ceperunt, bene ad inferos editor relegavit, ubi uideas. Flagitatur: 'Magnumque *stultis* monstrat ostentum' e. q. s., i. e. nisi stultis nemini uidetur mirum fecisse, si eum qui modo felix splendebat iu puluerem detrusit. Sic poeta supra stolidissimum uocauerat qui fortunae uices miraretur.

Positionem neglexit poeta ad exemplum poetarum Augusteae aetatis et Horatii qui cum passim tum h. l. u. 3 Boethii menti obuersatur et exprimitur. Omnino autem facile et saepe propter sibilae exilitatem ante uerba quae a sp st sc (sq) incipiunt ab omnium aetatum poetis praecedentis uerbi breuem exitum non productum esse notissimum est; nempe ualde facile in uocula 'que'. cf. L. Muellerum de re metr. p. 317 sqq. Unde exempla quae huc pertinerent e re uisum excerpere haec:

Lucil. VII, 28 segetem immutassē statumque, Lucil. XXVIII, 52 pro statura Acciū' status. Lucr. IV, 772 L. Iudē statu prior, Lucr. VI, 943 manantibū' stillent. Hor. Serm. I, 2, 30 fornicē stantem, Hor. Serm. I, 2, 71 Velatumquē stola, Hor. Serm. I, 3, 44 fastidire strabonem, Hor. Serm. I, 10, 72 Saepē stilum uertas, Hor. Serm. II, 3, 43 Quem malā stultitia, Hor. Serm. II, 3, 296 Haec mihi Stertinius. Prop. IV, 5, 17 B. Consulitquē striges. Stat. Ach. 1, 348 sparsosquē studet (ubi utinam tenero admoldum colorī ne intrusissent crassum illud 'tumet').

II. Sequentis carminis quo hominum insatiabilis auaritia perstringitur uersus 19 et 20 ut sensus restituatur sic emendandi sunt:

Numquam diues agit quiz trepidus gemens
Sese credat egentem

cum praesertim optimus omnium cod. Tegerns. superscriptam praebeat litteram 'u' (qui^N).

III. Pessime Peiper in sequentis carminis (II, 3) uersu 16 eiusdem libri optimam scripturam (a conectoris manu non spernenda cui adstipulatur antiqua cod. Goth. manus) 'Donis', quae et exquisitior est et spondācam basin format, postposuit ceterorum librorum lectioni 'Bonis', sic iambicam basin statuens qua abstinuit prorsus Flaccus, fere Catullus (XXXIV, 2 et 4 pūellae et ib. 1 Dīānae) et Seneca, Boethius frequentissimus in glyconeis caret nisi quod ter (III, 12, 29. V, 4, 11. 13 et 38 nōtis) inuitus eam admisit.

IV. Sequentis carminis in u. 18 sollempni cuidam errori indulgere librarii, cum id quod poetam scripsisse contendo 'aethera' conrumperent in id quod legimus 'aequora'. Nam cum de periculoso mari uu. 4—8 dictum iam esset, u. 18 repetitio inepta fuisset; contra si h. l. reponimus *aethera*, uersus 22 'Ridens aetheris iras' habet quo respiciat.

V. Ad subsequens carmen pergo. In eo iuertem temporum suorum luxum conquestus felicem praedicat frugalitatem aureae aetatis:

Facili quae uera solebat (u. 4)
Ieiunia soluere glande.

Sic 'sera' ieiunia conrigenda sunt. Veram enim famem opponit ei quae gulae deliciis incitari uomituque reconciliari solebat. Atque Bonnensis liber, post Tegerns. optimus testis, habet lacunam quae superscriptis litteris 'se' suppleta est (quae^{to}..ra).

VI. In libri III carminis VIII versu 1 Peiper quod scripsit

Eheu quae miseros tramite deuos

Abducit ignorantia!

fecit contra usum cum cunctorum poetarum Romanorum tum ipsius Boethii. Nempe cum plurimis codicibus — in Tegerns. quoque s erasa est — restituendum:

Eheu quae miseros tramite deuio

Abducit ignorantia.

Ecce adeo in pedestri oratione hanc elocutionem multo magis praegnantem praefert consolator: III, 2 pros. (p. 52,14 P.) 'Est enim mentibus hominum ueri boni naturaliter inserta cupiditas, sed ad falsa deuus error abducit. cf. III, 8 pros. init. 'ad beatitudinem niae deuiae'. Hiatum illum in ordinibus inconexis omnino probum poeta non fugit. u. II, 3, 9. III, 10, 5. 8. IV, 1, 25.

VII. Ibidem carminis XI uersum 15 sic equidem censeo restituendum:

Quod si Platonis musa personat uerum,

Quod quisque discit *id* memor recordatur.

pro eo quod legitur immemor. Spectat enim Plat. Phaed. p. 76 A ὕστερον, οὗς φάμεν μανθάνειν, οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἀναμνησονται οὗτοι.

Excursus XI. (ad p. 117).

Volkmannus in refutando argumento a Dideroto et a Ruhkopffo l. l. p. 206 ex auctoris cum Stoicorum doctrinis pugna petito ad locum qui est in cons. ad Pol. c. XVIII §§ 5 et 6 neglexit comparare grauissimum locum qui est epist. XCIX §§ 15 et 26.

Sed quid rei sit explicemus. Ait Ruhkopffus, si libellus qui est ad Polybium ingenus esset, Senecam sibi sine ulla

ratione contradicere, si quidem in c. XVIII § 5 ('et scio — con-
pulisset') detrectaretur Stoicus, quem Seneca semper profite-
retur. Perperam. Primum eum illum fugerunt quae § 6
adiunguntur:

'Fluant lacrimae, sed eadem et desuuant. trahantur ex
imo gemitus pectore, sed iidem et finiantur'. Et nunc com-
para quae uerus Seneca epist. XCIX § 15 profitetur:

'Quid', inquit, 'nunc ego duritiam suadeo et in funere
ipso rigere uultum nolo et animum ne contrahi quidem patior?
Minime. Inhumanitas est ista, non uirtus, funera suorum isdem
oculis quibus ipsos uidere...' et § 26: 'Hi (Metrodori secta-
tores dicit) sunt qui nobis (scil. Stoicis) obiciunt nimium rigore
... aucupari. Nos quod praecipimus, honestum est:
cum aliquid lacrimarum adfectus effuderit et, ut ita dicam,
despumauerit, non esse tradendum animum dolori'. Vides ut
nihil de sententia peccauerit qui Senecae personam induit.

Verum omnino et illud profiteri potuit et Stoicus esse
Seneca. Nam cum in aliis tum in hac re inter se dissidebant
Stoici: sitne postulanda fera illa ἀναληγία necne.

Audi Caluisium Taurum Platonicum philosophum (apud
Gell. XII, 5, 10): 'Haec ergo (mala) uir sapiens tolerare et
cunctari potest, non admittere omnino in sensum sui non potest:
ἀναληγία eum atque ἀπάθεια non meo tantum, inquit, sed
quorundam etiam ex eadem porticu prudentiorum ho-
minum, sicuti iudicio Panaetii, grauis atque docti uiri, in-
probata abiectaue est'.

Inter illos quosdam nimirum Seneca fuit. Idem postea
censuit Marcus Aurelius imperator et stoicus πρὸς ἑαυτόν V, 26
πρὸς μὲν αὐτὸν τὴν αἴσθησιν φυσικὴν οὖσαν οὐ πειρατέον ἀντι-
βαλεῖν. Meministiue eiusdem Crantoris et Epicuri praecepti?
u. supra p. 46 et 61.

Excursus XII. (ad p. 119).

Graeci plurimi sunt in eis uerbis praepositione σὺν com-
positis quibus significetur complures simul id facere quod sim-
plicis uerbi notione exprimitur; quaecumque autem uerba ad

hoc genus pertinent, absolute (et cum objecto quatenus transitiva sunt) usurpari possunt. Talia sunt — ut ad propositum statim accedam — e. g. συναλγεῖν, συνάχθεσθαι, συμπευθεῖν, συνδακρύειν, συνθρηνείν, συμπάσχειν, συνήδεσθαι, quibus quae uernacula opponant Romani non uidentur habere. Apud eos enim praepositione *con* teste exemplorum legioe potius augeatur et intenditur simplicis uerbi notio. Itaque si complurium in idem agendo societatem indicare uolebant, aut uocem 'simul' adsumere aut loquendi circuitu uti cogebantur. Ea uerba quae hac norma non uidentur adstringi, aut graecissant aut omuino labante demum Latini sermonis integritate ingruerunt. Latine igitur nemo commoriebatur cum aliquo, nam Plautus Commorientes suos e graecis *Συναποθνήσκουσι* uortit barbare; nec minus Ter. Andr. 645 'Postquam me amare dixi, complacitast tibi' ad graecum *συνήρσε* redire uidetur, uisi forte ut Haut. 773 et saepius apud comicos omuino intellegendum est 'ualde placuit'. Apud Gellium (XVII, 9, 4) uoce 'complacebat' uariatur id quod (§ 3) praecedit 'conuentum est', i. e. inter eos conuenit. De uno uerbo 'compascere' quod et semel apud Ciceronem et in quadam inscriptione adparet, possit dubitari sitne uere Latinum an descendat a graeco *συμβόσχω*.

Nam omnino huc nou quadrant cetera quae sunt 'condicere conspondere compromittere' (*con* = inter se), neque 'consusurrare' (semel dictum est graecissanti Terentio in Haut. 473 'Syrus cum illo uestro consusurrat: conferunt consilia') conloqui concinere 'utpote in quibus *con* uon 'simul' sed iterum 'inter se' ualeat; neque uero 'concumbere', quippe quo uerbo loci, non temporis communitas notetur.

Reliquus grex aduenticius est: 'commilitare (Flor.), competere (Iustin., Aur. Vict.), complaudere, condiscere (Apul.), conspatiari (Petron.), correcombere (Tertull.), congaudere conuesci corregnare (Tertull.). — Nunc ad singula.

a) 'condoleo' ualet ubique 'penitus doleo'; u. Plaut. Truc. II, 8, 2. Cic. Tusc. II, 22, 52. de or. III, 2, 6. Hor. Serm. I, 1, 80. Ou. Tr. V, 3, 32. Primus Tertullianus uocem adhibet ad

significandam notionem 'simul dolendi'; de poen. 10: 'Non potest corpus de unius membri uexatione laetum agere: condoleat uniuersum necesse est'.

Idem ualet in raram uocem 'condolescere'.

b) 'conlacrimo' siue 'uehementer fleo'; et ecce Plaut. epigr. apud Gell. 1, 24, 3 (e Varrone):

simul omnes conlacrumarunt.

adde Ter. Andr. I, 1, 82. Cic. Somn. Scip. 1. pro Sext. 55.

c) 'compati' omnino nisi apud Tertullianum (adu. Prax. 29. anim. 5) et apud Augustinum (epist. 40, 6. Confess. III, 2; utrisque locis scil. id quod est 'cum aliquo p.') non legitur.

d) 'conqueri' ubique est 'uehementer queri'. Perperam enim Sil. Ital. VIII, 94 excitatur:

Conqueriturque tibi et sperat responsa remitti
cum hoc loco Anna Didonis soror ad Inli imaginem questus
mittens sperat fore ut ab illa responsum remittatur; igitur non
cum eo (ut Forcellinus ariolatur) sed ad eum conqueritur. —
Perinde cane ne Pacann. 365 R. 'simul una enicariet conpre-
camur' de notione simul precandi cogites. Inpense pre-
cantur alter pro altero Pylades et Orestes.

Excursus XIII. (ad p. 120).

Plant. Stich. 538 'praesente teo apologum agere unum uolo'. Narrat fabulam. cf. 541. 570.

Qui oratorem instituunt, passim 'apologorum uel fabellarum' narrationem ad recreandos defessos auditorum animos commendant: Rhet. ad Her. 1, 6, 10 'apologo, fabula'.

Cic. de inu. 1, 17, 25 'uel apologum uel fabulam'. de or. II, 66, 264 (Caesar de facetiis disserens) 'ad hoc genus... narrationes apologorum'.

Quint. inst. or. VI, 3, 44 'in apologis et quibusdam interim etiam historiis'.

Suet. de rhet. 1 (p. 121 Reiff.) 'nam et dicta praeclare per omnes figuras, per casus et apologos aliter atque aliter exponere' e. q. s.

Hic quidem locus emendatricem manum desiderat. Nam 'casus' neque 'historiae sine veri euentus' sunt, id quod Ernestius et Oudendorpius dubitanter statuerunt, recte detrectauit Fr. A. Wolfius, neque uero h. l. possunt intellegi nominum casus per quos pueruli singula uerba declinent uariantque, quoniam non de triniali disciplina sed de institutione oratoria res est. Atque ut possit per se h. l. de casibus grammaticis cogitari: quis homo sanus audeat coniungere 'praeclare dicta per casus et apologos exponere?' Itaque ex eo quod legitur 'casus' elicio quae optime et saepe iuxta apologos ponuntur '*fabulas*'. — Pergo.

Gell. II, 29, 20 'Hunc Aesopi apologum'. Fortunatian. art. rhet. II, 23 (Rhet. Lat. min. p. 115 H.) 'Circa rem quot loci sunt? addunt quidam et apologos, ut sunt Aesopi fabulae'. Mart. Cap. de rhet. c. 49 idem scribit.

Victorin. p. 199 H. 'Apologi sunt ex rebus humilibus compositae quaedam formae ac species ad uiuendum, ut exstat illa de mure et leone'. Iul. Victor p. 399 'apologo, i. e. fabula'.



EPIMETRUM

de

Philodemi περί θανάτου libro.

Dum disputatio mea typis inprimitur, nuper a Sigfrido Meklero Philodemi e libro quarto *περί θανάτου* quae exstant fragmenta eduntur. E cuius praefatione cum discerem fragmenta illa iam anno h. s. XLVIII in Herculanensium uoluminum collectionis prioris tomo IX ab Octauiano academico Herculanensi edita esse, primum sane aegre tuli quod liber qui ad meum propositum tanti esset momenti prorsus me fugit. Mox tamen ubi ipsam Neapolitani editionem diligenter examinaui, feliciter uertisse inscitiam meam nou sine gaudio animaduerti. Etenim, ut omittam academici neglegentiam et ridiculam quaedam graeci sermouis ignorantiam, Neapolitanum illud apographum, quemadmodum uunc cognouimus, ab homine qui neque oculos satis intendit et saepe, ut ipse Philodemus ait, in utramque aurem dorminisse uidetur exaratum est. Quibus subsidiis si usus essem, laborem meum ad inritum cecidisse nunc uidissem. Sed ubi Mekleri editionem parauit, feruore quodam in reliquias illas incubui inueuique eum quem exspectaueram scriptorem qui totus in consolationum materie uersaretur itaque, si quisquam, mihi tractandus esset. Et iam quae disputationi meae addenda essent animo formaueram, cum alterum papyri apographum, Hayterianum dico a Scottio nuper editum¹⁾, quo ipso ne Mekler quidem uti potuerat Gardthauseni nostri singularis humanitas mihi suppeditauit. Quo conlato et Mekleri apographum parum fidum esse adparuit et multa ad emendandum suppleendumque scriptorem apta uerum schedarum habitum ob oculos habenti se obtulerunt, quorum sane complura Dielsium²⁾

1) Scott, fragmenta Herculanensia, Oxford 1855 (appendix).

2) In censura Meklerianae editionis: Deutsche Literaturzeitung 1856, No. 15 p. 516.

et Blassium¹⁾ praecoccupasse breui post comperi. — Totius libri *περὶ θανάτου* locos disceruere, fragmenta enarrare et commentari adnotationemque criticam adicere in animo erat: quod tauta temporis breuitate nou satis accurate fieri posse cum mox intellexissem, quae noua haberem inuenta cum maxime delibanda constitui, cetera nou ita multo post deprompturus.

Addendum ad p. 64.

Epicureorum agmen claudit PHILODEMUS Ciceronis temporibus uobilissimus Epicuri sectator²⁾, qui praeter plurima alia *περὶ θανάτου* quattuor ut uidetur libros composuit. Is primis III libris de mortis natura in commune disputasse censendus est; quarto, cuius ampla exstant fragmenta, mortis percenset solacia mortalesque adsidue monendo nihil ad eos pertinere mortem omuem eius metum radicitus extirpare nititur. Ita hic liber quartus proprie dici potest *θεραπευτικός*, quemadmodum Chrysippus operis *περὶ παθῶν* librum quartum (in quo multa consolatoria infuisse supra p. 37 monui) inscripsit; et reputanti mihi quales intercesserint inter Epicureos stoicosque rationes suboritur suspicio haec scripta Chrysippi et Philodemi indole et materiae distributione iuter se similia fuisse³⁾.

Quanti autem momenti sit Philodemi libellus ad restituendum grauissimum Epicurcae philosophiae de morte eiusque solaciis locum facile adparet. Deinde, cum Epicuri doctrinam a sectatoribus paene integram propagatam esse sciamus, in Philodemi *περὶ θανάτου* libro Epicurum quodam modo eiusque consolationes habemus. Itaque uel ideo in restituendis his fragmentis opera ponitur utilissima. Accedit quod uix adhuc tam clara imago neque sermonis philosophi qualis illa aetate uiguerit neque ipsius qua Philodemus usus sit dictionis disputandique rationis uniuersae in lucem prodiit. Qui scriptor quamuis graeco sermone utatur qui haud raro ad infimae aetatis

1) In censura Scottiani operis: Göttinger gel. Anzeigen 1856, 13. Juni.

2) Ascon. in Cic. or. in Pis. 68, p. 14 Kiessl.

3) Chrysippi τὸν περὶ παθῶν θεραπευτικόν ipse Philodemus laudat de ir. col. I, 15 sq. Gomp.

sordes accedat, quamvis plerumque tam implicite tamque impeditae sententias componat et exstruat ut quid dicere uoluerit aegre extricetur: tamen graeci ingenii spiritu et lepore non plane destitutus est. Sed iam quae me quasi iu antecessum soluturum esse promisi adinngam.

Primae columuae initio Epicuream cantilenam illam qua magnum solacium in eo ponitur quod sensuum priuatio morte effecta nihil ad nos pertineat, facile eruimus. Post haec sic fere scripsit (u. 7 sqq.): *εὐομολόγητον (δέ ἐστι) τὸ τὴν στέρξειν τῶν τοῦ ζῆν ἀγαθῶν μετ' ἀναισθησίας τελέας ὑπάρχουσαν ἄν(ε)υ πόνο(υ γίνεσθαι . . . cf. Axioch. p. 369 D ἐμὲ δὲ ἴ στέρξεις τῶν ἀγαθῶν τοῦ ζῆν λυπεῖ et infra col. XVII, 6 πολλὰ — τῶν ἐν τῷ ζῆν κακῶν. XXXIX 22 τελέαν αὐτοὺς ἐπιλαμβάνειν ἀναισθησίαν. XXVIII, 10 sq. τῶν ἐκλιπόντων ἀναισθησίαν παντέλη.* Praedicat autem impense mortem quae sine ullo dolore contingat, ut Epicurens; cf. V, 2 ἀπόνως ἀμνηρομένουσ τὸ ζῆν (Sic enim uidetur supplendum esse) et VI, 12. Incredibile nero memoratu est quam saepe litterae ΕСОО in his papyris inter se confundantur, ut si aliam pro alio ponas uix aliquid mutes.

Col. III, 20 sq. ὅταν | τις αὐτῆς et 23 sq. ἀπέλα | βε τὸ ex ΑΠΟΛΛ et 25 (καὶ δὲ) ἄπειρος χρόνος περιεποιή(σε) de re coul. Diog. X, 145 restituenda nidentur.

Desperandum pæue uidetur esse de eis fragmentis quae col. XVI, 2 sqq. exstant. De Dielsii aliquot coniecturis nunc nouo ago; hoc dico: si e u. 4 sqq., ubi de aliquo malo, fortasse de morte, sermo est, sensum elicere nolumus, u. 5 κακὸν ἔχοι suppleamus necesse est; ut haec fere existat sententia: 'quis eum moueatur hoc malo¹⁾ qui uaturalem sequatur instinctum, nouo uanas sententias aut uoces audiuerit?'²⁾ Quod eum Dielsius posuit κάκ' ἔχοι neque explicationem habet nec propter lacunae spatium admitti potest.

1) Sic intellexi *διαφόρως πρὸς τοῦτο κακὸν ἔχοι*. Contrarium ἀδιαφόρως ἔχοι infra u. 23 adparet.

2) u. 8 ἐπο(ύ)ας recte Dielsius.

Vituperavit Epicurus¹⁾ eos qui dicerent *κάλλιστον μὲν μὴ γῆναι, φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Λίδαο περιῆσαι*; impro-
bavit igitur principem consolationum locum. Unde certum est
etiam Philodemum illam sententiam (de qua dicit XVI, 37 sqq.)
detrectasse. Pergit autem col. XVII, 3: *οὐ μὴν οὐδ' ἐκείνό γε
χαρίεν ὑμολογεῖν ὅτι διὰ ταῦτ' οὐχ αἰρετὸν νέους τελευτᾶν,
ἐπειδὴ πολλὰ συναποίονται τῶν ἐν τῷ ζῆν κακῶν*. Tenemus
manifestum librarii errorem: in aperto enim est u. 4 *οὐχ* de-
lendum esse. Inpugnat Epicureus, ut dixi, eos qui aut omnino
non nasci aut natum quam celerrime mori censeant optimum
esse, non eos qui expetendam esse in maturam mortem negent.
Accedit quod seruato illo *οὐχ* etiam insana fit sententia, si
quidem insani est dicere ideo lugendam esse adolescentis mor-
tem, quia is multa ex multis illis uitae malis secum auferat,
i. e. effugiat. Etenim hoc est talis mortis solacium. Valet
autem 'effugere' *συναποφέρεσθαι* ut Alciphr. epist. III, 3, 13
Mein., ubi Menander fingitur scribens ad Glyceram: *ἀποθνήσκων
τὰς μὲν λύπας ἐμαντῷ συναποίσω*. Verum me in eis quae
principio sumpsī non errasse inde omnino comprobatur, quod
in eis quae statim secuntur (u. 6—13) illam sententiam reapse
refutare studet Philodemus quodque eandem illam sententiam
iam supra repudiavit cum scriberet (col. XIII, 13): *σιωπῶ γὰρ
ὅτι πολλάκις πολλοῖς τῶν ἀφρόνων τὸ νέους τελευτῆσαι
λυσίτελέστερον φαίνεται*.

Deinde antithesin quam (XVII,) 9 sqq. ponit *εἴ τ' ἔνιοι
τοῦτο μὴ πείσονται — ὅσοι δὲ πείσονται* uidetur continuasse
duplici quaestione u. 13 sqq. (*πότερα — ἦ*). Illud quidem post
ἔαιον uidetur scribendum; u. 16 *ὡς δ' (ἔνι)σι* aut *ὡς ἄ(λλ)οι
ἔφησαν*.

Ad beatam uitam, i. e. ad summum bonum percipiendum
quodlibet breue tempus (*ἐν ποσῷ χρόνῳ τὸ μέγιστον ἀγαθόν*)
sufficere Philodemus col. XIII, 4—13 multis uerbis docuit.
Attamen *νοῦν ἔχροντος ἀνθρώπου* esse *ὀρέγεσθαι προσβιῶναι
τινα χρόνον, ἵνα — πᾶσαν ἀπολάβῃ τὴν οἰκιοτάτην διαγωγὴν*

1) In epistula ad Menoeceum, Diog. X, 126.

col. XIV, 2—10 longis ambagibus praedicat. Eiusdem sententiae fragmentum habemus col. XIX, 1 sqq., sic sanandum: *νῦν (δέ σο) γὰρ γενομένῳ καὶ ποσὸν χρόνον ἐπιζήσαντι τὸ μέγιστον ἀγαθὸν ἀπειλήπται*. Hoc conieceram, cum in *o* reuera litterae *O* ante *ΦΩΙ* certum nestigium exstare uidi; simul editoris coniectura *κν γῆ*, omnino non a recta cogitatione profecta ea quidem, concidit.

Col. XX, 3 Philodemns ad eam partem transit qua demonstrat perquam stultum esse qui mortuo se maleuolos homines gauisuros esse doleat. *πάντες*¹⁾ (scil. mortui) *μὲν γὰρ οἷκ ἐπαισθῆσονται τῶν ἐπιχαιρόντων ἢ (ρμ)ένο(ι) τελέως*, i. e. 'quia toti de medio sublatis sunt'. Perinde infra XXXVII, 7 stultum aliquem hominem moriendum sibi esse indignantem audimus his uerbis: *ἐγὼ μὲν ἐκ τῶν ζώντων αἴρομαι κτλ.* cf. XIX, 30 *ἐξαιρούμενος ἐκ τῶν ὄντων*.

Col. XXII, 12 sqq. sententiam sagacissima mente diuinavit Gomperzins in adpendice editionis; u. 13 tamen minus recte *διατρεῖσθαι τ(οῦνομ)α* proponit. Etenim nulla mutata littera *τῶ(νόμα)α* restituitur, id quod nel commendatur u. 15 ubi idem uerbum plurali numero adhibetur: *τ(οῖς ἀ)τοῖς* [sic Gomp.] (*ὀνόμασι προσαγο(ρευο)μ(έν)ων*).

Col. XXIII, 1 sqq. pertinent ad eum locum quo philosophus arguit stultum esse qui maereat quod moriens liberos non sit relicturus (XXII, 9—XXV, 2). Inter argumenta erat hoc: ipsis liberis non opus esse ei qui mortuum se coli honorisque competentem fieri cupiat. Cuius rei testes optimos esse Polyaeum Metrodorum Leontem Epicurum et omnes Epicuri sectatores atque adeo multos homines priuatos qui mortui ab amicis beneuolis²⁾ omni honore ornati sint. — Recte igitur M. duce apographo Oxoniensi posuit u. 4 *κη|δεμόνων*. Sed non minus certo u. 1 (*κη|δ(ε)μόνων* restitutum est, ita ut litterae KH ad antecedentis columuae extremum uersum pertineant qui omnino non plenus erat. Nam quod M. euanido quodam ductu in *o* deceptus *δ(α)ιμόνων* scripsit, et repugnante lacunae spatio, quod

1) *πάντες*, de quo dubitat M., optime se habet conl. XXX, 15 *λίθῳ τοῦ πάντας ἀπλῶς ἀναισθητεῖν*.

2) u. 11 sq. *φίλων ἀξιολό|γως (εἰν)οησάντων* recte Dielsius.

non potest continere litteram A, et inuito sensu fecit. Quid uero taudem huc daemones? — Idem u. 8 ἀτ . . . ὡς inprimi iussit et in adparatu critico nequaquam id adpiexit quod in σ exstat. Nam in σ fere hoc adparet ΑΠC . N (quamquam alteram litteram reapse non Π esse e comparatione ductuum huius papyri certissimum est). Octauiani autem illud ἀγωγῆν et editoris ἀγέλην uel propter spatii rationes inrita sunt; huius coniecturae etiam obest quod ἀγέλη de philosophi schola perinde ac latine 'grex' nisi cum quadam inrisione non usurpatur. Peruulgata sunt Horatiana illa 'Epicuri de grege porcum' ¹⁾ et 'Chryssippi porticus et grex' ²⁾; et ne Cicero ³⁾ quidem absque ioco 'philosophorum greges' scribit. At Philodemum h. l. de propria schola iocari quis censeat? Epicteti uero locus ad quem M. nos delegat cum nostro uil rei habet. Restat ut illi reddamus αἴρε(σι)ν. Hac uoce qua proprie philosophorum sectae denotantur e. g. Antigonus Carystius (Athen. XIII, p. 565 D) de Aristippi schola utitur; nec Romanis haec uox non in usu erat.

Post longam disputationem nunc amissam, qua arguere uoluit stultum esse qui moribundus orbitate sua dolcat, scriptor col. XXIII, 36 clausulam adnectit sic supplendam: σινελευν (δὲ . . .) λέγω διότι (κατα)λειφθέντων ἢ μὴ καταλειφθέντων ἐγγόνων — οὐδὲν ἔσται πρὸς ἡμᾶς κτλ. Sic integram simul structuram habemus: uam διότι e Philodemi usu (quem exemplis inlustrauit Sauppis ad Philod. de uit. § 27, p. 28, 4) h. l. ualet ὅτι s. 'dasz.' Accedit ex hoc libro exemplum quod exstat XXXVI, 32. Ceterum quod in uerbi καταλειφθέντων praepositione T cum Π iumutata est, factum est ut compluriens in his papyris et, ut uidetur, in eodem uerbo XXV, 14.

Sed ne parua contemnantur, col. XXV, 38 perperam ἐὰν posuisse editorem adnoto; fuit ὅταν teste certo litterae T uestigio. cf. XXXII, 2. — Ibidem incipit locus qui est 'de morte in peregrina terra'. Talia fere scripsit: Si quis peregre degens parentes aut alios cognatos relinquit, hoc si pungit animum satis est; magnum luctum ne illud insuper addat ad difficultates quae per se peregre degentem secuntur. Tum in

1) Epist. I, 4, 16. 2) Sat. II, 3, 44. 3) De or. I, 42.

papyro legitur: κατὰ μὲν τὸ συνέχον ὅτι πρὸς ἡμᾶς οὐδ' οὗτός
 καθόσον θάνατος
 ἔστιν ὁ θάνατος ἅτε μηδενὸς ἐπαισθησομένους, οὐχ ὅτι τοῦ
 κείσθαι τὰ λείψαν' ἡμῶν ἐπὶ ξένης.

Quae suprascripta sunt uerba editor ante ἅτε inseruit. Sed totum enuntiatum mire corruptum est neque ullam sanam habet interpretationem. Ut paucis dicam: et illud quod post συνέχον legitur ὅτι et supra scripta illa uerba expellenda sunt ut sana euadat haec sententia: 'nam, id quod maximi momenti est, ad nos ne haec quidem mors pertinet utpote uihil, uedum reliquias nostras peregre iacere sensuros'.

Si quid in editore ceteroqui de libello bene merito reprehendendum est, hoc est quod certa Buecheleri¹⁾ iuuenta complura Philodemi cum detrimento siue ueglexit siue non satis perspexit. Quae quidem partim ita iu propatulo iacebant ut et Buecheler tacitus ea posuerit et ego in prima lectione in margine adnotauerim. Primum exemplum exstat iu loco difficillimo qui nisi omnia fallunt adeo emendatricem manum desiderat. Col. XXVII, 34 [κάκεινο e. q. s.] locum 'de mortis iudigno genere' adgreditur Philodemus quo uibi iuteresse quo modo quis e uita decedat stultis homiuiibus persuadere uult (usque ad XXX, 7). Non, inquit, animum perturbare debet, quod multi antiquitus iudignam adepti sunt mortem. Insani uero est dicitare: recte eum angi qui subductae uauis instar in lectulo aniculae in modum, nou post magna faciura post-erisque celebranda sese aliquando moriturum esse apud animum suum proponat²⁾. ὡς γάρ, pergīt u. 5, ἐν Αἴδου προτιμηθησόμενοι — οὕτως ἔχουσιν, ἐπὶ τῆς ἀδιαληψίας ἐπιλανθανόμενοι(ε τ)οῦ³⁾ ποτε κατακρίνειν τῶν ἐκλιπόντων ἀναισθησίαν

1) In coniectaneis quae in Mus. Rhen. uol. XV (1860), p. 289 sqq. scripta sunt.

2) Ad perspicendum hoc specimen Philodemeae eloquentiae (XXVIII, 1—5) opus est ex antecedentibus sententiam sic quasi supplere: εἰ δὲ τὸ νευακλημένον — τρόπον (τελευτῆς τυγχάνειν), ἀλλ' οἶχι — τραγοφθεῖν, (ἐνοχλεῖν λέγουσιν), ἀποπληξία — ἐστίν.

3) Sic pridem Buecheler l. l. p. 295 suppleuerat. Et duarum litterarum lacuna certo ut nihil supra cernitur in papyro. Quod M. scripsit οὔποτε nullam admittit interpretationem.

παντελῆ καὶ διὰ τοῦτο τοὺς αἰκίζομένους τὰ λείψανα κωφὴν γαίαν ἀεικίζειν μινεαίνειν λέγοντες.

Unum extemplo apertum est: adhiberi ad extinguendum illum dolorem ueterem illam de mortuorum perfecto torpore cantilenam. Sed qui porro nos hinc expediamus? Quid est *κατακρίνειν*? Nequit esse, quod alias est, 'damnare': nam illi qui a Philodemi impugnantur nimirum non neglegunt (*ἐπιλανθάνονται*) damnare illam Epicuream sensuum priuationem, sed contra utpote Epicuri aduersarii acerrime detrectant. Pergo. Eidem illi stolidi homines (u. 12 sqq.) hac de causa eos qui cadauera foedant brutam terram foedare studere dicunt? Quid? Illi stolidi, paulo supra aduersarii Epicuri, subito tam recte, ita cum Epicuro sentiunt? Et hac de causa? Hic haeremus. — At illi fortasse re uera obliti damnare sensuum priuationem, puta non damnantes, scelestos illos brutam terram foedare rectissime concludunt. — Itane uero? Vide ne sic tota sententia conlabatur. Nam ei qui accipiunt illam sensuum priuationem, quo modo tandem eidem in Orco honores sese adsecuturos esse possunt sperare, quemadmodum paulo ante dicuntur sperare? Non enim sperarent, si illud cum Epicuro censerent; nedum sperent quia illud censent, sicut nunc legimus. Incurrit in oculos totius argumentationis insania.

Et primum aliquid profecerimus, si *κατακρίνειν* ad iudicandi uel censendi notionem delapsum esse perspexerimus¹⁾. Sic iam habemus quem exspectamus Epicuri aduersarium qui sensuum priuationem perfectam statuendam esse pro uauitate sua inmemor sit. Dein, ne sequentia tamen contra pugnent, aut pro eo quod in papyro est *λέγοντες* uerbum quod negationem in se contineat postulandum aut aliqua ratione enuntiatum membro quod a *καὶ διὰ τοῦτο* (u. 11 sqq.) incipit negationem inserendam esse dicemus. Et facile quispiam *καὶ οὐ* suppleendum esse suspicetur: quod propter magnum spatium quod sic inter *οὐ* et *λέγοντες* artissime coniungenda intercederet auersor.

1) Unum fortasse possit conferri Pind. frg. 149 [116] B. (*Ἀπόλλων*) *κατεκρίθη θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν*; quae uerba ita possunt explicari ut maxime benignum erga mortales Apollinem indicatum esse dicatur.

Hoc autem — ut comprehendam quae disputatione uideo enucleasse — uoluit Philodemus: 'tamquam in Orco honores adepturi siut — ita se gerunt, quoniam perfecti mortuorum torporis obliti non intellegunt (sive negant) eum qui cadauer foedet brutam terram foedare studere'. — Eandem ad amussim sententiam cum eadem argumentatione (perspecta quidem prioris partis iumani uerborum structura) infra col. XXX, 11 sqq. leges: 'Peruulgata enim opinio est¹⁾, tamquam apud inferos eis, qui in uita nobiles fuerunt, gloria, eis qui ignoti, obscuritas contingat, *λήθη τοῦ πάντας ἀπλῶς ἀναισθητεῖν, μᾶλλον δὲ μηδ' εἶναι, καὶ τοῦ τῶν εἰς τὰς ταφάς²⁾ τὰ μὲν αὐτοῖς συγκατακάεσθαι, τὰ δὲ συνταγέντα* (lacuna sequitur XIII fere litterarum qua talia fere denorata sint: *πάντα ὀλίγου χρόνου κοινορο(τοῦσθαι . . .* Sic enim haec uerba distinguenda et supplenda erant. Adparet illud *λήθη τοῦ πάντας ἀπλῶς ἀναισθητεῖν* responderere eis qui illo loco leguntur *ἐπιλανθανόμενοι τοῦ ποτε κατακρίνειν τῶν ἐκλιπόντων ἀναισθησίαν παντελή*. — Restat ut memoriam Philodemi courigam, qui extremis uerbis Apollinis Homerici (Ω 54) de Achille Hectoris corpus trahente dictum

κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίξει μενεαίνων

uerbi *μενεαίνειν* non irascendi, ut Homerus, sed alteram illam studendi uel cupiendi notionem usus uidetur esse. Aliter scripsisset *μενεαίνοντας*.

Col. XXX, 1 sqq. scripsit editor (*πάντες ἅμα τοῖς ὡς Μίλων εὐσάρκοις ὀλίγου κτλ.* At in papyro teste o clarissime exaratum est ΕΥCΑΡΚΟΙΟΛΙΠΟΥ, unde ni fallor recte haec statuitur structura: *πάντες ἅμα τοῖς ὡς Μίλων εὐσάρκοι — σκελετοὶ γίνονται* cum breuiloquentia Graecis non inusitata, qua

1) Hoc enim ualet id quod est *καταφερομένων γὰρ ἐστίν*, ut supra XXVII, 8 sq. *ἐστὶ καὶ τοῦτο καταφερομένων ἐπὶ τὰ κατὰ τοὺς μύθους — u. 14 τὸ πανταχόθεν κτλ.*

2) Ad uerba *τῶν εἰς τὰς ταφάς* supplendum (horribile dictu) quale est *συγκατακείμενον*. Paulo ante *καὶ τοῦ τῶν* distinguendum est ut sit quomodo infinituus *συγκατακάεσθαι* pendeat e uerbo *λήθη* (*λήθη τοῦ — ἀναισθητεῖν — καὶ τοῦ — συγκατακάεσθαι*).

post *Μίλων* id quod est *εὐσάρκοις* quasi subauditur. — Hic locus iam ad eam libelli partem pertinet qua 'nullius momenti esse quid fiat corpore post mortem' argumentis uere Epicureis eisdemque peruulgatis euincitur (XXX, 7—XXXIII, 36). Eodem pertinet locus quo ipse librarius uno uerbo omittendo peccauit, dico col. XXXII, 2 sqq. Ibi ne eum quidem qui cogitet fore ut se mortuo corpori sepultura denegetur doliturum esse contenditur. Inserendum igitur est u. 5 ante *τυχεῖν* uox *ταφῆς*, non modo subaudiendum ut opinor; nam licet euanuerint magna ex parte quae scripta olim fuerunt extrema columna XXXI, tamen in nicinia illa uox non legitur unde possit lector arcescere. Accedit quod infra n. 18 eadem legitur elocutio: *ἀλλὰ δὴ καὶ μῦθοι — ταφῆς οὐκ ἔτυχον*.

Mox n. 29 sq: *τοὺς περιεσταλμένους καὶ τοὺς ἀτάφους* sibi opponi, quamuis in papyro (librarii an ignis culpa incertum) *ΥCIC | . ΔΦΟΥC* clarissime sit scriptum, ipse editor perspicere poterat¹⁾. Nam nil reapse aliud potest scripsisse Philodemus, id quod nuper iam Blassium l. l. monuisse uideo.

Hinc (inde a u. 31) id agit Epicureus ut expellat metum eius mortis generis quod nnum omnium *φρικιδέστατον* censebant ueteres, mortem dico quae in mari contingat. Haec nimirum Epicureorum cateruae grata erat arena in qua principis famosas exercerent doctrinas. Itaque nihil prorsus interesse utrum quis lacu uel fluuio an mari mergatur, utrum piscibus cibum praebeat corpus an terra conditum nermibus conficiatur uel supra terram 'flammis interfiat', non sine quadam festiua inrisione increpantem audimus Philodemum nostrum qui h. l. cum Lucretio mire concinit.

Sed ut dicam quod nunc dicendum est: illa quam modo adumbrani narratio non continuo uersuum ordine decurrere sed duorum uersuum lacuna interrumpi uidetur; nam post u. 37 in col. XXXII fuisse nidentur duo uersus de quorum altero superstites sunt litterae *Δ . ΔΘΟΝ* quod est *ἀγαθόν*²⁾. Sic

1) Quod ipse dubitanter coniecit *τοὺς εἰς τάφους* omnino sensu caret, quoniam ipsum contrarium flagitatur.

2) Col. XXXII M. = p. XXXIII Scott. Inter XXXVII et XL uersuum

sane inferiore margine columnae careret, quamobrem ut opinor M. illud uerbum forte fortuna adscriptum esse maluit adnotare. Quod factum esse cur statuamus non uideo. — Idem est argumentum totius quae sequitur columnae. Ibi inde a u. 23 id agit ut increpet eos qui non δι' ἀναγκαιας χρειας sed uel scientiae cupiditate uel auaritia permoti uel alia quadam de causa (de qua uunc quaestio est) omnino mare temptent. Scribit autem sic (u. 23): *τί γὰρ δεῖ λέγειν τοὺς ἀπὸ φιλομαθίας ἐπαναγομένους ἢ τοὺς ἔνεκα συνήθων πλέοντας (τάφου; (ἐκείνους μέντοι νῆ τὸν Αἶα καὶ ψέγειν (καὶ)!) καχοδαιμονίζῃν φυσικόν κτλ.* — Sic optime opinor u. 25 suppleuerat Mekler, post quem cur Gomperzius eiusque iuscius Blassius maluerint *πλέοντας (σοφοῦς)* haud adsequor. Concedendum sane est utrumque posse suppleri, quippe quia in extremis uersibus de uuius litterae spatio uix quidquam potest statui. Sed quam displicent illi *ἔνεκα συνήθων πλέοντες σοφοί!* Quanam de causa nauigantes? Cur tandem sapientes potissimum iuducuntur nauigantes hac potissimum de causa! Quid est familiarium causa nauigare? Quales uero dicit sapientes? Scilicet Epicureos. At qui cogitari potest Philodemum sapientibus suis id inputare quod ualde uituperandum esse statim clamat? Quinam mihi iste est sapiens qui omnino ut faciat quod uituperatione obnoxium sit ab animo suo inpetret? Procul hinc abeant isti *σοφοί*. Contra quam apte h. l. homines familiarium sepeliendorum gratia nauigantes commemorantur! Antiquissimus ueterum mos erat peregre mortuos cremare cineremque eorum urnis in patriam reportare ²⁾. Proinde humanissimus fuit Ouidius ³⁾ cum oraret:

in singulis columnis numeros fluctuat, ita tamen ut tantum XXXVI uersus habeant columnae XXIV et XX (= p. XXV et XXI Scott), XXXV uero col. XII (XIII Sc.). — In col. IX (X Sc.) fragmento fugit editorem ultimus l. e. uigesimus alter uersus de quo littera Δ superest.

1) καὶ, non ἢ supplendum esse uidit Blassius.

2) Sic Tzetz. ab Lycophr. 367. Nubem locorum congescit Meursius, de funeribus c. 39, qui cui non sufficiunt adhibeat K. Fr. Hermannii opus quod inscr. Lehrbuch d. gr. Antiquitäten⁴, IV, p. 365, l. 374, 3.

3) Trist. III, 3, 65.

Ossa tamen facito parua referantur in urna

Sic ego non etiam mortuus exul ero.

Et quis inmemor est Catullianae pietatis cui sublime carmen epicedion debemus quo testatur ipse:

Multas per gentes et multa per aequora uectus

Aduenio has miseram, frater, ad inferias,

Ut te postremo donarè munere mortis e. q. s.?

Quam pulcherrimam pietatem Epicureus ut inutilem censet uituperandam. — Voce *φυσικόν* sententia qua de illis hominibus indicat philosophus manifesto clauditur; tum scripsit editor ἢ τοὺς κτλ., perperam, quia ante Η unius minimum litterae spatium est. Item frustra fuit Blassius quod proposuit *φυσικόν ἤδη, τοὺς κτλ.*, et propter spatii indolem duarum latissimarum litterarum haud capacis et propter uerborum structurae atque sententiae labem. Ego, si spatium sufficeret, scriberem: *φυσικόν. τί δὴ τοὺς — βυθιζομένους;* namque certissimum est hic nouam sententiam incipere qua nouum nauigantium genus inducatur de quo infra u. 30 sqq. indicat: *ἀλλὰ τὸ ζῆν οἰκτρὸν ὄντως¹⁾ αὐτῶν, οὐχ ὁ θάνατος κτλ.* — Sed res ita potius expeditur. Enuntiatum illud u. 25 *ἐκείνους μέντοι — φυσικόν* interponitur *παρενθέτως* inter id enuntiatum quo prius nauigantium genus describitur (u. 25 *τί γὰρ δεῖ λέγειν τοὺς — τάφου;*) et id quo alterum adiungitur (u. 27 *ἢ τοὺς διὰ φιλοκερδῆαν — βυθιζομένους;*), ita ut accusatiuus ἢ τοὺς — βυθιζομένους trans illam intercapedinem respiciat ad id quod supra legitur *τί δεῖ λέγειν*. Tum de illo altero genere satis concinne statim, ut supra de priore, u. 30 sqq. indicatur. En Philodemi eloquentiam! Nunc illud spatium quod u. 27 post *φυσικόν* et ante ἢ in papyro esse supra dixi, et illud quod u. 25 post *τάφου* reapse uidetur fuisse, interpunctionis loco a librario factum esse recte statuemus. Qualia spatia constat complura in his papyris adparere.

Quae deinceps inter u. 31 inde a uerbo *ὄτ'* et u. 36 leguntur, sicut M. scripsit, item uerba sensu destituta sunt. Ea

1) ὄντως, non οὔτως, supplendum uidetur.

nec Blassius omni ex parte emendare potuit neque ego nunc possum; quare miras papyri scripturas accurate exhibere satis habeo: u. 31 sq. ΟΤΟΥΚΕΙCΓΑ . . | Δ . Δ . . ΔΓΚΑ . . C, ubi plane absouum est ni fallor ὅτ' οὐκ εἰδ(σιν. τῶν | δὲ quod snasit Blassius. u. 33 sq.

CYNKYCIN . | ΤΩΝΟΥΔΕΓΕΡ . . ΔΑΛΩCΓΕ,
ubi Blassii οὐδέτερο(σ)ν 'i. e. nec τὸ ἄγιν neque ὁ θάνατος horum hominum οὐκρόν ἐστι', nt de obscura sententia taceam, ne Philodemo quidem ausim inputare. — u. 35 sq. optime Blassius ἐν θαλάττῃ | τρι cognouit et uersuum 35 et 36 sensum reduxit.

Iniustam quoque mortem solacia sua habere inde a col. XXXIII, 37 usque ad col. XXXV, 34 demonstraturus Philodemus praemittit habere quodam modo ueniam, si quis maereat quod uelut olim Palamedes Socrates¹⁾ Callisthenes e uita decedere ni cogatur. Quod quidem sapientibus uiris perquam raro accidere, quia hi neque quod tali morte dignum sit committant neque omnino cum hominibus scelestis rem habeant. ἀλλ' ἐπειδήπερ οὐκ ἀδύνατον, ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπὶ τῶν μὴ τελείων τοῦτο συνκυρῆσαι, τὸ μὲν ἀδήκτως ἔχειν κατὰ πᾶν οὐ φάιδιον κτλ. Sic habet papyrus, et sic scripsit, id quod satis mireris, editor. Nam haec uerba inmane quantum insana esse, facile autem inserendo uoclam οὐκ ante ἐπὶ u. 10 sanari paulo diligentius haec legentem uix fugere potest. Adde quod Buecheler l. l. p. 294, cum totum locum (XXXIV, 1—15 init.) exscriberet, sic conrexit, nisi quod praepositione ἐπὶ nescio qua de causa omissa exhibuit ἔτι δὲ μᾶλλον οὐ τῶν μὴ τελείων κτλ. Res est certissima, nisi forte quis negationem οὐκ ante ἀδύνατον positam hucusque nalere nobis persuadeat. Verum nt ad Philodemi disputationem reuertamur: si quis iniustam mortem perpessus sit, eum non omni quidem morsu liberum fore sed mediocriter perturbatum talibus meditationibus adhibitis prorsus fortiter casum toleraturum esse contendit (XXXIV, 12 sqq.). Etenim si quis propter turpia facinora mortis con-

1) Quid rei sit Palamedi cum Socrate supra p. 24 sqq. pluribus exposui. Quam igitur lepide eidem in eadem causa a Philodemo iuxta ponuntur!

demnetur, eum infelicem quidem esse, sed quia uiuens perpetuo poenam metnat, non quo ei mortuo propter infamiam quam contraxerit male sit futurum. — Nimirum huic homini scelesto eis quae secuntur sapientem opponit, quem, cum insonstem se necari sciat, dolorem sane sensurum dicit, non autem nec per se nec propter hominum existimationem mortis genus turpe putaturum esse, praesertim cum neque omnes neque multos sic iudicare sciat.

Haec igitur sententia (cuius singula uerba restitnere frustra uidetur nisus esse Blassius) inde a uersu 21 usque ad u. 34 patuit et, ut par est, eodem modo quo sententia cui opponitur (u. 15 ὅταν μὲν γὰρ τις — ἐνοχος ὢν — τυγχάνῃ —, ἄθλιοι ἔσσονται —) exstructa erat. Atque initium (u. 21) quidem ὅταν δὲ τις¹⁾ ζήσας) καλῶς καὶ παντὸς σπ(ίλ)ου καθαρώς²⁾ κτλ. certo refingitur. — Versu autem 34 sic pergit: 'et si omnes eius mortem turpem censerent, ipse, dummodo uitam integram et beatam nec sibi soli illud accidisse meminerit: tali casu non perturbabitur³⁾.

Lacunam supra in paraphrasi indicaui, de qua explenda nunc pauca. Exstant u. 37 haec:

AN . ΠΙC . . Ε . . WC³⁾ e. q. s., e quibus ni fallor necessario hoc uerbum restituitur: ἀν(ε)πισ(τρ)έ(πτ)ως. Sic prodit et elocutio uere Philodomea (ἀνεπιστρέπτως ἔχειν τινός. cf. XXXVII, 5) et sententia apta: nempe molestis illis bestiolis, quas cum locustis et uermibus componit comicus poeta⁴⁾, ad-

1) Haec e papyri ductibus eruenda erant; sed nec lacunam recte mensus est Mekler. Ceterum cf. XXXV, 39 ἐὰν δὲ τις ἐν βιώσας κτλ.

2) Hoc recte uidit Blassius, cuius e ceteris coniecturis uel propter spatii rationem cadit ea quam fecit u. 24 sq. εἰς τύχην τοιαύτην ἀχθεῖς, si quidem u. 25 ΤΗΝΑ . ΧΘΕΙC exstat. Pariter cadunt quae M. u. 27 extr. et 28 in. suppluit, quia u. 28 . ΝΑΠ . . ΟΙ legitur.

3) Post prius C uestigium litterae A adparere uidetur. Sed haec h. l. uix reuera potest scripta fuisse.

4) Nicoph. frg. 1 (Com. II, 848 M. — I, 775 K.)

Ἄπερ ἐσθίει τουτὶ τὰ πονηρὰ ὀρνίθια,
σέρφους ἴσως, σκαλίχας, ἀκριδας, πάροπας.

simulantur maledici homunciones, ad quorum ludibria uelut culicum susurrum sapientis beatam uitam Philodemus ait non respecturam esse. Quales uero *σέρφους* illos dixerit quod uequini indagare aegre fero: *ἀπτέρους* (de quo Gomperzius cogitauit) certe nec uoluit nec potuit dicere. — Tum argumentum illud omnium scholarum consolatoribus tritum 'non tibi hoc soli' proferentem supra feci Philodemum; et quod eodem redeat legitims apud Meklerum u. 38 *καὶ οὐ μόνον αὐτὸν ἐγκεκρυμέναι*, nisi quod *αὐτὸν* corrigere opus est. Quamquam, cum apographorum ductus non satis siue aestimaret siue intellexeret, ueram scriptoris manum non restituit. Sic enim fuit testibus *o* et *n* scriptum olim in papyro: *ΚΑΙΤΟΜΟΝΟΝΑΥΤΟΝ* ¹⁾; unde courecta librarii ueglegentia *ΟΥ* post *ΤΟ* omittentis Philodemi uerba *καὶ τὸ <οὐ> μόνον αὐτὸν ἐγκεκρυμέναι* repetimus ²⁾. Hanc fuisse eius sententiam inde euincitur quod quae statim secuntur *καὶ γὰρ μυρίους οἶδε καὶ τῶν ἐπιφανεστάτων φθόνῳ καὶ διαβολῇ περιπεσόντας κτλ.* huc necessario spectant.

Ex his uadis uixdum expeditis uobis in conspectum ueniunt horridi scopuli, quos si minus possumus tollere, certe, uoti ut fiant, explorare debemus. Philodemus postquam iniustos illos iudices per totam uitam scelerum conscientia uexari et interdum etiam ab aliis castigari (col. XXXV, 6—11) narranit, adiungit uerborum comprehensionis quoddam moustrum quod iude a u. 11 usque ad u. 25 in. patet. Cuius sententia nsque ad medium uersum 17 bene se habet; pariter quae inde a u. 19 med. usque ad periodi finem leguntur explicationem admittunt: de eis quae inter has duas quas distiuxi partes exstant quid sibi uelint quaeritur. Dixit autem talia fere: 'equidem miror esse qui in summis malis ceuseant damnatum esse, non ab hominibus bonis, sed a pessimis uel potius beluis; miror, inquit, si eidem beate uixisse et uicturos esse existimant pessimos illos homines (*τούς παμπονήρους μέν*), *ἀπολυομένους δὲ διαβολῶν ἢ μηδὲως δια-*

1) Littera *l* post *KA* etiam in *o* deest, in quo ante *OM* certissimum litterae *T* uestigium superest quod Neapolitanum fugit.

2) Subaudiendum esse (*τῇ τοιαύτῃ τύχῃ*) *ἐγκεκρυμέναι* uix opus est adnotare; quam elocutionem uide XXXIII, 33 et XXXV, 40.

βαλλομένους παρὰ τοῖς τοιούτοις, sed id quoque miror¹⁾, si illi negant etiam sapientissimorum hominum uitam miseram esse, si quidem ei qui scelestis illis²⁾ obnoxii fiunt miseri sunt, quoniam fore ut sibi quoque simile quid accidat³⁾ mente praesentiunt'.

Vides optimam euasuram esse sententiam, si u. 17 comate post *παμπονήρους* posito statim sequerentur *ἔτι δ' εἰ μὴ νομίζουσιν κτλ.* (u. 19); dein membrum illud *ἀπολομένους δὲ — τοιούτοις* (17—19), quod uidelicet eis quae sunt — *τοῖς παμπονήρους μὲν* respondet et ex eodem uerbo *ἡγοῦνται* (u. 15) non potest non pendere, praedicato suo carere. Quod quidem restitueris, si spatium illud duarum litterarum quod u. 19 inter *τοιούτοις* et *ἔτι* iacet uocula *μή* expleueris⁴⁾.

Restat ut concludamus Philodemum *ἀντιθέσεων* amantissimum, cum scripsisset illud *παμπονήρους*, agglutinando uerba quae sunt *μὲν, ἀπολομένους δὲ — τοιούτοις* de sententiae salute securum libidini suae indulgere quam statim adiungendo *ἔτι δ' εἰ μὴ κτλ.* sano stilo uti maluisse.

'De praemeditatione malorum et mortis' festinum consolationum locum Philodemus inde a col. XXXVI uersu 37 exponit. Cuius loci initium inmedicabili uulnere truncatum hanc fere sententiam exhibuit: 'plerique, si mors in conspectum uenit, inter grauissima et quae sibi unice curae sint negotia opprimi sese clamitant; neque senex ille tyrannus urbe amissa turpi dolore adfectus, quod sibi moriendum sit, priusquam illam recuperare possit (— XXXVII, 3)'. Tum u. 3—10 duo homines instantis mortis timore eiulantes inducuntur, quorum utriusque in uerbis distinguendis editor errauit. Prioris enim clamor iam a uerbis *εἰ τοῦτ' ἐπιδὼν* incipit; deinde nulla dumtaxat mutatione pro *ἀπέθνησκεν* scribendum est *ἀπέθνησκον*. Etenim

1) Nempe *ἔτι δὲ* (*θανμάζω*) *εἰ* intellegendum est.

2) u. 22 *τοῖς τοιούτοις* spectat ut paulo ante *παρὰ τοῖς τοιούτοις* (u. 19) ad scelestos illos iudices.

3) Scilicet ut re uera ab illis necentur.

4) Hoc spatium non indicauit M. . Structura autem haec est: *ἡγοῦνται μακαρίως βεβιωκέναι — τοὺς παμπονήρους μὲν, ἀπολομένους δὲ — μή*.

exclamationis protasin iudirecta quam dicimus oratione (*εὐ — ἀπέθνησκεν*) praemissam esse, directa sequi apodosin (*οὐκ ἂν ἀπεστρεφόμεν*) cogitari nequit. — Mirifice uero lapsus idem est in distingueudis alterius uerbis. Posuit enim iuductus loco quodam alienissimo¹⁾ u. 8 post *πολλάκις* comma, cum artissime cohaereant uerba *καὶ πολλάκις ἀγαθὰ τοσαῦτ' ἔχων*, quippe quibus superbus iste et stolidus homo multo plura bona se habere gloriatur; multo plura scilicet quam *ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα* quem sibi superstitem duraturum esse indignatur. In elocutione autem *πολλάκις τοσαῦτα* (nam haec uerba coniungenda sunt) non debuit offendere, si quidem Plato²⁾, ubi Cephalum facit dicentem *ὁ μὲν γὰρ πάππος — ὅσῃν ἐγὼ νῦν οὐσίαν κέκτημαι παραλαβὼν πολλάκις τοσαύτην ἐποίησε*, plane eadem utitur.

Haec non ita difficilia editorem fugisse eo magis miror quod a Buechelero utrumque locum olim, uerbo sane nou addito, recte constitutum esse uideo. — Qua data occasione reuertor ad locum in quo restituendo et explicando recta membrorum distinctione aliquaatum proficimus. Hic quoque eodem quo Buecheler deueni, hic quoque Mekler eum neglexit. Dico autem col. XIX, 1—9, ubi haec narrantur: 'ei qui sapiens factus sit et aliquod tempus uixerit summum bonum contigit³⁾. Sed dum ad huius (scil. summi boni) similitudinem quam maximam iter fit, usque ad infinitum tempus, modo possit fieri, uiuendo progredi optimum est: ἂν δὲ — sic pergit apud Meklerum — *παραγίνεται, τῆς μὲν εὐδαιμονίας ἀφαιρέσεις οὐ γίνεται τῆς γεγονυίας, κώλυσις δὲ τῆς ἔτι μετουσίας αὐτῆς*.

Quaero quid sit quod a desse (*παραγίνεσθαι*) ponit philosophus; uel, ut *γραμματικώτερον* dicam, quod sit protaseos illius subiectum. Summum illud bonum an summa illa similitudo? Neutrum animo substituisse editorem confido: admodum enim inepte substituisset. Atqui tertium quod suppleret nou habuit. Verum certissimum est cum Buechelero distingueudum sic esse: *ἂν δὲ παραγίνεται τῆς μὲν εὐδαιμονίας ἀφαιρέσεις,*

1) Plat. Apol. p. 30 C *οὐδ' εἰ μέλλω πολλάκις τεθνάναι*.

2) Republ. I, p. 330 B.

3) Hanc loci partem supra p. 146 supplēui.

οὐ γίνεται τῆς γεγονυίας, κόλυσις δὲ τῆς ἔτι μετουσίᾳ αὐτῆς. 'Cum autem (scil. morte) beatitudinis priuatio fit, non fit praeteritae, sed tantum eius quae etiam tum contingit inhibitiō'. Haec interpretatio tibi adridebit, si hoc fragmentum ad libelli locum qui est de inmaturae mortis solaciis pertinere memineris. — Quam mortem minime optandam esse, habere tamen solacia sua Philodemus columnis XII et XIII explicauit, de qua re supra p. 145 sq. copiose exposui. Solacium autem quod h. l. adhibet 'praeteritae beatitudinis priuationem fieri non posse' uide quam sit bene Epicureum. Epicurus enim teste Cicerone¹⁾ lenationem aegritudinis in duabus rebus posuit, auocatione a cogitanda molestia et reuocatione ad contemplaudas uoluptates. Et Seneca in consolatione ad Marullum²⁾ idem argumentum diserte persecutus est. 'Nostrum', inquit, 'est quod praeteriit tempus nec quicquam est loco tutiore quam quod fuit... Anguste fructus rerum determinat, qui tantum praesentibus laetus est: et futura et praeterita delectant, haec exspectatione, illa memoria: sed alterum pendet et non fieri potest, alterum non potest non fuisse'.

Sed de hac digressionem secundum disputationis ordinem ad col. XXXVII redeo. Ibi u. 27 sqq. causas infirmitatis humanae naturae adfert: nos omnes, inquit, quasi in urbe habitamus quae nullum contra mortem praesidium praebet, omniaque plena sunt eorum quae mortem efficiunt, cum nos tam debiles simus et anima nostra opportunissimos ad exspirandum exitus inueniat, (u. 33) καὶ τοῦ περιέχοντος ἅμα τῆ τύχῃ διακρίσεως ἡμῶν ἀμύθητα γεννῶντος κτλ. Haec uerba sensu cassa esse iam Gomperzius sensit, cum post ἀμύθητα desiderari αἷτια uel παρασκευαστικά coniceret. Et certissimum quidem est tale quid excidisse. Nam ut mittam genetiium διακρίσεως necessario egere uerbo e quo pendeat, nullo pacto potest dubitari quin id quod supra legitur u. 29 πάντα γέμει ποιητικῶν αὐτοῦ (scil. θανάτου) aliis uerbis h. l. repetitum sit. Sed probabilius est Philodemum iugenti uerborum inopia insignem simul cum

1) Tusc. III, 33. 2) Epist. 99, 4 sq.

sententia uerbum quod iam supra adhibuerat repetiuisse h. l. et sic scripsisse: ἀμύθητα (ὅσα ποιητικὰ) γεννῶντος. Nam illud ὅσα uix omissum fuisse discimus u. 35 πάνπολλ' ὅσα προσεπεισοροούσης et XXIX, 12 ἀμυθήτων ὅσων ἀγνοομένων ὡς ἀπέθανον.

Pungit me dius fidius animum quod columna XXXVIII egregie seruata inquinatur una lacuna qua loci lepidissimi quaedam pars obscuratur. Quae lacuna quo expleatur ne me quidem habere fateor; tamen refutata Gomperzii ingeniosa coniectura uiam monstrare posse mihi uideor. Sermo est in hac columna de uitae breuitate et de eorum ineptia qui in tanta breuitate 'spem incobare longam' longaque consilia texere audeant (—14). Quid sapientis niri sit opponit suo more Philodemus u. 14—25. De uerbis εἰ οὕτως ἔλλείπων | τι τοῦ κρατίστου βίου συνακολουθεῖ ΠΡΟ . | ΞΑC — . ΔΗ quaeritur¹⁾. Primum ex eo quod u. 20 in papyro scriptum est ΕΛΛΕΙΠΩΝ | ΤΙ Gomperzius fecit ἔλλείποντι, et hac coniectura reliquae mutationes haud ita lenes nituntur. Ergo si illa cadit, hae simul concidunt. Atqui aut illa cadit aut nihil ego uideo. Manifestum enim est per totam hanc periodum (u. 14—25) unum regnare subiectum: ὁ δὲ νοῦν ἔχων ἀπειληγῶς — ἐντεταφιασμένος περιπατεῖ καὶ — κερδαίνει — στενάζων — ἀπολαβὴν — συνκεκρηκῶς εὐχαριστεῖ. Quae cum ita sint, haud probabiliter u. 22 nouum subiectum τὸ πέρας inculcatur. Crede mihi, h. l. melius scripsit Philodemus. Conligitur ἔλλείπων seruandum et τι notissimo ex usu aduerbialiter prolatum esse. Accedit quod u. 21 post συνακολουθεῖ clarissime exaratum est ΠΡΟ, sic scilicet supplendum ut πρὸς fiat. Dicitur autem ille ἔλλείπων τι τοῦ κρατίστου βίου, quod ad optimam uitam ipsa longitudo necessaria est, sicut Philodemus diserte docet col. XIII, 36—XIV, 10, de quo loco supra p. 145sq. dixi. Postremo confer quaeso col. XIX, 30sq., ubi de eodem homine sapienti (qui opponitur u. 33 τῷ ἄφρονι) scribitur: λυπήσεται δ' οὐδαμῶς

1) Spatium quod ante ΔΗ est nullo modo litterae ω capax est; de maculis illis euanidis quas sic interpretatus est M. incertissima res est.

ἐξαιρούμενος ἐκ τῶν ὄντων ὡς εἰ μηδεμίαν ἴσχειν τῆς ἐλλείψεως ἐπαίσθησιν. His ipsi Gomperzio de hoc loco me persuasisse confido.

Sed nunc age, ut post hos labores paulisper recreemur, Horatium lepidissimi furti coarguamus. Quem inter Zeuonis rigidam sapientiam Aristippique molliora praecepta modo huc modo illic inclinantem fluctuasse optimo scimus testimonio. Et Aristippus quidem placuit cum primam illam ad Maecenatem epistolam scripsit, cuius de quodam loco uide quae supra p. 62 obiter adnotauit; eidem deditus erat eo tempore quo ad Albiu[m] quendam festiuum misit epistolum (I, 4), cuius extremi uersus mire ad Philodemum nostrum (ibid. u. 22 sqq.) faciunt:

Inter spem curamque, timores inter et iras Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Grata superueniet, quae non sperabitur hora.	τὴν ἐκ τοῦ χρόνου προσθήκην ἀξιο- λόγως ἀπολαβὼν ὡς παραδόξῳ συν- κεννηκῶς ἐντυχίᾳ καὶ κατὰ τοῦτο τοῖς πράγμασιν ¹⁾ ἐγχαριστεῖ.
---	---

Quam uero apte statim pergit Flaccus meus:

Me pinguem et nitidum bene curata cute uises,

Cum ridere uoles, Epicuri de grege porcum²⁾.

Postremum surgit disputatio. Quid de senibus uiuendi cupidis re uera scripserit Philodemus ostendat; namque ad huc ea legis quae cum illius consilio aduersa, ut aiunt, fronte pugnent. Postquam sapientem suum quemadmodum paulo supra rettuli descripsit, sic pergit: πᾶς δ' ὁ κηφηνώδης καὶ γέρον γενόμενος ἀνευθύμιτός ἐστι τοῦ θνητοῦ καὶ ἐπικίρου τῆς συστάσεως, καὶ πιθανὸν ἡγείται λέγειν τὸν φάσκοντα παράδοξον εἶναι γέροντα κυβερνήτην ἰδεῖν καὶ τύραννον, οὐχ ἡγείται δὲ καὶ τὸ κοινῶς ἀνθρώπων· ἀλλὰ — et uunc senis illius ineptias usque ad finem columnae iocosa inrisione perstringit. Vides ut nnius litterulae falsa adiectione totus locus corruptissimus sit? Quid? ignauns ille et ineptus qui describitur senex ita cum Philodemo sentit ut ei uel de fastidioso illo dicto adsentiat? Belle profecto suas partes ageret! Equidem hoc sensus uitium extemplo sic conrexi ut scripserim καὶ πῖθανον

1) το(ῖς) πράγμασιν Blassius.

2) Philodemus laudatur S. 1, 2, 121.

ἡγείται λέγειν, quod uel ideo censi flagitari quod paulo post legitur οὐχ ἡγείται δὲ καί, pro quo Philodemus, si supra id quod illi putant scripsisset, potius ἀλλ' οὐχ ἡγείται οὐδὲ κτλ. posuisset. Post cum Scottii tabulas inspexissem, ecce in papyro quod conieceram scriptum esse inueni: ΩΚΚΑΠ . ΘΑΝΟΝ¹⁾.

Sed restat alterum mendum in fine huius loci, u. 31 οὐχ ἡγείται δὲ καὶ τὸ κοινῶς ἄνθρωπον. Hoc quidem nihil est, sed quid lateat scire mihi uideor. Scribere enim debuit librarius ΑΝΘΡΩΠΙΝΟΝ. Dicebant autem ueteres, ut in rebus tristibus solebant εὐφρῖμειν (cf. XXXV, 40), mortem τὸ κοινῶς ἄνθρωπίονον, sic ipsa significatione rei quoddam solacium indicantes.

Col. XXXIX, 23 sq. perperam de papyri scriptura rettulit M., si quidem in ο clarissime exaratum est ΕΚΠΝΕ | Θ . . . ♣, unde nuper iam Blassius ἐκπνέο(υσι)γ recte suppleuit.

Reliquum est ut quae noua uerba quique noui uerborum usus linguae graecae thesauro addenda ex hoc Philodemi libello redundant paucis complectar. *συνεκπτώματα* (XXXVI, 2) quod ualet idem ac *συμπτώματα*, *προσεπεισφορεῖν* (insuper ingere² XXXVII, 38²⁾), *ἀνενθύμητος* (is qui οὐκ ἐνθυμείται³ XXXVIII, 27), *ἀδιαληψία*³⁾ (i. e. *διαλήψεως* ἐνδεῖα XXVII, 13. XXVIII, 9) adhuc non legebantur; accedunt *προ(σέ)νοστιμα* (quid sit nescio. XVI, 8) et *ἀ(ντα)λλάκτης* (scelerum ultor?

1) Rectissime u. 28 sq. (ἡγείται) suppleuerat M.; nam C. ΤΑΙ u. 29 init. exstat. Itaque Blassius utinam illo inprobato οἴεται ne iussisset scribi!

2) Nisi forte *προσεπεισφερούσης* facillime emendandum est; hoc autem uerbum Longin. de sublim. 9, 12 p. 23, 3 Jahn. eadem notione praeditum legitur. Quid sit quod Pollux V, 140 idem uerbum synonymum facit uerbo *εὐεργετεῖν* haud adsequor.

3) *ἀδιαλήπτως* de Ir. p. 137, 23 Gomp. exstat, ubi opponitur ei quod est *διειλημμένως* ('prudenter, accurate'), de quo cf. nostri libelli col. XXXII, 20 sq., ubi *διειλημμένως ἐπιστήσας* optime restituit Dielsins. Ceterum quod *ἀδιαληψία* in mss. Herc. Oxon. part. II p. 18 ualere 'continuitas, status qui diuisiones non recipit' Cramer in Steph. Thes. dicit, ibi *ἀδιαληψία* (εἰ pro η, ut saepe in his papyris) restituendum esse facile intellegitur.

XVII, 9), si haec recte a Gomperzio et a Meklero restituta sunt¹⁾. Incerta res est de trunco uerbo *προφαντασσοφ . . . ον* (XVIII, 9 sq.), ubi caue cogites de generis feminini uerbo; nam quae anteceduunt *κρείττο(ν) ἦν* perperam suppleta sunt, cum in papyro certissime fuerit *κρείττο(ν) ἦν*. Videtur igitur de alicuius uerbi praesentis temporis participio cogitandum esse. Eximie placuisse uidetur Philodemo adiectiuum suum *ἀρετηφόρος* (XXXV, 27) quod etiam in eius de arte rhetorica libro (p. 74, 8 Gros. et col. XXVIII) legi et, ut illo loco, cum uerbo *ἀνίρ* coniungi inuenio. Transeo ad uerborum uel memorabiles uel adhuc inauditos usns. Adiectiuo *ἀναπόλαστος* (XIII, 12) actinam notionem indidit Philodemus: unde confirmatur Hesychii glossa *ἀναπόλαστος* ἄγεστος (i. e. 'qui non fructus est'). *οἱ ἐπιχαιρόμενοι* (XX, 10) sunt, mirifice profecto, 'ei qui inridentur'. Perinde hoc uerbo in libro de uitiiis²⁾ usus est. *κατακρίνειν* col. XXVIII, 10 ad iudicandi notionem degenerasse supra p. 149 mihi uideor ostendisse. *σύνγνωσις* (XXXIV, 35), quod hoc loco atque apud uuum Clementem Alexandrinum³⁾ legitur, latino conscientia ad amussim respondet. In elocutione *ἀβίωτον ἡγεῖσθαι τὸ καταγνωσθῆναι* (XXXV, 12) uerbi *ἀβίωτος* naturalis et principalis significatio ita euauit ut idem fere ac 'intolerabilis' ualeat. Et ad hunc usum reapse Suidae glossa (de qua Schaefero in Steph. Thes. non liquebat) *ἀβίωτον* κακὸν ἀηδέες ὀδυνηρόν spectat, ubi nimirum *βίον* nequit subaudiri. Itaque in Hesychii glossa *ἀβίωτον* κακὸν ἀηδῆ ὀδυνηρόν ἀηδέες restituendum est. Quem rei statum uerbique usum quod Schaefer non perspexit eo magis miror quod Aeschinis locum (74, 149), qui proxime ad Philodemeum accedat: (*Δημοσθένης*) *ἀβίωτον ἡγησάμενος εἶναι εἴ τινος ἀπολειψθήσεται δωροδοκίας*, ipse adfert.

1) *ἔνσθημα* ('impedimentum') unus Chrysippus (Plut. Mor. p. 1056 D) habet. *ἀλλάκτης* infima graecitate, *ἀπαλλάκτης* semel apud Maximum Tyrium inuenitur.

2) § 27, p. 25, 2 *ἐπιχαιρέσθαι μετὰ καταγέλωτος ἐπὶ πάντων*, ubi u. Sauppium.

3) Cognitionis notione praeditum, Strom. 1, p. 120 Sill. (uol. II. p. 17 D.).

Finem apte facit ἡ τοῦ βίου παραγραφή (XXXIX, 18), id quod per metaphoram alias inauditam (παραγραφή a grammaticis periodi finis significabatur) 'uitae finis' ualet.

Sed multo longius quam constitueram enagatus sum et, dum quaedam uolo delibare, paene omnia quae habui raptim exhausti. Proinde nunc defessus labore decedo.

Ecce coronatae portum tetigere carinae,

Traiectae syrtes, ancora iacta mihi.

Sintne alicuius pretii quae reportari qui harum rerum periti sunt iudicent.

ADDENDUM.

Exciderunt nescio quo casu quae habui de Philod. π. θανάτου col. XIV, 12. Philodemus ab initio columnae cur uere sapientis uiri sit aliquantum temporis ad uiuendum expetere exponit (— u. 10). 'Si quis autem' — sic cum leni inrisione uidetur perrexisse — 'infinitem tempus expetat, quot anni huic uiuendi essent ipsius uitae quasi promissio?' Vides de sententia me cum Meklero fere consentire. Sed u. 12 ΕΞΟΝΤΑΙ Ι . . ΕΙΟΝ in ο exstat, unde ille utique perperam ἔξοντα ταμιεῖον finxit, ut structuram uerborum sic nullam esse mittam. Haec optime se habebit, si καθάπερ ἔξων ταμιεῖον restituerimus.

CONSPECTUS OPERIS.

	Pagina
Prooemium	3
I. De Graecorum philosophorum scriptis consolatoriis.	
De Democrito, Hipparcho, Prodico	7
De Axiocho	9
De Piatonis Menexeno Phaedone Apologia Socratis	20
De Xenophontis Apologia Socratis	21
De Aristotelis Endemo, de Theophrasti Callisthene, de Dicaearcho; de Cynicis	34
De Stoicis	37
De Crantoris libro <i>περὶ πένθους πρὸς Ἰπποκλέα</i>	38
De ceteris Academicis	57
De Hegesiae libro <i>Ἀποκατεργῶν</i> qui inscriptus erat ceterisque Cyrenalcis	59
De Epicuro et Metrodoro	60
De Plutarchi scriptis consolatoriis, praecipue de consolatione ad Apollonium	64
De epistularum scriptoribus	71
II. De rhetorum Graecorum studiis consolatoriis.	
De Gorgia et Alcimantem	72
De Antiphonte sophista	72
De Atticorum orationibus funebribus	89
De posteriorum sophistarum declamationibus	91
III. De consolationibus a Romanis scriptis.	
De Ciceronis consolatoribus	94
De M. Tullii Ciceronis Consolatione	95
De eiusdem Catone maiore epistulisque consolatoriis	107
De Senecae scriptis epistulisque consolatoriis	108
De eiusdem consolationis ad Marciam tempore	110
De consolatione ad Polybium	114
De Frontone Ambrosio Hieronymo Boethio	120
De Romanorum laudationibus funebribus	121
Excursus	123
Epimetrum de Philodemi <i>περὶ θανάτου</i> libro	143

INDEX RERUM ET VERBORUM.

(Quae in operis conspectu satis indicata sunt ea h. l. repetere nolui.)

- ἀβίωτον τι ἡγεσθαι* 163.
ἀδιαλυσία nouum uerbum 162.
Aeschini dialogi 12.
 de Agamede et Trophonio fabula 51 sq.
Alcidamantis *Μουσεῖον* 72, 5.
ἄν omissum 128.
ἀναβλέπειν 81, 1.
ἀναλγησία a quibusdam Stoicis improbata 138.
ἀναπόλαυστος actiue prolatum 163.
Anaxagorae dictum 47, 49.
ἀνενθύμητος nouum uerbum 162.
ἀνταλλάκτης nouum uerbum 162.
Antimachi Lyda 5.
Antipho orator *πολιτικοῦ* auctor 75 sq. artis rhetoricae? 85 sq. tetralogiarum? 86 sqq. 133 sqq. non praceptor Thucydidi 87. orationis *περὶ μεταστάσεως* frg? 83.
Antipho sophista et sophista et *ὄνειροκρίτης* 73. cum Socrate disputat 73. Prodicī auditor 80. Thucydidi praceptor 86 sqq. cognomine Nestor 89. Eius frgg. inter oratoris *ἀπαράσημα* 75 sq. genus dicendi 83 sq. cum Thucydidi genere dicendi comparatur 84. 86 sqq. 133 sqq. *τέχνη ἀληθείας* qualis fuerit 77 sq. *νηπενθεὶς ἀκροάσεις* 73, 3. 76. cum Prodicī oratione consensus 78 sqq. artis rhetoricae et tetralogiarum auctor? 85 sqq.
Antipho tragicus 73 sq. *ἐποποιός* 74, 1.
Antisthenes 35.
Ἀποκατερωῶν Antiphanis et Philemonis comoediarum inscriptio 59, 3.
Apothodori Geloi *Ἀποκατερωῶν* 59.
Apollonii Tyaneī epistulae 71.
apologus 120. 140 sq.
Aratus a Callimacho epigrammate commendatus 42. eo natu minor 43. eius uitae diuersis pannis consutae 42 sq.
Arcesilaus 55. 57.
Archini *ἐπιτάφιος* 90.
Aristophanes Sophoclis inrisor? 30, 3.
Aristotelis Eudemus et dialogus et consolatio 34.
ἀρετηφόρος ἀνὴρ 163.
Aristidis *ἐπιτάφιοι* 92.
Arsinoe 57. 69.
Axiochus archetypi excerptum 14. inter Platonis *νοθεύόμενα* 9. 14. Prodicī orationem continet 8 sq. lacunosus est 13 sq. a Cratete et a Crantore adhibitus 16 sq. cum Antiphonte sophista consensus 78 sqq. poetarum frgg. 18 sq.
Bio cynicus 30, 1. 77, 1.
Bruti ad Ciceronem consolationes 94.
Caesaris ad Ciceronem consoliatio 94.

- Callimachus Crantore maior natu 41 sq. item Zenodoto 45. Intra Ol. 112 et 133, 2 uixit 43. Aristophanis pueri magister 45. epigr. XXV a Crantore laudatum 125.
- Carneadis doctrinae per discipulos propagatae 58.
- Certamen Hesiodi et Homeri 72, 5. Chaeremonis tragici uersus 34, 6. Choricis Gazaeus 94. 106.
- Chrysippus 3. 4. eius *περὶ παθῶν* libri IV 37. 123. ex I. IV praeceptum 69, 3. laudatur a Philodemo 142.
- Cicero quomodo Crantorem adhibuerit 46 sq. 125 sq. Consolatio m. Martio scr. 95. Tusc. disputatorium fontes 95 sqq. Tusc. disp. statim post Cons. incohatuae 96. in eis Consolatio continetur 100. Catonis pars consolatoria 107 sq. ad Titium epist. quando scripta sit 108. Laudatio Porciae 122. Consolatio suppositicia 107, 1.
- Cleanthes 3. 37.
- Clemens Alex. Antiphontis sophistae imitator 84.
- de Cleobide et Bitone fabula 51.
- Clitomachus fragmenta 59.
- consolatoris consilium qualesit 67.
- consolandi significationes 123 sq.
- Crantor 330—286 fere uixit 41. Plutarchi et Ciceronis consensu restituitur 39 sq. Ciceronis in Consolatione auctor 48. eius cum Epicuro consensus 61 sq. Socraticis doctrinis usus est 31. passim Homerum et Enripidem laudauit 4. 56 sq.
- Axiochum adhibuit 16 sq. Callimachi epigrammata laudauit 40. 125.
- Crates cynicus Axiochum expressit 16. cum Antiphonte sophista consentit 78 sq. eius, non Platonis epigramma in A. P. IX, 359: 36.
- Cresponti Euripidei dictum 52. 56. 103.
- Cyrenaei de malorum praemeditatione 59.
- Democritus loci 'de uano Inferorum metu' auctor 7, 5. Dareum consolatur 8. *Ἀμαλθείας κέρως* qualis fuerit 7, 4. libri *περὶ εὐθυμίας* frgg. 78, 1. 82.
- [Demosthenes] *ἐπιτάφιος* 91.
- de Demosthene fabula 66. 68.
- Didymus Hermogenis auctor 73. 89. de Dione fabula 66. 68.
- Dio Chrysostomus Xenophontis Apologiam expressit 31. eius Melancomas I 31, 92. II 92. Charidemus 91.
- δοῦναι* usus apud Philodemum 147.
- Dolabella Ciceronis consolator 94.
- de Elysio fabula 52.
- Empedocles 84, 2.
- Ennii Iphig. frg. VII R. 100. cui debeatur 102 sq.
- ἐπεβάλετο* quid sit 42, 2.
- ἐπιχαίρεισθαι* passiuè prolatum 163.
- Epicediorum et threnorum genus 5.
- Epicharmus 127.
- Epicurus 4. 7, 5. Aeschinis imitator 60 sqq. cum Crantore consentit 61 sq. a poetis furatus est 67. *περὶ τῆς Ἡγησιανᾶκτος τελευτῆς* epistula et *Ἡγησιανᾶς* 60.
- ἐπιτάφιος* Graecorum 7. 20. Romanorum 7, 1. 121.
- Eryxias et *περὶ ἀρετῆς* dialogi 10 sq.
- Eudorus Alexandrinus 6.
- Euripidis Aeol. frg. 25: 30.
- Fabii Maximi laudatio filii 121.
- Fanorinus 93.
- Galenus 39.
- Γνώθει σαυτόν* et *Μηδὲν ἄγαν* 49 sq. 104.
- Gobryas 9. 91, 6.

- Gregorii Nazianzeni *ἐπιτάφιος* 94.
 Hegesiae *Ἀποκρῆτων* a Crantore adhibitus 56.
 Hesiodi nouum frg? 100. 102 sq.
 Hieronymus i. e. Cicero 36. epist. LX e Cic. Cons. excerpta 48. 107. ueteres scriptores Romanos non legit 100.
 Himerii *ἐπιτάφιος* 93 sq.
 Hipparchi Pythagorei cum Plutarcho consensus 71.
 Homeri Ω 721 sqq. 5, 1.
 Horatii Epist. 1, 4, 12 sqq. ad aliquem Epicureum spectant 161. graecissans 124.
 Hyperidis *ἐπιτάφιος* 91.
 Index Herculanensis 41, 3. insolabiliter 124.
 Isocrates sophista audiuit 74. ubi hiatum admisit 70. *Εἰγόρας* 89. *Γρύλλον ἐγκώμιον* 90.
 Isocrates Apolloniatas 90.
 Iuliani epistula consolatoria 71. *κατακρίνειν* 'iudicare' 163.
 Lampriae scriptorum Plut. catalogus 41, 5. 64 sq.
 Libanii *ἐπιτάφιος* 94.
 ligare alicui aliquid 5, 2. logus 119 sq.
 Luceius Ciceronis consolator 94 sq.
 Lucianus 8. 12. de luctu 5, 2. *περὶ πένθους* libri indoles 93.
 Lucretii de rer. nat. III, 830—1094 ex Epicuri consolationibus pendent 60 sqq. cum Antiphonte sophista comparatur 81, 3. 83.
 de Luctu fabria 57. 68 sq. quo modo uulgata fuerit 70.
 [Lysiae] *ἐπιτάφιος* 90.
 Marcia Cremuti Cordi filia 110.
 Menander 3. 34, 6. 53.
 mors nihil pertinet ad nos 54 sq.
 mortis necessitas exemplis inlust. 63. *μῦθος γυναικός* quid sit 130.
 Naeuii inc. com. 106 R. 100. Cic. Consolationi debetur 102.
 Nascimur ut moriamur 32.
 Naucrates 90. 91.
 Niobe nimium lugentis exemplum 51. 101.
 Olorus 91.
 ὁ μὲν — ὁ δὲ apud Suidam 45.
 Orphici 4. 80.
 Palamedes hymnis celebratus 24 sqq. cum Socrate compositus 154.
 Panaetius 39. *ἀναληψίαν* inprohauit 138.
παραγραφὴ 'finis' 164.
παθολογικός i. e. *παρὰμυθητικός* 6. 123.
 [Phalaridis] epistulae consolat. 71.
 Philisci consolatio 32, 2. 99.
 Philodemi *περὶ θανάτου* liber IV qualis fuerit 142 sq. in laudando Homero error 150. quot uersus in singulis columnis 151, 2.
 Philostrati fons non [Plutarchus] 73, 3.
πιάνειν pro *παρὰμυθεῖσθαι* 124.
 Pindari threni frgg. 18 sq. 20.
 de Pindari morte fabula Plutarchi propria 52.
 Plato Pythagoreorum sectator 50. 81. Antiphontem Rhamn. artis rhetor. praecceptorem dicit 86. uocis *λύπη* etymologia 3. *ἐπιταφίου λόγου* definitio 7.
 Plutarchus Arati uitam uidetur scr. 41, 5. quomodo Crantorem adhibuerit 46 sq. cons. ad Apoll. adulescens scripsit 65. 67. hiatum admisit 70. *πρὸς Ἀσκληπιάδην* et *πρὸς Φησίαν παρὰμυθητικοί* 64 sq.
 Polybius Claudii libertus 116. 118.
 Posidonius stoicus 6. 38. non auctor Cic. Tusc. disputationum 53.

- positio a poetis Romanis neglecta 135 sq.
ποις numquam 'gubernaculum' ualet 132 sq.
 Procopii epistula 71.
 Prodicus 8 sq. 13. 17. de uitae molestiis oratio 8sq. 30, 1.
 Propertii II, 13, 45 sqq. Callimachus subest 127.
προσένσσημα nouum uerbum? 162.
προσπεισοφορῆν nouum uerbum 162.
 prouidentia diuina 32.
ψυχαγωγῆν 124.
 Pythagorei Orphicorum sectatores 80. de animarum migratione doctrina 81. carmen anreum 81.
 puer uocis notio 112, 4. 113.
 quotidie morimur 106.
 renare et recantare 124.
 Seneca raro poetas laudat 4. Ennium contemnit 118. in libris de ira Sotionem sequitur 128 sqq. libri de remed. fort. conspectus 77, 1. epistularum quae sint consolatoriae 109.
 senectus molesta 29. 30. 31. 79.
 Seruius Sulpicius Ciceronis consolator 94. 99.
 Sileni sapientia 52.
 Socratis *μεγαληγορία* 23, 5. 28. *σοφιστής* quid sit 74.
 Sophoclis O. C. 1235:30. Oileus 99.
 Sotio Peripateticus 7, 4. Pythagoreus, Senecae praeceptor eiusque in libris de ira auctor 128 sqq.
συνέκπρωμα nouum uerbum 162.
 Synesii epistula consolatoria 71. *σύνγνωσις* 163.
 Teiano Ennianus? 49.
 Teles stoicus 37. Augusto aetate aequalis 37.
 Terentii Phorm. 241 sqq. 98.
 Themistii *ἐπιτάφιος* 93 sq.
 Theodectes 90.
 Theophrasti de Fortuna sententia 34 sq.
 Theophylacti epistula 71.
 Theopompus 90.
θρήνων σοφιστής 5, 2.
 Thucydides uide s. u. Antiphosopista.
 timere uerbi memorabilis notio 32, 3. tragici alicuius recentioris uersus? 63, 1.
 tripartita de mortis natura argumentatio 97 sq.
 Tzetzae Ioannis epistulae consolatoriae 71.
 uerba praepositione *con* composita 138 sqq.
 uita captiuitatis 80, conuiuii 62, puncti instar 50. 62.
 Xenocratis *περὶ θανάτου* 10. 34.
 Xenocratis *λόγος Ἀραιοητικός* 57.
 Xenophontis *Ἔθρον παιδεία* 21. Memor. IV, 8 spurium 23. 27. quae sit ratio cum Apologia 21 sqq. Apologia adpendix Memorabilium 33. multa praebet sola 24. 32. quae insint consolatoria 29 sqq. spuria epistula 71.
 de Xenophontis constantia fabula 49. 100.
 Xerxes Hellespontum strauit 63. fesse dicitur 106.

INDEX LOCORUM
qui uel emendantur uel explicantur.

	pagina		pagina
Aeschin. Axioch. p. 370 A	102, 1	Philod. π. θανάτου col. V, 2	144
Schol. Aesch. Cho. 75	132	— — col. XIV, 12	164
Anth. Pal. X, 123		— — „ XVI, 5	144
„ „ IX, 359		— — „ XVII, 4. 13. 16	145
„ „ XI, 133	128	— — „ XVIII, 9	163
Arati uit. I, p. 54, 74.	42 sq.	— — „ XIX, 1—9	145. 158 sq.
generis latinus interpres	42, 2	— — „ XX, 7	146
Boeth. cons. phil. II, carm. 1, 8	135	— — „ XXII, 13.	
„ „ „ „ 2, 19 sq.		— — „ XXIII, 1. 8. 37.	
„ „ „ „ 3, 16		— — „ XXV, 38	147
„ „ „ „ 4, 18		— — „ XXVI, 8 sq.	148
„ „ „ „ 5, 4	136	— — „ XXVIII, 5—14	148
„ „ „ „ III, „ 8, 1		— — „ XXX, 2, 17 sq.	150
„ „ „ „ „ 11, 15	137	— — „ XXXII, 5. 29 sq.	151
Callim. epigr. XXIII, 6	44, 1	— — „ XXXIII, 23—36	152
Gramm. in Bekk. Anecd. I, 297	133	— — „ XXXIV, 10. 21. 37 sq.	154
Hermogen. π. ιδεῶν II, 11, 7	88	— — „ XXXV, 11—25	156
p. 414 Sp.	88	— — „ XXXVII, 3 sq. 7 sqq. 35	157
Hesych. ἐφίμερα	131	— — „ XXXVIII, 20 sqq. 28. 32	159
„ ἀμμιμήτορες	132	— — „ XXXIX, 23 sq.	162
„ ἀβλωτον	163	Plut. cons. ad Apoll. p. 113 F	126
Hieron. epist. LX, c. 14 C	101	Sen. cons. ad Marc. XVII, 1	110, 9
Hipparch. in Stob. Flor. CVIII,		Stat. Silu. V, 3, 54	5, 2
81 p. 48, 26 M.	82	„ Achill. 1, 348	130
— — p. 47, 21 M.	82	Stob. Flor. XX, 54	129
— — p. 46. 16 M.	84, 3	Suet. de rhet. 1	141
Lucian. de luct. 18 in.	93, 2	Suidas	74, 1
Philod. π. θανάτου col. I, 7 sqq.	143	Theocr. XV, 51	128
— — col. III, 21 sq. 23 sq. 25	143		

•

•

•



LEIPZIGER STUDIEN
ZUR
CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

O. RIBBECK H. LIPSIUS C. WACHSMUTH

NEUNTER BAND.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL
. 1887.

LEIPZIGER STUDIEN

ZUR

CLASSISCHEN PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN

VON

O. RIBBECK H. LIPSIUS C. WACHSMUTH

NEUNTER BAND

Zweites Heft.

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL

1887.

INHALT.

	Seite
CAROLUS BURESCH, Consolationum a Graecis Romanisque scriptarum historia critica	1
CONRADUS CICHORIUS, De fastis consularibus antiquissimis . .	171
GEORGIUS SCHWEDLER, De rebus Tegeaticis	263
O. RIBBECK, Apinae tricaeque	337

DE
FASTIS CONSULARIBUS ANTIQUISSIMIS

SCRIPSIT

CONRADUS CICHORIUS

CAPUT PRIMUM

De fastis consularibus antiquissimis

Historiae Romanae antiquissimae, quamquam multa de ea narrant scriptores ueteres, incertissima est memoria. Nam paucissima tantum eorum, quae legimus de rebus Romanorum ante bella Samnitica gestis, ad ipsorum temporum illorum redeunt litteras. Inter quae primum obtinent locum fasti consulares, quippe qui ad priorem liberae reipublicae uideantur esse referendi aetatem. Nam uel pristinis illis temporibus consulum nominibus singulos significatos esse annos, et complura exstant indicia et ex ipsa re fit consentaneum. Cum enim tum quidem non iam uideatur constitutus fuisse certus quidam, unde reliquos numerarent, annus — namque urbis conditae annus multo post putandus est esse effectus — suum proprium cuique anno indere debebant nomen.

Ac primum quidem in annalibus maximis, antiquissimis Romanarum litterarum monumentis, annos ex consulum nominibus fuisse nominatos, Seruius adnotat ad Verg. Aen. I, 373: 'tabulam dealbatam . . . in qua praescriptis consulum nominibus'.

Tum ea quoque, quae ab auctoribus ueteribus esse desumpta uidentur ex ipsius priscae aetatis titulis aut inscriptionibus, consules exhibent, ut foedus Latinum anni 261 u. c., de quo Cicero (pro Balb. 23, 53): 'Cum Latinis omnibus foedus ictum Sp. Cassio Postumo Cominio consulibus quis ignorat? quod quidem nuper in columna aenea meminimus post rostra incisum et perscriptum fuisse.' Linius inscriptionem ipsam non iam uidit, sed ex antiquiore auctore transtulit quae refert

libro II c. 33, 9: 'tantumque sua laude obstitit famae consulis Marcus, ut nisi foedus cum Latinis columna aenea iusculptum monumento esset, ab Spurio Cassio uno, quia collega afuerat, ictum, Postumum Cominium bellum gessisse cum Volscis memoria cessisset'; tamen ex eis quoque cognoscitur, praescriptum fuisse in columna utriusque consulis nomen; in ipso autem foedere icendo Sp. Cassium solum fuisse nominatum.

Deinde maximi est momenti testimonium Varronis, servatum apud Macrobius Sat. I, 13, 21: 'sed huic (sc. Fulvium) arguit Varro scribendo antiquissimam legem fuisse iucisam in columna aerea a L. Pinaro et Furio consulibus (i. e. anni 282 u. c.) cui mentio intercalaris adscribitur'; unde Varronem ipsum vidisse tabulam eam puto apparere.

Eadem ratione in aedis Saturni anno 253 u. c. dedicatae titulo consulum fuisse addita nomina demonstrat Matzat (*Röm. Chronol.* II p. 8 adn. 7).

Atque iam diu ante anualium scriptores litteris madatae fuisse fastos consulares, notissimus mihi videtur comprobare locus Ciceronis, ad fam. 9, 21. Ubi cum dicit Cicero: 'princeps . . . L. Papirius Mugillanus, qui censor . . . fuit (a. 312). . . Sed tum Papisii dicebamini. Post huic XIII fuerunt sella curuli ante L. Papirium Crassum, qui primus Papisius est uocari desitus', manifesto se inspexisse significat exemplar aliquod fastorum, quo antiquiores Papirii scripti erant 'Papisii' ac primi L. Crassi nomen littera 'r' legebatur. Itaque iam ante annum 414 u. c., quo L. Papirius Crassus primum in fastis occurrit, secundum Ciceronem in scribendo gentis nomine esse receptum rhotacismum, quem uocamus, elucet, illum tamen, quem proximum ante Crassum fasti commemorant, L. Papirium Crassum, tribunum militum consulari potestate anni 386 u. c., Papisium etiam fuisse scriptum, ita ut intra annos 386 et 414 sit statuendum in fastis illis novae scribendi rationis initium. Quae eo comprobantur, quod exstat ante annum 386 in reliquis quoque fastis nomina C. Vetustii consulis 255 (Liu. 2, 19), T. Vetustii consulis 260 (Liu. 2, 28), Sp. Fusii consulis 290 (Liu. 3, 4), T. Vetustii consulis 292 (Liu. 3, 8), cum post

eum annum nullum inueniatur exemplum nomium eorum littera 's' scriptorum. Ex Ciceronis autem uerbis supra scriptis iam ante annum 414 litteris mandata esse ea quae ex Liuio attuli nomina sequitur.

Fidem igitur attribuens Ciceroni testi, fastos consulares, quos Mommsen quoque (*Röm. Forsch.* I p. 57) inde a quinto fere saeculo per singulos annos in libros dicit esse relatos, reuera ad eam puto redire aetatem, qua nondum in usum loquendi erat receptus rhotacismus.

Nulla tamen modo assentiri possum Iordano, qui libri 'Kritische Beiträge zur Geschichte der lat. Sprache' p. 104 sq. nomina 'Papirium', 'Veturium', 'Furium', 'Valerium' unquam, littera 's' scripta, in usu fuisse negat atque Papisii, Vetusii e. c. formas ab aetatis Sullanae hominibus grammaticis per aliorum uocabulorum analogiam autumat esse excogitatas et usque ad Ap. Claudium Caecum, censorem anni 442, fastis insertas. Nititur autem loco Pomponii (dig. 1, 2, 2, 36): 'idem Ap. Claudius r litteram inuenit, ut pro Valesiis Valerii essent, pro Fusiis Furii'. Quae tamen discrepant cum Cicerone, nam Pomponius anno 442, Cicero autem annum 414 receptam litteram r in nominibus gentiliciis testatur, neque igitur uterque ad eundem, quem ponit Iordan, fontem grammaticum redit. Immo et ipsius Pomponii sententiam eadem rectissima, qua Ciceronis, obseruatione iudico esse ortam. Cum enim non inueniantur in fastis Furii post L. Camillum, dictatorem 409 consulem 416 et 429, et ante C. Furium Pacilum consulem 503, in antiquioribus fastis Camillus quidem — ut factum est in Papiriis — 'Fusius', Pacilus autem iam 'Furius' uidetur fuisse scriptus, atque Ap. Claudio Caeco, cuius media intererat censura, ut multa alia sic litterae r quoque inuentionem falso tribuerunt. Qua ratione Pomponii uerbis adeo confirmatur Ciceronis testimonium. Quod denique Iordan formas 'Vetusius' et 'Papisius' ea de causa abicit, quia in tribuum nominiibus, quae seruari soleant prioris aetatis scripturam, non apparent nisi Papiria' et 'Voturia', haud ualet multum; nam usus tribuum nominibus adscribendi eis demum insueuisse uidetur tem-

poribus, quibus iam prorsus in linguam Latinam irreperat rhotacismus: cf. Mommsen *Röm. Forsch.* I p. 64. Quae uero affert Iordau p. 106 exempla antiquioris scripturae in tribus apparentis, plauē alius sunt indolis, quippe quae in aliis quoque uocabulis multo diutius uiguerint; ut ou pro u, quod exstat in Oufentinae uominie, apparet etiam in lege Antonia de Termessibus, circa annum 683 incisa, C. I. L. I, 204.

Quam maxime autem Iordani sententia eo iufirmatur, quod Liius nomina illa, littera *s* scripta, habet in libro altero et primo (Sp. Fusius pater patratus Liu. 1, 24) quos ex antiquioribus annualium scriptoribus, Fabio Pictore et Calpurnio Pisouē fere constat esse haustos. Neque igitur formae illae a grammaticis possunt esse fictae Sullanae demum aetate.

Accedit quod in Veturiorum quidem nomine antiquitus litteram *s* ualuisse ex etymologica quoque ratione fit uerisimile. Cohæerere enim uidetur cum adiectiua 'uetus'¹⁾, quod nominatiua tantum et in uerbis compositis 'uētustas', 'uētustus' principalem litteram *s* seruat, quae littera in obliquis casibus, inter duas uocales posita, per rhotacismum est mutata eadem ratione, qua 'Venus Veneris', 'genus generis', 'corpus corporis' facta sunt. Sigmatis uestigium in Graeco quoque restat nomine *Ἔτεος*, *Ἐτέους* (orto ex *Ἐτέσ-ος*, *Ἐτέ-ος*). Itaque satis probabile est, nomen quoque gentile, ex eadem radice ortum, 'Veturium', antea prouuntiatum fuisse 'Vetusium', neque sana ratione, ubi apud auctores legitur ea forma, sera deliberatione iulata dicemus.

Haud igitur dubium mihi uidetur, quin nomina Vetusiorum, Papisiorum, Valesiorum (quos praeter Valerios fuisse ue

1) Notandum est, Varronem quoque (de l. l. 6, 49) — Aelli Stilonis puto carminum Saliorum secntum interpretationem (cf. de l. l. 7, 2) — illi fauere etymologiae, cum dicat 'Salii quod cantant „Mamuri Veturi“, significant ueterem memoriam'. Sic enim esse scribendum Plutarchus docet (Num. 13): οἱ δὲ οὐ Βετούριον Μαμούριον εἶναι φασὶ τὸν ἀδόκμον, ἀλλὰ Οὐτέρεμ μνησῖαμ, ὅπερ ἐστὶ παλαιὰν μνήμημ. Quae ex Varrone esse hausta, recte monet Peter ('die Quellen Plut. in d. Biogr. d. Römer' p. 167). cf. Preller *Röm. Myth.*² I p. 359 sq., qui ipse 'Veturium' et 'netus' eiusdem esse stirpis censet, cum Mamurium Vetrurium habeat pro Mamerte Vetere.

ipse Iordan quidem [p. 124] potest negare), Fusiorum reuera usque ad quintum fere urbis conditae saeculum fuerint in usu et fasti consulares, quippe in quibus sic scripta nomina illa appareant, iam quarto saeculo exstiterint litteris consignati. Utrum autem post urbem a Gallis captam demum litteris sint mandati, an iam antea singulis annis in unum fuerint relati corpus, certis argumentis uix potest diiudicari, quamquam equidem uel prioris aetatis — praeter fabulosos annorum 245 ad 248 consules — fastos redire ad eiusdem temporis commentarios inde efficio, quod inter tertii saeculi consules apparent gentes quaedam, quae postea omnino nusquam leguntur in fastis atque iam ipsa prisca illa aetate uidentur esse extinctae, quarum tamen nomina non possunt esse ficta. Sunt autem: Aternii (cos. 300), Curiatii (cos. 301, decemuir 303), Herminii (cos. 248 et 306), Numicii (cos. 285), Larcii (cos. 248, 264, 253, 256), Romilii (cos. 299, decemuir 303), Sestii (cos. 302, decemuir 303), Tarquittii (mag. equ. 296), Tarpei (cos. 300), Tullii (cos. 254), Volumnii (cos. 293)¹⁾, alii.

Neque tamen credi potest fastos illa forma, qua nunc eos legimus apud auctores Liuium, Dionysium, Diodorum atque in Capitolinis potissimum tabulis iam ab initio fuisse perscriptos, sed quae in antiquissimis fastis exhibebantur nomina, postea uidentur esse amplificata et exornata: cf. Mommsen *Röm. Forsch.* I p. 48 et 57, Lübbert De Liuii libr. IV fontibus p. 14.

Demonstrauit enim Mommsen l. l., praecipue ex lapidibus seruatis, cognomen in scribendis nominibus sero demum obtinuisse locum neque adscriptum apparere in monumentis publicis, senatusconsultis e. c. ante annum 650 u. c., cum in titulis priuatis, nummis, elogiis quinto fere saeculo uideatur addi coepisse. Quae uiri praeclarissimi observatio aliis quoque, ut equidem arbitror, confirmatur argumentis.

1) Qui fuit consul annis 447 et 458 L. Volumnius C. f. C. n. Flamma Violens, homo est habendus plebeius (cf. Liu. 10, 23) neque cum patricio anni 293 consule gentilitate est coniunctus.

Ac primum omnia ea, quae inuenimus hausta a scriptoribus ex ipsorum priorum saeculorum titulis monumentisque inscriptis, nil nisi praenomina exhibent ciuium Romanorum nominaque gentilicia, omissis cognominibus. Talia, quae uideantur ad priscos eos fontes ante annum 400 insculptos redire inueni haec:

1. Titulus templi Iouis Capitolini, cuius de dedicatione, anno u. c. 245 facta, narrat Dionysius ¹⁾ 5, 35: *τὴν δ' ἀνιέρωσιν καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἔλαβε Μάρκος Ὀράτιος ὁ ἕτερος τῶν ὑπάτων*. Titulum fuisse in aede illa ex Plutarchi quoque loco (Popl. 14) puto apparere, ubi adscribitur dies dedicationis: *εἰδοὺς οὖν Σεπτεμβρίαις . . . ὁ Ὀράτιος . . . ἐπέρανε τὴν . . . καθιέρωσιν*.

2. Inscriptio in aede Saturni, anno 253 u. c. dedicata, quam et Varro et auctor Dionysii uidentur nouisse. Macrob. sat. 1, 8, 1: 'Varro libro sexto (sc. antiquitatum diuinarum), qui est de sacris aedibus, scribit aedem Saturni ad forum faciendam locasse L. Tarquinium regem; Titum uero Larcium dictatorem Saturnalibus eam dedicasse'. Dionys. 6, 1: *τὴν δὲ (ἐπι)γραφὴν τῆς ἰδρύσεως τοῦ ναοῦ τινὲς μὲν ἱστοροῦσι λαβεῖν Τίτον Λάρχιον τὸν ὑπατεύσαντα τῇ πρόσθεν ἐνιαυτῶ . . . τὴν δὲ καθιέρωσιν τοῦ ναοῦ λαβεῖν Πόστουμον Κομίνιον κατὰ ψήφισμα βουλῆς*; cf. Matzat *Röm. Chron.* II p. 8 adn. 7.

3. Foedus Latinum anni 261, de quo supra dixi, 'in columna aenea (Cic. pro Balb. 23, 53; Liu. 2, 33, 9) incisum'. Sp. Cassium Post. Cominium consules omissis cognominibus in eo nominatos fuisse iam monui.

4. Titulum fuisse aedis Fortunae muliebris, quae dedicata est anno 268, et ex accurate addita dedicationis die et ex reliquis quae attuli inscriptorum templorum exemplis fortasse potest statui. Dion. 8, 55 hac de re ita narrat: *καθιερώθη Κοιντίλου μηνὸς ἐβδόμη μάλιστα κατὰ σελήνην . . . ὁ δὲ*

1) Neque tamen ipse Dionysius titulos illos uidit, sed quae de eis profert, auctoribus suis debet, maxime annalium scriptoribus.

καθιερώσας αὐτὸν ἦν Πρόκλος Οὐεργίνιος ἄτερος τῶν ὑπάτων.

5. Nomeu Sp. Cassii inscriptum uidetur fuisse in simulacro, quod anno 269 a familia eius Cereri erat dedicatum, ut demonstrant loci allati a Petero (Hist. Rom. reliqu. p. 135 adn. 37) Plinii u. h. 34, 30 et 34, 15¹⁾, Lii 2, 41, 10: 'signum inde factum et inscriptum: „ex Cassia familia datum“, Dionysii 8, 79: χαλκίους ἀνδριάντας ἐπιγραφαῖς δηλοῦντας ἀπ' ὧν εἰσι χρημάτων ἀπαρχαί.

6. 'Lex antiquissima incisa in columna aerea a L. Piuario et Furio consulibus', quam commemorat Varro apud Macrobius sat. 1, 13, 21 (cf. p. 174).

7. Titulus in templo Iouis Fidii a Sp. Postumio consule anni 288 positus: cf. Dion. 9, 60 ἐν δὲ τῇ πόλει τὸν νεῶν τοῦ Πιστιῶν Διὸς Σπόριος Ποστούμιος . . . καθιέρωσε μὴνὸς Ἰουνίου ταῖς καλουμέναις Νόνναις . . . ὁ Ποστούμιος ἔλαβεν αὐτοῦ τὴν ἐπιγραφὴν.

8. 'Columna . . . L. Minucio praefecto annonae (ann. 315) extra portam Trigeminam unciaria stipe coulata': cf. Plin. u. h. 34, 21.

9. Statuae legatorum anno 316 aut 328 a Fideuatis uecatorum; cf. Plin. u. h. 34, 23: 'inter antiquissimas (sc. statuas) sunt et Tulli Cloeli, L. Rosci, Sp. Nauti, C. Fulcini in rostris, a Fidenatibus in legatione interfectorum' et Cic. Phil. 9, 2, 5, qui pro Nautio Sp. Antium profert et a Veientium rege caesos esse legatos dicit.

10. Ad titulum redire existimo, quae Liius (6, 5) tradit: 'eo anno (366 u. c.) aedis Martis, Gallico bello nota, dedicata est a T. Quiutio duumuiro sacris faciundis'.

11. Deuique²⁾ tabula T. Quiuctii dictatoris anni 374,

1) Utrumque locum haustum esse existimo ex Pisone, quem perperam intellexit, ut monet Peter, posteriore Plinius loco laudat.

2) Plinius u. h. 35, 12: 'suorum clupeos, inquit, in sacro uel publico dicare priuatim primus instituit, ut reperio, Appius Claudius, qui consul cum P. Seruilio fuit anno urbis CCLVIII. Posuit enim in Bellonae aede maiores suos . . . quales clupeos nemo non gaudens fauensque aspicit'. Ubi

quam nouerant et Cincius et auctor Liuui. Festus enim (p. 363): 'Trientem, ait, tertium pondo coronam auream dedisse se Ioui donum scripsit T. Quintius dictator, quom per nouem dies totidem urbes et decimam Praeneste cepisset. Id significare ait Cincius in *Mystagogicon* libro II duas libras pondo et trientem', et Liu. 6, 29: 'tabula . . . his ferme incisa litteris fuit: 'Iuppiter atque diui omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida nouem caperet'. Cf. Matzat *Röm. Chron.* II p. 108 adn. 3.

Tum pro antiquissimis minimeque corruptis meo iudicio sunt habenda sacerdotum nomina, quae ex antiquioribus reipublicae Romanae temporibus nouimus, cum ad sacerdotes omnium litterarum sint referenda primordia. Atque haec quoque nomina, quotquot quidem traduntur, cuncta fere carent cognominibus. Commemorantur enim aetatis antiquissimae pontifices maximi: C. Papirius (Dion. 3, 36), Q. Furius 305 u. c. (Liu. 3, 54) pro quo M. Papirium dicit Asconius (p. 77 Kiessl.), A. Cornelius 333 u. c. (Liu. 4, 27; in eo igitur libro ubi omnibus fere hominibus tribuuntur cognomina), Sp. Miucius 334 u. c. (Plut. de util. ex inim. c. 6 conlato Liuio 4, 44), quos locos debeo Bardtio ('Die Priester d. vicr grosßen Collegien aus röm. republ. Zeit' p. 3), M. Folius 364 u. c. (Liu. 5, 41: cf. Mommsen *Röm. Forsch.* I, p. 114 adn. 96) qui M. Fabius uocatur apud Plutarchum (Cam. 21) et Ampelium (cap. 20)¹⁾. Deinde memorantur pontifex²⁾ M. Valerius 414 u. c. (Liu. 8, 9), rex sa-

errorem subesse Plinii, quod ab Appio Claudio consule anni 259 positos esse dicit clupeos, ostendit Mommsen *Röm. Forsch.* I p. 310 adn. 46; nam templum Bellonae anno demum 458 ab Appio Claudio Caeco consule iterum esse notum, constat ex Liuio 10, 19 atque Ouidii fast. 6, 203. Neque prior Appius maiorum suorum potuit ponere titulos honoresque, quippe cuius maiores regum temporibus omnino non essent functi magistratibus. Ortum esse conicio errorem confusis inter se annis CCCCLVIII et CCLVIII et omisso Appii Claudii cognomine.

1) Falso Bardt l. l. p. 9 Ampellii locum ad K. Fabium Dorsnonem refert.

2) Quem Bardt l. l. inter pontifices enumerat K. Fabius Dorsno omnino non fuit pontifex. Ex Liuio enim (5, 46) et Valerio Maximo (1, 1, 11) eum

rorum M'. Papirius 245 u. c. (Dion. 5, 1), curio maximus Ser. Sulpicius, mortuus anno 291 u. c. (Liu. 3, 7), flamen Quirinalis Ser. Cornelius mortuus anno 301 u. c. (Liu. 3, 32), duumvir sacrorum T. Quintius 367 u. c. (Liu. 6, 5), angures M'. Valerius mortuus anno 291 u. c. (Liu. 3, 7), C. Veturius cooptatus anno 301 (Liu. 3, 32). Unus discrepat angur T. Verginius Rutilus, cooptatus anno 291 u. c. (Liu. 3, 7)¹⁾; nam quod angurem C. Horatium Pulvillum, mortuum anno 301 u. c., cognomine auget Livius (3, 32) ea factum est de causa, quia idem homo paullo ante capite tricesimo consul legitur addito cognomine atque inde repetit Livius capite 32 'Pulvilli' cognomen. Praeter Rutilum primis adscribitur cognomen sacerdotibus quinto demum medio saeculo, scilicet Cornelio Barbato pontifici maximo anno 450 u. c. (Liu. 9, 46) atque anguribus et pontificibus plebeis ex lege Ogulnia creatis anno 454 u. c., P. Decio Muri, P. Sempronio Sopho, C. Marcio Rutilo, M. Livio Dentri, P. Aelio Paeto, M. Minucio Faeso (Liu. 10, 9).

Neque eis, qui commemorantur temporis ante liberam rempublicam²⁾, sacerdotibus cognomina dantur ab auctoribus, ut

fecisse priuatum gentis suae sacrum apparet, neque Appianns Celt. 6 p. 49 Mend., Cassium Heminam secutus (cf. Peter Hist. reliq. p. 101), alio quam *εϕλως* illum nocat nomine; primus Florus (1, 13, 16) et post eum Cassius Dio (25, 5 p. 36 uol. I Dind.) pontificem, omisso tamen cognomine, dicunt Fabium, cum ipse Florus (1, 13, 11) pontifices ex urbe fugisse scribat. Fortasse uterque auctor cum pontifice maximo M. Fabio confundit K. Fabium.

1) Hunc locum cum Nitzsch *Röm. Annalist.* p. 96 demonstrat esse haustum ex posterioribus annalibus, unum Rutili cognomen non nimiam habet auctoritatem.

2) Memoratu uidetur dignum, omnino non apparere cognomina in antiquissimis Romanorum fabulis historicis neque homines earum gentium quae in fastis consularibus inde ab initio gerunt cognomina, ante expulsos reges referri nisi binis nominibus, ut L. Tarpeium (Fest. p. 343), Sp. Tarpeium (Liu. 1, 11, 6), P. Horatium (Liu. 1, 26, 8), M. Horatium (Dion. 3, 28, Clc. pro Mil. 3, 7), Proc. Iulium (Liu. 1, 16, 5), M. Iunium (Dion. 4, 68), C. Cluilius (Liu. 1, 22, 3) — idem nomen atque Cloelii —, Pinarium (Plut. comp. Lyc. et Num. 3), Anc. Publicium (Dion. 3, 35), Sp. Vettium (Plut. Num. 7), Vol. Valerium (Dion. 2, 46) alios.

M. Valerio fetiali, Sp. Fusio patri patrato (Liu. 1, 24, 6), M. Atilio dnumuiro (Dion. 4, 62 et Val. Max. 1, 1, 13), Cornelio sacerdoti Dianae Auentinensis (Plut. quaest. Rom. 4).

Quae hucusque disputauī non inueniri doecent certa cognominum uestigia ante annum urbis fere 450, immo in eis, quaecunque cum probabilitate quadam referuntur ad antiquioris aetatis memoriam, ignorari cognomina. Sed cum iam ante illum annum scriptos exstitisse fastos consulares supra sit demonstratum, eos quoque sine cognominibus enumerasse antiquissimorum consulum nomina sequitur, posteaque esse addita illa quae nos legimus in fastis saeculi tertii et quarti cognomina: cf. Mommsen *Röm. Forsch.* I, p. 57.

Quod esse uerum uidebimus, si perlustrauerimus nomina, qualia consulum ante annum 400 u. c. exhibeant antiquissimi historiae Romanae auctores. Omnes enim consules praeter clarissimos uiros, Brutum, Poplicolam, Camillum, Cincinnatum, praenomine tantum et nomine gentilicio, nusquam cognomine apud eos appellari animaduertemus. Quae comprobant et fragmenta ex libris illorum seruata et ei auctorum aetatis recentioris libri, Liuii, Dionysii, Plutarchi, aliorum, quos ex antiquioribus haustos esse annalibus constat. Ut Liuius altero libro, quem redire probabile est ad priores annalium scriptores Fabium et Pisonem (exigua ex parte ad Antiatem quoque? cf. Kiessling *De Dionys. ant. auct. lat.* p. 23), exceptis falsis anni 245 consulibus, a capite octauo ad sexagesimum quintum omnino centum uiginti homines, in quibus octoginta consules, nominat, omnes tamen omisso cognomine praeter unum T. Numicium Priscum consulem anni 285 (Liu. 2, 63).

Ut iam singulos percurram auctores, primus qui consulem Romanum nomine laudat, Duris Samius apud Diodorum (I. XXI, 6 p. 13 Bekk.) Q. Fabium consulem anni 459 commemorat sic: ... ἀρχέθρησαν ὑπὸ Ῥωμαίων Φαβίου ἵπατεύοντος δέκα μυριάδες. Polybius, ut statim absoluaui Graecos, libro 3 (22) una cum L. Iunio Bruto consulem anni 245 uocat M. Horatium. Naeuius in fragmentis belli Punici sine cognomine dicit annorum 491 et 512 consules M. Valerium

(uers. 35 Vahl.) et Lutatium (uers. 53ib.). Neque Cato, quem plerumque 'res sine uominibus notasse' tradunt Nepos (Cato 3) et Plinius (u. h. 8, 11), duobus qui in seruatīs fragmentis memorantur uiris L. Mamilio (frag. 25 Peter.) Q. Caedicio (frag. 83) indit cognomiua.

Apud Fabium Pictorem nullum exstat cognomeu; dictator anni 264 u. c. fragmento 16 uocatur A. Postumius. Cassii Heminae unum tantum habemus locum, quo magistratus Romani antiquiores uominantur, fragmentum 20 ex Cassio et Cn. Gellio exscriptum a Macrobio (sat. 1, 16, 21). Ubi legimus tribunos militum anni 365 Verginium, Mallium, Aemilium, Postumium, haruspicem L. Aquinium, tribuum anni 364 Q. Sulpicium.

Pisonem in prioribus annalium libris non adscripsisse cognomina, luculenter apparet ex ipsius uerbis, quae sunt seruata; nam et fragmento 19 'L. Tarquinius, inquit, collegam suum, quia Tarquinio nomine esset, metuere' . . . et fragmento 21: 'A. Postumius dictator apud lacum Regillum castris Latinorum expugnatis ei, cuius maxime opera capta essent, hanc coronam ex praeda dedit.' Eadem ratione tribuos plebis anno 283 creatos Liuius (2, 58 = Piso frg. 23) narrat a Pisone esse uomiuatos Cn. Siccium, L. Numitorium, M. Duellium, Sp. Icilium, L. Mecilium. Tum fragmento¹⁾ 24 eodem atque Cincius modo omissis cognomiibus dicit Maelium, Minucium, Quintium dictatorem, Seruilium magistrum equitum (anni 315), denique fragmento 37 Sp. Cassium consulem annorum 252, 261, 268. Etiam annorum 446 et 449 consules secundum Liuium (9, 44, 2 = Piso frg. 26) caruisse uidentur cognominibus apud Pisonem. Primos addito cognomine appellatos inuenimus aediles curules anni 455 Cn. Domitium Caluuium Sp. Caruilium Maximum fragmento 28.

Cn. Gellius praeter illum de quo dixi locum uicesimo quarto quoque fragmento simpliciter 'L. Furium' tribuum mi-

1) Extrema fragmenti uerba inde ab *ἐκ τοῦτου καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τὴν Ἄλαν αὐτῷ τεθῆναι λέγουσιν* . . . alio ex fonte esse sumpta indicant et uerba *καὶ* . . . *λέγουσιν* et etymologica cognominis Ahalae explicatio.

litum (intra annos 322 et 373; cf. Peter Hist. reliqu. p. 172 adu. 24) praefuisse scribit aedi Saturni faciundae. Quid fragmenti 20, ubi P. Valerius, L. Geganius legati anni 262 commemorantur, ad Gellium sit referendum, non potest diiudicari.

Neque in Claudii Quadrigarii reliquiis, cuius aunales inde a capta urbe exorsi esse putantur, auctum sextum urbis conditae saeculum legimus cognominia. Cuius rei egregium testimonium ipsius sunt uerba, quae exstant apud Gellium (17, 2, 4 = Quadr. frg. 7): 'Nam Marcus, inquit, Maullus, quem Capitolium seruasse a Gallis supra ostendi, cuiusque operam cum M. Furio dictatore apud Gallos cumprime fortem atque inexuperabilem respublica sensit...' Pari modo fragmento 10^b: '... id subito, ait, perditum est cuidam Tito Manlio, summo genere gnato...' Disertis uerbis consules anni 405 citat fragmento 12: 'adulescens tali genere editus L. Furio Claudio Appio consulibus fit tribuus militaris' atque anni 476 consules fragmento 41: 'Consules tum fuerunt C. Fabricius et Q. Aemilius.' Denique fragmento 10^a Quadrigarium simpliciter dixisse apparet P. Manlium iu euarrandis anni 387 rebus.

Annalium Valerii Antiatii octo tantum habemus fragmenta res Romanas inde ab expulsis regibus ad quintum fere medium saeculum uarrantia, tamen uel ex eis Antias hoc temporis spatio non praestitisse cognoscitur cognominia¹⁾. Nam consules anni 320 secundum Liuium (4, 23, 2 = Ant. frag. 20) edidit M. Maullum et Q. Sulpicium, ac consulem anni 290 fragmento 19: 'A. Postumium'. Quod item cadit in eos libros locosque, quos ab aliis auctoribus ex Valerio esse haustos constat. Ut in Plutarchi uita Poplicolae, quam scimus redire ad

1) Quod Asconius in Pis. p. 12 Kiessl. scribit: 'Valerio Maximo, ut Antias tradidit, inter alios honores domus quoque publice aedificata est in Palatio', cognomen uix apud Antiatem legebatur, sed ab Asconio uidetur esse additum. Nam uterque, quem Kiessling (De Dion. Hal. auct. Rom. p. 21) et Peter (Hist. rel. p. 244 adn. 17) ex Antiate hausisse sua demonstrant, auctor Plutarchus (Popl. 20) et Dionysius (5, 39 conl. c. 37) *Μάριος Οίαλλιος* habet. Neque tamen esset mirum, si Antias gentilem suum Poplicolae fratrem cognomine ornasset.

Antiatem (cf. Kiessling l. l. p. 24, Peter 'Quellen Plutarchs i. d. Biogr. d. Römer' p. 45sq.) non uisi uotissimi uiri, Brutus, Collatinus, Cocles, Scaeuola, Tubertus¹⁾ cognomina gerunt, omnes autem reliqui consules aliique magistratus biuis referuntur nominibus, ut C. Minucius (cap. 3), P. Veturius et M. Minucius (c. 12) primi quaestores anno 245 creati, Lucretius ac M. Horatius consules suffecti eiusdem anni (ibid.), T. Lucretius consul 246 (c. 16), Herminius (ibid.), M. Valerius consul 249 (c. 20), App. Clausus (c. 21), Lucretius consul 250²⁾ (c. 22). Tum omnibus illis locis, quos et Kiessling et alii plane diuersis uis argumentis ad Valerium Antiatem referunt, desunt cognomina; nam cum Kiessling Dion. VI cap. 5, 12 et 17 Antiatem statuat fontem, non habet cognomina ipsius eius anni (258 u. c.) consules, quo res, in capitibus illis narratae, sunt gestae, quamquam annis, qui praecedunt et subsequuntur, addita leguntur cognomina. Similiter illis, quae Valeriae esse apud Liuium et Dionysium demonstrant Nitzsch (*Römische Annalistik*) et Peter (Hist. reliqu. p. CCCXIVsq.), confirmantur quae disserui.

Q. Aelius Tubero ut Antias, consules anni 320 sine cognominibus edidit M. Manlium Q. Sulpicium (cf. frg. 6 = Liu. 4, 23).

At dedisse cognomina uel antiquissimis consulibus Licinium Macrum iam Nitzsch l. l. p. 29 exposuit. Quod comprobatur fragmentis, decimo tertio potissimum, ubi Liuius (4, 7): 'T. Quinctius, iuquit, Barbatus interrex consules (a. 310) creat L. Papirium Mugillanum L. Sempronium Atratinum . . . ; idque monumentum est consules eos illo anno fuisse, qui neque in aualibus priscis ueque in libris magistratum inueniuntur . . .

1) Postumius Balbus, qui Poplicolae dicitur geuer capite 22 Plutarchi, fictus uidetur esse ab Antiate.

2) Notandum est, omnes illos consules, quos Plutarchus, Antiatem secutus, omisso cognomine enumerat, apud Dionysium quoque 5, 1—40 sine cognominibus legi, illis autem, quibus Plutarchus dat cognomen, Collatio et Postumio Tuberto, consuli 249, apud Dionysium quoque eadem addi cognomina. Uterque igitur ex eodem auctore uidetur hausisse, quem esse Antiatem Kiessling l. l. alia de causis statuit.

Licinius Macer auctor est et in foedere Ardeatino et in linteis libris ad Monetæ inuenta (sc. nomina consulum)¹⁾. Tum decimum quintum afferendum est fragmentum: 'magistratum libri quos linteos in aede repositos Monetæ Macer Licinius citat identidem auctores, septimo post demum anno cum T. Quinctio Poeno²⁾ A Cornelium Cossum consulem habeant . . .' Etiam in fragmento 16 (Liu. 7, 9, 3) Macro debet Liuius T. Quinctium Poenum dictatorem magistrumque equitum Ser. Cornelium Maeluginensem.

Praeterea hic quoque ea, quae aliena usi ratione pro Licinianis habuerunt uiri docti, — Nitzschium taceo, quippe qui et ipse ex cognominibus certos auctorum locos rettulerit ad Macrum — ipsa sunt illa, ubi exstant apud Liuium Dionysiumque cognomina. Ut Peter (l. l. p. CCCXXXVIII) ex Macro hausta esse Liuii libri quarti capita 1—23 luculenter demonstrauit, in quibus terna usque apparent consulum nomina pari modo atque extrema quoque quarti libri parte, quam Licinio uindicauit Eduardus Lübberth De Liu. libr. IV font. p. 24. Neque aliter sese habet res in locis Dionysii 5, 61; 11, 62, aliisque quos Kiessling l. l. p. 32 et 33 Macro tribuit³⁾.

Interdum tamen Macrum quoque omisisse cognomina et docent consules anni 320, quos secundum Liuium (4, 23 — Mac. frg. 14) nominabat (C.) Iulium tertium (L.) Verginium iterum, et infra alia pauca ostendent exempla.

Pro certo igitur puto iam posse statui omnium, quos nouimus, annalium scriptorum primum atque unum Macrum inde

1) Haec ipsa ex Macro sumpsisse Dionysium (11, 62) rectissime mo-
nent Mommsen *Röm. Chron.* p. 89, Kiessling l. l. p. 32, Peter *Hist. rel.* p. 304.

2) 'Poeno', non 'Penno' habent codices Liulani et hic et in frag-
mento 16; cf. Peter l. l.

3) Quae exposuit Nitzsch, fere congruunt quidem cum mea sententia,
tamen multa uir doctissimus Macrum dicit sumpsisse ex Antiato, quae ipsi
potius Dionysius et Liulus ex illo transtulerunt. Qui euenit, ut secuti
Nitzschium in Macri quoque reliquiis omissa uideremus cognomina. Hunc
Nitzschii errorem egregie refutauit Peter *Hist. rel.* p. CCCXI adn. 1, qui
rectissime non potuisse a Licinio Valerium Antiatem, aequalem ipsius ad-
hiberi auctorem primarium affirmat.

a primis liberae rei publicae temporibus fastos exhibuisse additis cognominibus, omnes autem reliquos auctores historicos a Linió et Dionysio adhibitos ante quintum orbis conditae saeculum binis tantum nominibus retinuisse consules aliosque magistratus neque existisse apud illos cognomina nisi clarissimorum populi Romani ducum, Cincinnati, Camilli atque eorum, a quibus expulsos esse reges narrabant fabulae, Bruti, Poplicolae, aliorum.

Quibus acceptis haud mihi uideor iudicare audacius, quod ad Macrum, quippe qui unus ex Linií et Dionysii auctoribus ternis exhibuerit nomina, omnia illa refero in libris Linií III seq. ac Dionysii V—XI, ubi praeter clarissimos viros reliquos quoque consules cognomine praediti apparent; praesertim cum utrumque auctorem in illis libris esse usum Licinio constet. Quae cum hic obiter tantum possim tangere, infra explicabo accuratius.

Post Macrum multi auctores exhibent cognomina atque complura habemus fastorum consularium exemplaria, in quibus inde ab initio describuntur magistratus singulis uel pluribus cognominibus. Tamen etiam in libris recentioribus quam Macri saepe omittuntur cognomina atque si illos locos diligentius disquisierimus, plerumque inueniemus aut ipsos aut eos, unde hausti sint, fontes redire ad antiquiores annalium scriptores, ita ut hac ratione nisi ex nominibus, quid apud posterioris aetatis auctores, Plutarchum ¹⁾, Cassinam Dionem, Appianum aliosque ex superioribus, quid ex recentioribus fontibus sit petitum, possimus eruere.

Sed ad fastos ut redeam, inde a Macro in antiquissimi

1) Exempli causa Plutarchi uitam Camilli proferam, quam haustam esse ex Dionysio mihi persuadet Peter *Quell. Plut.* p. 17—28. Ubi cum in parte prioris ad decimum septimum fere caput appareant cognomina, quae quidem desunt in congruentibus Liuíi capitibus, in posteriore autem omnino desiderantur, ut apud Liuium quoque, conicio Dionysium etiam in illis, ut in multis aliis duos auctores fuisse secutum, alterum cui priorem deberet partem, adscribentem cognomen, alterum omittentem, quem in posteriore adhibuerit.

quoque temporis memoria inueniuntur apud auctores cognomina, cum antea omnino nemo ea nouisset ad quintum saeculum usque et archetypi, ut ita dicam, indices bina tantum singulorum consulum dedissent nomina, gentilia atque praenomina. Quae cum ita sint, haud mihi uidetur esse dubium quin illis postea cognomina sint addita. Qua tamen id factum sit ratione, quando, a quo, quaerendum esse existimo diligenter examinatis illis, quos seruatos habemus, consulum laterculis.

Integri exstant fasti consulares annorum 245 ad 400, de quibus mihi est agendum, apud solum Liuium — in libris II ad VII — et apud Chronographum anni 354, qui tamen ad illos annos, quibus pro consulibus tribuni militares consulari potestate summum tenebant imperium, binos tantum tribunos nominat. Tum per idem temporis spatium totum consules — prorsus neglectis tribunis consularibus — enumerant fasti Idatiani ¹⁾ et laterculus consulum in Chronico Paschali seruatus. Dionysius per singulos annos nominat consules in libris V—XI usque ad annum u. c. 311 atque inde ab anno 268 Diodorus ordine refert consulum nomina ad annum 452. Capitolinorum ²⁾ denique fastorum ad hanc aetatem pertinentia exstant fragmenta maiora et minora, quibus tractantur anni u. c. 271—282, 288—304, 332—340, 345—360, 361—364, 379—396; ad quae accedunt exigua quaedam fastorum triumphalium frustula, quae tribuenda sunt annis 245—260, 268—286, 292, 295—317, 393—425. ³⁾

1) Fastos antea uocatos Hispanos Idatio esse uindicandos post praeclearam Mommseni disputationem (Corp. Inscr. Lat. I p. 454) qua Sirmondi et Ducangii probat sententiam, nemo potest negare.

2) Ubicunque ex fastis Capitolinis aliquid proferam, et collationem illorum sequar a me anno 1885 Romae institutam et ectypa chartacea ibi facta. Ea, in quibus mea lectio discrepat cum textu, qualis in primo Corporis uolumine legitur, in noua uoluminis illius editione mox instituenda respicientur, recepta benignitate Henzenii atque Hülseni.

3) Cassiodori fastos consulares ex Liuiio excerptos omitto, cum nomina non ea qua scripta erant apud Liuium forma reddant, sed cognomina plerumque omittant, ubi Liuius ea refert; cf. Mommsen *Röm. Chron.* p. 113 adn. 204.

Atque plenissima singula nomina edunt fasti Capitolini, cum praeter praenomen nomenque gentilicium cuiusque consulis singula, bina, terna addant cognomina et praeterea patris quoque et aui adiungant praenomina. Nil nisi cognomina habent Idatius, Chronicon Paschale, Chronographus; Diodorus non eadem in toto opere ratione consules nominat, nam ante annum 327 n. c. toties fere terna praebet nomina quoties bina, post illum annum rarissime tantum cognomina refert; nam 331 et consules et alios viros dicit sine cognomine, septem tantum hominibus ea tribuit.

Denique ne Linus quidem et Dionysius in scribendis nominibus sibi constant, cum pro fontibus, quos quidem secuntur, aut addant cognomina aut omittant. Neque igitur Livii neque Dionysii posse dici fastos apparet, quippe qui suos non ex uno eodemque auctore sumpserint, sed alios in aliis libris secuti sint auctores. Id ergo nobis est studendum, ut ad nos quaeque auctores referamus atque tum demum de singulis iudicemus. Quod tamen fieri non potest, nisi antea reliquos examinaverimus fastos.

CAPUT ALTERUM

De fastis Idatii Chronicique Paschalis

Idatium et Chronici Paschalis auctorem plane eosdem dare fastos consulares iam pridem viderunt viri docti; quae tamen inter se cohaereant ratione et quo uterque redeat laterculus, nemo adhuc recte mihi videtur exposuisse.

Ac Mommsen quidem (*Röm. Chron.* p. 109 sq. et *Corp. Inscr. Lat.* I, p. 484) de Graecis Chronici Paschalis fastis haec iudicat: 'ipsi sunt de quibus modo vidimus Idatiani ex Latino sermone in Graecum connessi', neque tamen sententiam eam comprobant argumentis. Idatianos autem fastos haustos esse existimat ex indice excerpto ex fastis Capitolinis, sed ne hoc quidem certo demonstrant.

Quae ab omnibus videntur probari, nam nemo Mommseno est oblocutus atque sic accidit, ut laterculi Idatii et Paschalis Chronici couseusu omniium contemnantur, cum nemo adhibendam censeat epitomam, cuius fontem exstare putant tabulas Capitoliuas. Tamen facere non possum, ut assentiar Mommseno, nam neque fastos Chronici Paschalis ex Idatio, neque Idatianos ex Capitoliuis translatos esse arbitror.

Atque ut primum explicem, quid sentiam de ratione intercedente inter fastos receptos in Chronicon, quos ego quoque Graecos breuiter dicam, et Latios Idatii, non potuit ex Latinis fastis haurire Graecorum auctor, quippe qui non uulla exhibeat aut pleuora aut miuus corrupta quam index Latinus. Cuius rei firmissimum argumentum est, quod auuo 275 u. c. leguntur consulum nomina in Graecis fastis, cum desint apud Idatium. Tum in fastis Latinis auuo 260 falsum legitur A. Verginii consulis cognomeu 'Vitellio III', repetitum ut opinor ex anno sequenti, in Graeco autem indice recte scriptum est *Γεμίνον*. Deinde auuo 526 solus Graecus textus cognomeu exhibet *Γούργα* (pro Ruga) Sp. Carnilii consulis, cum in Latino gentile appareat uomeu 'Carnilio'. Annis 706, 708, 709, 710 terua habet Caesar uomina in Chronico, singula apud Idatium et pari modo auuo 759 legitur *Τριβερίον Καίσαρος* et 'Caesare'. Pro corruptissimo, quod praebet Idatius, anni 488 collegio: 'Fabio et Pictore et poeta' rectius reddunt nomina fasti Graeci: *Φαβίου Πίχτορος καὶ Πέτα* (pro *Πέτα*). Tum falsa leguntur nomina Latina 'Pisone' 485 et 'Pulchro' 725, cum uera habeat laterculus Graecus *Πίχτορος* atque *Ἀπουλγίου*; rectius denique scribunt Graeci fasti 474 *Κουρουγκανίου* (Idat. 'Caeruntano') 407 *Βένωκος* ('Veneco' Idat.) 320 *Καμερίνον* ('Cario' Idat.) 486 *Σεμφρωνίου* (Idat. 'Simfronio') 603 *Λουκούλλον* ('Loculo' Idat.) 565 *Βούλσονος* ('Vuulscoue' Idat.) 483 *Κλεψινάτου* ('Clepsinate' Idat.) 531 *Φίλων* ('Filone' Idat.) 428 *Λιβονος* ('Libonio' Idat.) 737 *Σιλανού* ('Siluano' Idat.) 762 *Καμερίνον* ('Camero' Idat.) multaue alia.

Neque ea, quae sunt falso scripta in fastis Graecis, sunt eius modi, ut orta esse ex Latino exemplo possimus affirmare.

Nam quod aunis 392 et 412 legitur *Ἄλλον* omuino nou profectum esse potest ab eo quod habet Idatius 'Achala', sed deprauatum esse apparet ex Graeco ΑΑΛΟΥ propter similem litterarum Α et Λ formam; quod item factum est in nomine ΡΟΥΑΛΟΥ (auno 444), recte scripto 'Rullo' in laterculo Latino. Neque anno 585 error, qui comprehenditur in Chronico, natus est ex Latino, sed ex Graeco libro; habet enim recte Idatius 'et Caepione', Chronicon autem Paschale *καὶ Πισωνος*¹⁾, ortum, ut uidetur, ex Graeco ΚΑΙΚΑΙΠΙΩΝΟC. Postremo, si reuera ex Latina in Graecam linguam transuersi essent fasti Chronici Paschalis, non ex deprauata forma ablatiui 'Melitono' (pro 'Meutoue') auni 323, uerum genitiuum potuisset efficere auctor Graecus *Μελίτωνος*, cum potius scribendum illi fuisset secuudum Latinum exemplum *Μελιτώωνου*¹⁾.

Quibus omnibus — multa etiam possunt addi similia exempla — permoueor, ut ex Idatio translatos esse negem fastos, qui exstaut in Chronico Paschali; sed cum in sexcentis erroribus nominibusque falso scriptis aut omissis inter se consentiant, ne me quidem artissimo inter se uinculo utrumque laterculum esse coniunctum fugit, neque tamen alterum peudere arbitror ex altero, sed ad eudem utrumque dico redire fontem, ipsum quoque corruptissimum.

Ea de causa, quod anno 486 P. Sempronius Sophus consul in fastis Idatiauis uocatur 'Simfronio Sapiente' Broecker ('Untersuch. über d. Glaubwürdigkeit d. altröm. Gesch.' p. 265) Idatii fastos pariter atque Graecos translatos esse censuit ex Graeco consulum indice, falsoque ab interprete Latino Graecum cognomen *Σοφός* Latine esse redditum putauit uomine Sapientis. Cui Broeckeri sententiae obloquitur Mommsen (*Röm. Chron.* p. 113, adu. 199) fastos Idatiauos unquam Graece fuisse scriptos, pernegans. Re tamen diligentius examinata haud mihi est dubium, quin Graecus et Latinorum et Graecorum sit statuendus fastorum fons. Qui cognoscitur imprimis ex

1) Anno 731 fasti Graeci exhibent *Πισωνος*, Latini recte 'Pisone'. Mendum ortum uidetur esse ex confusis inter se litteris Ω et Ο, ita ut pro ΠΙCΩΝΟC lectum sit: ΠΙCΟΝΟC.

mendornm indole et ex scribeudorum nomium ratione, quales in utroque laterculo apparent. Ut saepissime pro Latina littera V in fastis Idatianis scribitur littera B, qua Graeci illam solent reddere; sic legitur apud Idatium anno 264 'Flabio' et 361 'Flabo' pro Flauo; 'Publilio' pro Puluillo 247, 277, 297; 'Bibulano' pro Vibulano 257; 'Albo' pro Elua 291; 'Galbino' pro Caluino 420, 422, 433; 'Albino' pro Aruina 445, 466; 'Faberio' pro 'Sanerrio' 450; 'Abentinesi' pro Anentinensi 451; 'Laebymuo' 474 et 'Lebyiuo' 544 pro Laeuino; 'Scaebola' 579 et 'Siuerebula' 637 pro Scaeuola; 'Octabio' 589 et 667 pro Octauio; 'Bulcatio' 688 pro Vulcatio; 'Balbino' 701 et 'Calbiuo' 714 pro Caluino; 'Corbilio' 722 pro Coruino. Contra littera B apud Idatium nonnumquam depreanata est in V litteram ea, ut pnto, de causa, quia scriba textus Latini in fonte Graeco littera illa Latium V reddi sibi persuasit¹⁾, unde sunt orta 'Uulbo' pro Bubulco 463; 'Volbo' pro Bulbo 519; 'Galua' pro Galba 543 et 610. Pro Latina autem vocali U, quia Graece scribitur OY saepius legitur in laterculo Idatiano O; exempla profero nomina haec: 'Maloginense' 269 et 295, 'Vibolano' 333; 'Fundolo' 511; 'Volbo' 519; 'Rogo' 520; 'Loculo' pro 'Lucullo' 602; 'Bibolo' 695. Tum saepe inter se confunduntur ab Idatio litterae A atque L, nimirum propter similitudinem Graecarum litterarum A et Λ; ut, quae iam notauimus, POYΛOY pro POYAAOY 444 et AAOY pro AAΛOY 392 et 412; atque idem error subest depreanato nomini 'Malilio' pro 'Lanato' anno 315, ubi litterae ΛA ΛANATOY pro Λ snnt habitae. Confusis iuter se litteris N ac Λ facta sunt, quae exstant anno 722 KOPBIAlov et 'Corbilio' pro KOPBINov; porro 'Melitono' 323 pro 'Mentone', natum ex MEAITΩNOC pro MENTΩNOC.‡

Graecam deinde originem prae se fert uomen 'Aesculiuo' 276 pro 'Esquilino', nam Graece QV scribitur KY.

1) Eadem ratione falsa scripsit annis 434, 531, 548, 534 'Filone' pro Philone aut Philo, quia hic quoque ut saepissime litteram φ putauit positam esse pro Latina littera F.

Ex Graeci genitivi in *ov* exeuntis forma falsi, quos exhibet Idatius, casus ablativi sunt explicandi, ut 'Gurgito' 478 pro Gurgite ex *Γουργίτου*; 'Lacuate' pro Lauato ex *Λανάτου* 277 et 302; 'Albino' pro Aruina ex *Ἀρβίνου* 403 et 466; 'Barbulo' pro Barbula ex *Βαρβούλου* 437; 'Rogo' pro Ruga ex *Ρόγου* 520; 'Noctuo' pro Noctua ex *Νοκτούου* 465; tum 'Poena' pro Poeno ex *Ποίνου* 323; 'Carba' pro 'Carbo (ne)' ex *Κάρβου*, quod legitur in fastis Graecis anni 634. Eadem ratione peruerse conformatus ablativus 'Rega' pro Rege 636 oriundus est ex Graeco, quem habemus anni 636, genitivo *Ρήγου*. Neque alia est causa ablatiuorum 'Seleno' 415 pro 'Philone', 'Melitono' 323 pro 'Mentone' nisi Graeci genitivi *Σίλωνος*, *Μελίτωνος*.

Sed praeter illa ex scribendi ratione ducta alia quoque eaque grauissima sunt argumenta, quibus ad Graecum fontem et Idatium et fastos Graecos referendos esse apparet.

Ac primum mihi quoque maximi videtur momenti, quod Broecker (l. l. p. 265) profert cognomen 'Sapiente' ab Idatio scriptum sub anno 486. Nam ipse Graecum *Σοφί* cognomen, quod apud reliquos auctores et 450 et 486 legitur, Latino uocabulo idem significante redditum esse puto ab homine rudi, qui totos fastos Idatianos ex Graeco in Latinum transtulit sermonem.

Alterum, quo nitar, exemplum profero nomen L. Furi Purpureouis consulis anni 558, quod Latini fasti scribunt 'Porphyrio', Graeci *Πορφύριου*. Quod cum sit ipsum Latinum cognomen Graece uersum, haud iam dubium potest esse, quin uterque laterculus ex communi Graeco fonte illud assumpserit.

Denique anni 498 alterius consulis nomen ea ratione est corruptum, ut nisi Graeco statuto fonte nequeat explicari. Huius enim anni consules L. Manlium Vulsoem Q. Caedicium (cui a nullo auctore additur cognomen) Idatius uocat 'Vulsone et Decio', Chronicon Paschale *Βούλωνος καὶ Δεκίου*. Atque hanc corruptelae dico esse originem:

lat.	‘et Caedicio’
gr.	καὶ καιδιχιου
gr.	καὶ Δεχιου

fast. Idat. ‘et Decio’ καὶ Δεχιου fast. Graec.

Excidisse enim videtur in priore fonte Graeco alterum καὶ ; ac sequenti in fonte scriba, cum is consul, qui altero loco nominabatur, particula καὶ fere adnecteretur, illud quod erat relictum καὶ pro particula habuit copulatiua; quia autem ‘Dicium’ non nouit nomen Romanum, notissimum posuit pro eo nomen Decii. Iam uero Idatius falsum hoc nomen accepit et Latine uertit ‘et Decio’, cum fasti Graeci retinerent, quod exstabat in fonte suo, καὶ Δεχιου. Plane simili modo errasse iam supra ostendi fastorum Graecorum auctorem anno 585. Ubi appellatur consul Cn. Seruilius Caepio ‘καὶ Ηισωρος’, cum Idatius recte habeat ‘et Caepione’, ita ut in fonte appareat fuisse scriptum ‘καὶ Καεπιωρος’, fastorum autem Graecorum scribam altero καὶ omisso, altero pro ‘et’ ducto ex πιωρος quod restabat finxisse Ηισωρος.

Atque haec sufficere censeo ad demonstrandum, non esse fastos Graecos ex Idatianis translatos, sed utrumque laterculum ex eodem Graeco fluxisse fastorum exemplo, cui plurima ac foedissima illa debent menda, quae utrique communia reperiuntur.

Quae si accuratius examinauerimus, iam unde ipsum Graecum exemplum haustum sit, elucebit. Tam enim saepe litterae Graecae confunduntur cum plane diuersis Latinis, quae tamen eadem imagine scribantur, ut dicamus necesse sit, Graecum Idatii ac Chronici Paschalis fontem si non ex ipso exscriptum tamen esse referendum ad Latinum consulum indicem. Nam quod et apud Idatium et in fastis Graecis legitur alterius anni 327 consulis nomen ‘Achilla’, Ἀχιλλα ortum est ex eadem litterarum x et χ forma. Ex Latino AXILLA homo Graecus fecit AXIΛΛA et qui eum secuti sunt fasti Idatiani et Graeci

Achilla', Ἀχιλλᾶ. Porro haud raro inter se confunduntur litterae p et r, ut sub anno 528 'Arustio', Ἀρουστῖον pro 'Aputio', natum ex APVSTIO—ΑΡΟΥΣΤΙΟΥ; anno 403 'Roetico' Ρουσαικῖον pro 'Petico', corruptum ex PETICO—ΠΕΤΙΚΟΥ. Anno 344 'Rustico', Ρουσαικῖον pro 'Potito' ita uidetur esse ortum, ut antiquior nominis forma PVTITVS (cf. fast. fer. Lat. anno 305 C. I. L. VI. 2011; Mommsen *Röm. Forsch.* II, p. 100) Graece perperam sit scripta littera P et inde notissimum sit enatum cognomen Rustici.

Tum egregie, Latinum fuisse primum fastorum illorum fontem¹⁾, demonstrat, quod legitur sub anno 561 nomen 'et Hermo', καὶ Ἑρμον, nam nisi Latine non exarabatur utraque littera, et T et H. Irrepsit autem error ita, ut ex primario 'ETTHERMO' altera littera T excideret post alteram, fieretque ETHERMO, quod fasti seruari reddunt 'et Hermo', καὶ Ἑρμον.

Neque tamen ex ipso hoc Latino fonte exscriptum esse Graecum, unde profecti sunt Idatius et Paschale Chronicon, laterculum iam monui, nam plures intercedere medios fontes ea potissimum de causa conicio, quod anni 498 corruptela, ut supra exposui, nisi compluribus fontibus continuis positus explicari non potest. Quot autem et quales illi fuerint fontes, euincere nequimus.

Haud igitur adsentior Mommseno dicenti fastos Chronici Paschalis ipsos esse Idatianos Latine redditos. Neque magis

1) Latinum fontem Bröcker quoque (l. l. p. 334) statuit, sed uno tantum eoque uanissimo usus argumento. Falsum enim quod legitur anno 271 cognomen 'Tertullo' pro 'Iulo' inde ortum esse dicit, quod anno praecedenti tertium fuit consul K. Fabius Vibulanus. Cuius adscriptum fuisse nomini notam 'tert.', qua perperam coniuncta a scriba cum cognomine 'Iulo' prodidisse 'Tertullo'. Quod quam sit futile facile intellegitur; nam primum omnino non praecedat Fabius nomini Iuli, sed medius interpositus est Valerius consul; tum magistratum repetitorum notae ne semel quidem apud Idatium uerbis, sed numeris significantur; et postremo facile ut pro inusitato cognomine 'Iulo' notissimum 'Tertulli' scriberetur potuit fieri, praesertim cum saepe pro Iulo et Iulio exhibeant Tullum et Tullium Idatius (265), Chronicon Paschale (265, 324), Lilius (272, 330, 346, 349, 353, 357).

probo, quod Idatium (ac per hunc Graecos quoque fastos) si non ex eo fastorum Capitolinorum exemplo, cuius nos habemus marmorum fragmenta, tamen ex plane gemello putat esse excerptos, hoc — ut mihi uidetur — adductus momento, quod, quae exstant apud Idatium ¹⁾ cognomina, fere omnia redeunt in fastis Capitolinis. Cui tamen uiri praeclarissimi sententiae satis multa obstant, quibus consideratis fastos Idatianos duco pro fastorum recensione plane diuersa a Capitolina.

Primum habere Idatium quaedam cognomina sibi propria, quae non leguntur in indice Capitolino, ipse monet Mommsen atque enumerat haec: 'Albinum' consulis 492 ('Megellus' in fastis Capitolinis), 'Longum' anni 511 ('Gallus' Capit.), 'Rugam' 520 ac 526 — in Chronico, omissum ab Idatio — ('Maximus' Capit.), 'Maximum' 528 (sic habet Chronicon Paschale, apud Idatium 'Maximo Messala', 'Messalla' Capit.); quibus equidem addo 'Samnitum' 440, ubi marmora Capitolina habent 'Libonem'.

Tum plane aliam atque fasti Capitolini sequitur Idatius memoriam in appellando Q. Fabio Maximo, consule sexies inde ab auno 432 ad annum 459. Quem cum in tabulis Capitolinis (annis 439, 444, 446, 450, 459 et in fastis triumphalibus 432, 445, 459) uocetur 'Rullianus', Idatius Graeci quoque fasti, ubicunque apparet, appellant 'Rullum'. Neque errore hoc esse factum, sed reuera exstitisse in quibusdam fontibus hanc nominis formam — quam primariam duco ueriores deriuata illa 'Rulliani' — inde elucet, quod praeterea reperitur etiam apud Liniu(m) (24, 9 et 30, 26), Ciceronem (Phil. 5, 17, 48), Cassium Dionem (frg. 35), Zonaram (7, 26 et 8, 1), Frontinum (2, 4) et Pseudo-Frontinum (4, 1, 39).

Item cum fastis Capitolinis discrepat Idatius in scribendo cognomine consulis Sp. Postumii 258 u. c., quem uocant tabulae Capitolinae 'Regillensem' (secundum Chronographum anni 354; cf. Capitol. a. 351 et 388), Idatius autem 'Regillianum' (*Ρεγιλλιανόν*), eadem ratione, qua in Claudia quoque gente

1) Ubicunque infra commemorabo Idatium, simul Graecos Chronici Paschalis dico fastos consulares.

idem cognomen scribitur (In)regillensis in fastis Capitolinis et a Chronographo, Regillanus a Diodoro et Snetonio.

Tum, quod grauius etiam est argumentum, complurium annorum prorsus alios consules atque laterculus Capitolinus aut nominat aut in fonte suo nominatos innent Idatins.

Ut anni 361 n. c. consules edit eosdem, quos Liuius atque Diodorus (L. Lucretium) Flaunm et (Ser. Sulpicium) Camerinum, cum in fastis Capitolinis sint consules ordinarii (secundum Chronographum) . . Valerius Potitus . . Cornelius Maluginensis, suffecti Flauus et Camerinus. Ac plane ignorasse Idatium ordinarios fastorum Capitolinorum consules certo constat; nam ubi complura eodem anno consulum legebantur collegia, Idatius semper ordinarios, nunquam suffectos eligit atque hac ipsa de causa omittit annum 310 ut omnes annos, quibus penes tribunos consulares summum erat imperium, quamquam illo anno post tribunos creati sunt consules suffecti.

Porro sub anno 276 Idatius et Chronicon Paschale perinde ac Dionysius (9, 16) consules nominant L. Aemilium et Esquilinum, cum Liuius habeat L. Aemilium C. Seruilium, Diodorus *Λεύκιον Αἰμίλιον Μάμερνον Γάιον Κορνήλιον Λεντούλον*¹⁾,

1) Nomen, quod legitur apud Diodorum *Γάιος Κορνήλιος Λεντούλος* (sic in codice Patmio) corruptum uidetur neque, ut nonnulli uoluerunt uiri docti, pro antiquioris memoriae est habendum uestigio. Primus enim Cornelius Lentulus, quem nouimus, est L. Lentulus consul 427, neque quisquam uno Diodori loco nisus iam tertio saeculo statuet fuisse Lentulos, praesertim cum ante septimum urbis conditae saeculum nemo Lentulus gesserit Cail praenomen. Equidem puto subesse nomen C. Seruilii Structi, quem nominant consulem illius anni Liuius, Chronographus, fasti Capitolini; nam similes sunt *ΣΕΡΟΥΛΙΟΣ* imagines nominum eorum atque Seruilii et Cornelii apud *ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ* alios quoque auctores inter se confunduntur, ut apud Liuium 5, 36. Lentuli autem cognomen tum demum inlatum puto, cum iam scriptum esset *ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ*.

Multa alia quoque corrupta apud Diodorum nomina redire uidentur ad codicem archetypum maiusculis litteris exaratum, ut est

11, 63 ΟΥΑΘΩΝ	12, 27 ΣΤΕΡΤΙΝΙΟΣ	et
pro ΟΥΑΘΩΝ	pro ΟΥΕΡΓΙΝΙΟΣ	
12, 53 ΣΟΝΤΙΚΙΟΣ	11, 65 ΛΕΥΚΙΟΚΣΤΟΥΔΙΟΣ	
pro ΣΟΛΠΙΚΙΟΣ	pro ΛΕΥΚΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ	

tum 15, 23 *Δέκιος* pro *Λεύκιος*.

fasti autem Capitolini [ac Chronographus, 'Mamerco II et Structo'] ordinarios (L. Aemilium Mamercom C. Seruilium) Structum Abalam, suffectum . . . Esquilium¹⁾). Ergo hic quoque alienam a Capitolinorum fastorum memoriam sequitur Idatius ac confirmatus quidem testimonio Dionysii.

Neque anno 320 cum Capitolinis consentiunt fasti Idatiani. Ubi alios auctores narrat Liuius (4, 23) perhibere consules, alios tribunos militares consulari potestate. Ac tribunos quidem legimus apud Diodorum (12, 53), et in Capitolinis quoque tabulis eos exstitisse elegantissima disputatione demonstrauit Mommsen (*Röm. Forsch.* II, 222); nam cum duo, quae Chrougraphus habet, nomina non efficiant alterum eorum,

1) Consulibus suffecti in fastis Capitolinis unum exstat cognomen 'SQVILINVS', ad quod supplet Henzen (C. I. L. I p. 443 cf. Mommsen ib. p. 488) Borghesium secutus [Opet. Verginius Opet. f. Opet. n. Tricost. E]squlinus, quia Liuius eidem L. Aemilio, qui consul est 276, collegam dat Opitrem Verginium plane ignotum anno 281. Neque tamen adsentiri possum uiro quam maxime mihi uenerando, nam cum diligenter locum illum fastorum Capitolinorum Romae contuli spatium uidi haud sufficere supplementis Henzeni. Versus enim praecedentis, quo mors consulis ordinarii notata est, quattuordecim perierunt litterae; cum autem in lapide nomen suffecti magistratus una uel duabus litteris ante soleat incipere, quam ille uersus, qui mortuum esse dicit ordinarium (cf. ann. 296 et 361), nominis Esquillini litterae maxime quindecim excidisse uidentur. Henzen autem litteras supplet 31, quas marmor capere non potuisse inde quoque intellegitur, quod in hoc ipso Esquillini nomine latiore quam in plurimis aliis spatio inter se distant litterae. Ac quo facilius distinguantur ab ordinariis suffecti paullo retro atque illi ponuntur in singulis uersibus, ita ut nequaquam anno 276 Verginii nomen scriptum esse potuerit. Praeter Verginius illa aetate Esquillini cognomino utebantur Minucii et Sergii. Quodsi consideramus, Dionysium, quocum consentire Idatium iam saepius uidimus, huius ipsius anni prodere consulem C. Sergium, non iam est dubium, quin in Capitolinis quoque fastis C. Sergius Esquillinus fuerit nominatus consul, praesertim cum optime conueniat Sergii nomen cum litterarum deperditarum numero. Continetur enim nomen 'C. Sergius . . . f. n. E]SQVILINVS', addita nota genealogica tredecim litteris nec plures quam quindecim excidisse supra exposui. Accedit quod alius C. Sergius Esquillinus, quem filium fortasse putabant consulibus 276 (cf. not. geneal. consularis tribuni L. Sergii C. f. C. n. Fidenatis, anno 336), a Diodoro (conlatis fastis Capitolinis) refertur inter decemuiros anni 304.

quae ex Lini nouimus, collegiorum consularium, ex tribunorum numero electa ea esse apparet. Idatium autem discrepare cum illis auctoribus ea de causa statuendum est, quia apud eum duo leguntur nomina 'Capitolino et Carino' (*Καπετωλίνου τὸ ε' καὶ Καμερίνου*). Qui, si in fonte suo inuenisset notatos tribunos consulares, hunc annum ut omnes reliquos tribunicios omisisset; cum uero nomina exhibeat, sequi eum memoriam discrepantem a fastis Capitolinis elucet.

Sed praeter haec discrimina, quae intercedere obseruauimus inter Idatianos Capitolinosque fastos, granissimum argumentum sententiae meae sunt ipsa, quae refert Idatius, consulum cognomina. Quibus accuratius comparatis cum eis, quae legimus in fastis reliquis, clare apparebit, non fluxisse indicem Idatianum ex Capitolino, sed propriam integramque redere fastorum consularium recensionem.

Atque existumat Mommsen eum, quem exscripsisse dicit fastos ex laterculo Capitolino, ubiannque in illo singulis consulibus plura indita sint cognomina, singula elegeisse. Quod si esset uerum, rara constantia id fecisse esset dicendus, quippe qui in compluribus eorundem uirorum consulatibus idem usque cognomen uideretur exscripsisse. Apud Chronographum enim, quem illa, quam dicit Mommsen, ratione fastos suos composuisse scimus, saepe consules, quibus marmora Capitolina bina dant cognomina, altero in priore consulatu altero cognomine appellantur in posteriore. Neque tamen Idatii fastos ita dico esse ortos.

Nam si composuerimus nomina consulum Idatiana inde ab anno 245 u. c. ad annum 311 cum eis, quae eiusdem aetatis exhibet Dionysius, omnibus in quadraginta uno ¹⁾ consulibus,

1) Anno 258 u. c. Sp. Postumius consul apud Idatium uocatur 'Regilliano', in Chronico Paschali 'Ρεγίλλιανού', apud Dionysium (9, 60) ΛΑΙΝΙΟΣ, pro quibus Reiske atque alii scribunt 'Albinus'. Cum autem Dionysius antiquissimos Postumios dicat Albos, non Albinos (cf. Dion. 9, 62) potius scribendum est ρεγίΛΑΙΑΝΙΟΣ, nam prima nominum Romanorum syllaba saepius supprimitur a Dionysio, ut anno 289 legitur 'ουλανός' pro 'Vib-ulanus'; 285 '— Νομεντανός' et 260 '— μοντανός' pro 'Καίλιον-τανός'.

quibus uterque auctor addit cognomina — nam apud Dionysium non nisi in certis quibusdam antiquitatum partibus apparere cognomina moneo — idem usque cognomen nidebimus ab utroque positum, cum per id ipsum temporis spatium Diodorus atque Chronographus in triginta duobus cognominibus differant ab Idatio. Et Dionysius quidem, quae refert consulum nomina, ex annalium scriptoribus sumpsit neque omnino non ita fastos Capitolinos. Iam igitur auctor laterculi Idatiani statuendus esset ex binis vel ternis recensiois Capitolinae cognominibus miro casu id ipsum usque elegisse cognomen, quod quidem Dionysius in fonte, tum forte adhibito, legerit adnotatum. Quem consensum effectum esse casu nemo contendere potest, qui memoria tenebit, Idatium, ut supra demonstravi, in aliis quoque rebus, maxime in consule ordinario anni 276, C. Sergio Esquilino (cf. p. 198 adn. 1) contra reliquos auctores consentire cum Dionysio.

Inde ab anno 311 libri Dionysii desunt, feliciter autem evenit, quod paullo ante, ab anno 309 Livius, quem isdem quibus Dionysium usum esse annalibus constat, terna proferre coepit nomina consulum, omissis ad illum avum usque cognominibus.

Ac si eadem ratione, qua supra cum Dionysianis, sic nunc cum cognominibus quae exhibet Livius comparaverimus Idatiana, idem quod in illis, in his quoque comprehendemus; nam cum triginta sex consules intra annos 309 et 362 et Livius et Idatius additis cognominibus edant, triginta quinque¹⁾ apud utramque auctorem idem gerunt cognomen. Unus facit contra consul anni 312 Post. Aebutius, quem nocat 'Cornicinem' Livius (4, 11), 'Eluam' Idatius, Chronicon Paschale, Chronographus,

1) Quod consulem anni 327 Idatius dicit 'Achillam', Livius 'Abalam', idem cognomen uterque sentit. Manifesto errore Livius anno 343 alterum consulem dicit M. Papirium Atratinum, cum eundem virum aliis locis recte nominet Mugillanum neque Atratinum cognomine utantur nisi Sempronii. Natus videtur esse error inde, quod intra paucos annos complures Papirii Mugillani apparent in fastis collegae Semproniorum Atratinorum, scilicet annis 310, 311, 338.

Diodorus, auctor de praenominibus (p. 743 Kempff.). Sed quod habet Liuius cognomen, grauem mouet dubitationem. Cornicinis enim cognomen, quod in Oppia gente erat usitatum, apud nemiem Aebutium iuenitur, atque Postumum Aebutium, de quo quaeritur, ut Idatius ceterique auctores ipse Liuius paullo post (uicesimo altero capite) dicit Eluam et caput illud ex eodem fonte hausisse Liuium, quem uicesimo altero sequitur, a Petro est demonstratum, ut iam p. 186 monui.

Cum uel Dionysii atque Idatii mirus sit consensus, plauē incredibile est, eum ipsum casum in Liuiō quoque ita accidisse, ut Idatius illud usque ex compluribus fastorum Capitolinorum exscriberet cognomen, quod ex annalibus sumpsisset Liuius, quem fastis Capitolinis non esse usum scimus.

Sed latius etiam patet similitudo fastorum Liuianorum et Idatianorum, quam clarissime cognoscimus ex compositis inter se utriusque auctoris fastis.

Habet autem:

Idatius		Liuius
ann. 307 Macrino et Iulio.		3, 65. M. Geganius Macerinus. C. Iulius.
— 308 Furio et Capitolino.		3, 66. T. Quinctius Capitolinus. Agrippa Furius.
— 309 Genucio et Curtio.		4, 1. M. Genucius. P. Curatius.
— 310 trib. mil. cons. pot.		
— 311 Macrino et Capitolino.		4, 8. M. Geganius Macerinus. T. Quinctius Capitolinus.
— 312 Vibulano et Helua.		4, 11. M. Fabius Vibulanus. Post. Aebutius Cornicen.
— 313 Pacilo et Crasso.		4, 12. C. Furius Pacilius. M. Papirius Crassus.
— 314 Maccrino et Lanato.		4, 12. Proc. Geganius Macerinus. L. Menenius Lanatus.
— 315 Mallio ¹⁾ et Capitolino.		4, 13. T. Quinctius Capitolinus. Agr. Menenius Lanatus.

1) 'Mallio' *Μαλλίων* quod exstat apud Idatium et in Chronico Paschali, non esse nomen gentilicium, sed deprauatum cognomen 'Lanato' quod habet Liuius, supra exposui p. 192.

Idatius		Liuius	
ann. 316	trib. mil. cons. pot.		
— 317	Macrino et Fidenate.	4, 17.	M. Geganus Macerinus. L. Sergius Fidenas.
— 318	Malaginese et Crasso.	4, 21.	M. Cornelius Malugineusis. L. Papirius Crassus.
— 319	Iulio et Virginio.	4, 21.	C. Iulius. L. Verginius.
— 320	Capitolino et Camerino.	4, 23.	varias auctorum sententia s pro fert incertus veri.
— 321 et 322	trib. mil. cons. pot.		
— 323	Poena et Melitono.	4, 26.	cf. 29 T. Quinctius Cincinnatus. (alii Poenus.) C(n) Iulius Mento
— 324	Crasso et Iulio.	4, 30.	L. Papirius Crassus. L. Iullus.
— 325	Tricipitino et Fidenate.	4, 30.	L. Sergius Fidenas. Host. Lucretius Tricipitinus.
— 326	Cosso et Poeno.	4, 30.	A. Cornelius Cossus. T. Quinctius Poenus.
— 327	Achilla et Mugillano.	4, 30.	C. Seruilius Ahala. L. Papirius Mugillanus.
— 328—330	trib. mil. cons. pot.		
— 331	Atratino et Vibulano.	4, 37.	C. Semprouius Atratinus. Q. Fabius Vibulanus.
— 332	trib. mil. cons. pot.		
— 333	Capitolino et Vibulano.	4, 43.	C(n). Fabius Vibulanus. T. Quinctius Capitolinus.
— 334—342	trib. mil. cons. pot.		
— 343	Mugillano et Rutilo.	4, 52.	M. Papir. Atratin. (pro Mugill. cf. p. 290 adn. 1). C. Nautius Rutilus.
— 344	Aemilio et Rustico (= Putito).	4, 53.	M. Aemillus. C. Valerius Potitus.
— 345	Casso et Medullino.	4, 54.	Cn. Cornelius Cossus. L. Furius Medullinus.
— 346—360	trib. mil. cons. pot.		
— 361	Flabo et Camerino.	5, 29.	L. Lucretius Flauus. Ser. Sulpicius Camerinus.
— 362	Potito et Capitolino.	5, 31.	L. Valerius Potitus. M. Manlius Capitolinus.
— 363—387	trib. mil. cons. pot.		

Atque anni 361 eosdem dicere Liuium consules ordina-
rios, quos Idatium, scilicet L. Lucretium Flauum, Ser. Sul-

picium Camerinum, suffectos consules recensiois Capitolinae, iam ante notanimus.

Quod autem ad nomina singula attinet, non solum uidemus in omnibus cognominibus praeter unum, de quo dixi, Cornicinis, consentire inter se Idatium et Liuium, cum a ceteris fastis saepius discrepent, sed — quod maiorem etiam mouet stuporem — in omissis quoque cognominibus plane congruere. Quocumque enim anno uterque consul scribitur binis tantum nominibus apud Idatium, Liuius quoque omittit cognomina (cf. 309 M. Gennecius, P. Curiatius, et 319 C. Inlius, L. Verginius), ubi autem Idatius alterius consulis bina exhibet nomina alterius terna, usque quaque etiam Liuius eum tantum addito refert cognomine consulem, cuius apud Idatium exstat cognomen, alterum autem et ipse, ut Idatius, praenomine et gentilicio nomine appellat, ut C. Iulium 307, Agrippam Furium 308, L. Iulium 324, M. Aemilium 344.¹⁾

1) Anni 288 consules Idatianos sic scribit Mommsen (C. I. L. I, p. 490): 'Regilliano et Fusco', cum Dionysius et Chronographus recte uoluerint alterum consulem 'Priscum'. Neque tamen errat Idatius in cognominibus, sed plane alii consuli, scilicet Sp. Furio anni 290 tribuendum uidetur Fusci illud cognomen. Duorum annorum collegia consularia desunt apud Idatium et in Graecis fastis (289 et 290) atque eo modo puto excidisse illa, ut a nomine Sp. Postumii Regilliani, consulis 288, scribae oculus aberraret ad cognominem anni 290 consulem A. Postumium Album, omnibusque, quae media intererant, nominibus omissis, statim Sp. Postumio Regilliano collega daretur Sp. Furius Fusus. Consulium igitur haec est constituenda apud Idatium series:

285 Regilliano	(Sp. Postumius Regillanus.)
et Prisco.	(Q. Seruilius Priscus.)
289 Capitolino	(T. Quinctius Capitolinus.)
et Vibulano.	(Q. Fabius Vibulanus.)
290 Albo	(A. Postumius Albus.)
et Fusco.	(Sp. Furius Fusus.)

Consentiunt igitur in his quoque inter se Idatius et Liuius, neque solum in eodem Fusi cognomine, pro quo Medullinum habet Diodorus, sed etiam in perperam scripto 'Fusco', quod casu in utrisque fastis sic exstare nemo contendet. Praeterea 'Album' fuisse scriptum cognomen consulis A. Postumii in fonte illo Idatili — ut apud Liuium ac Dionysium — inde

Itaque qui nunc etiam Idatium ex fastis Capitolinis putabit esse excerptum, ei hoc quoque casu factum esse statuendum erit, ut eorum consulum, quorum habet cognomina Liuius, excerptor illud usque elegerit, quod, ut ante Dionysius, tum Liuius edit, eorum autem, qui carent cognominibus apud Liuium, et ipse casu omiserit cognomina. An illud quoque casui est tribuendum, quod eandem scribendi rationem secuntur et Liuius et Idatius, cum uterque Penni cognomen scribat 'Poennus'¹⁾?

Illius temporis spatii, quo tam accurate consentientes inuenimus Liuium et Idatium, apud Dionysium duo tantum consulum collegia seruata sunt, annorum 309 atque 311, quae iam componamus cum Idatio Liuioque:

	Idatius	Liuius	Dionysius
309	Genucio ²⁾ et Curtio.	4, 1 M. Genucius. P. Curiatius.	11, 53 <i>Μάρκος Μενύκιος.</i> <i>Γάιος Κόλντιος</i> (pro Κορρ.).
311	Macrino et Capitolino.	4, 8 M. Gegan. Mac. T. Quinct. Cap.	11, 62 <i>Τ. Κόιντ. Καπετ.</i> <i>Μ. Γεγάν. Μακερ.</i>

Itaque Dionysius quoque eosdem, quos Liuius atque Idatius, anni 309 consules omissis cognominibus refert neque con-

colligo quod sequentis consulis (anni 291) L. Aebutii cognomen falso scribit Idatius — aliter atque in Chronico Paschali — 'Albo' pro 'Elua'. Eodem errore quo hic aliis quoque locis interciderunt nomina consulum ex Idatianis Graecisque fastis, ut annorum 399—402: Potito, pro Petico, (et Publicola, 400 Ambusto et Capitolino, 401 Petico et Publicola, 402 Rutilo) et Publicola; tum anni 517: 'Claudio, pro Caudino, Lentulo' (et Flacco, 518 Caudino Lentulo) et Varo; deinde anni 580: 'Albino (et Scaeuula; 581 Alhino) et Laenate'; postremo anni 613: 'Caepione (et Pompeio; 614 Caepione) et Lacro (sc. Laelio)'.

1) Liuius eam nomina formam scripsit annis 323 et 326 (= 4, 26 et 30) et lib. 4, 20; Idatius fastique Graeci annis 323, 326, 403. Pari modo Postumiorum quoque antiquiorum cognomen scribunt 'Album' Idatius, Liuius, Dionysius, 'Alhinum' Diodorus.

2) Minime esse spernendos fastos Idatianos ex omisso Genucii cognomine intellegimus; nam quod exhibet Chronographus cognomen Augurini sero demum a falsario esse excogitatum, ostendit Mommsen (*Röm. Forsch.* I p. 65—66).

sensum trium anctorum in omissis eis fortuitum possumus dicere, praesertim cum Chronographus utriusque, Diodorus alteri consuli adscribat cognomen.

Quibus consideratis mihi quidem non est dubium quin sit neganda sententia Mommseni affirmantis ex Capitolino laterculo fluxisse fastos Idatianos. Immo propriam et a Capitolina diuersam exhibet Idatius recensionem fastorum consularium.

In fontem autem eius inquirentibus neque esse haustum indicem Idatii ex Dionysio, neque ex Lino inde elucet, quod Idatius plenam et continuam reddit recensionem illam, qua addita erant cognomina, Linius autem et Dionysius non nisi in paucis libris locisque ea utuntur et saepius auctores secuntur, qui bina nomina consulum nominabant. Quae cum ita sint, iam unum relictum est: ad eundem fontem redire et Idatium et illas librorum Liuianorum ac Dionysianorum partes, quibus apparent cognomina.

Sed illorum, quos adhibent Liuus et Dionysius in prioribus libris, auctorum nunc supra demonstranti antiquissimorum quoque consulum dedisse cognomina Licinium Macrum, ita ut hic putandus sit communis trium scriptorum fons.

Ac Liuus quidem prorsus consentit cum Idatio inde ab anno 307 (Lin. 3, 65), sed maxime consensus ille cognoscitur in priore quarti Liuiani libri parte. Quam tamen ipsam partem — scilicet capita 1—23 — ex Macro esse desumptam, certis argumentis comprobant Peter (Hist. Rom. net. reliq. p. CCCXXXVIII).

Tum quaedam cognomina, quae leguntur in fragmentis Licinianis, discrepantia a ceteris auctoribus redeunt apud Idatium. Quinctiorum enim illorum, quos Cincinnatos dicunt reliqui, a Macro notatos fuisse nonnullos 'Poenos' ex fragmentis apparet, praecipue ex fragmento 15, ubi T. Quinctius consulum annorum 323 et 326 appellatur 'Poenns' (Liu. 4, 26 et 30)¹⁾, tum ex fragmento 16, ubi T. Quinctium Poenum, dictatorem

1) Eum ex duobus auctoribus a Liuio adhibitibus, qui 'Poeni' exhiberit cognomen, Macrum esse, luculenter docet locus Liuii 4, 20, 8.

anni 390, commemorat Macer. Atque utriusque uiri apud Idatium (323, 326, 403) non solum idem exstat cognomen, sed etiam eadem insolita forma — Poenus pro Penno — scriptum.

Maximi deinde momenti mihi uidetur esse, quod anni 319 consules, C. Iulium, L. Verginium, quos praeter consuetudinem omissis cognominibus perhibent Liuius Idatiusque, Macrum quoque sine cognominibus habuisse ex fragmento 14 (Liu. 4, 23) elucet.¹⁾

Quibus de causis haud improbabiler mihi uideor statuere Macrum auctorem, ex quo fastos suos sumpserint ex parte Liuius ac Dionysius, totos ille, ad quem redeunt Idatius et Chronicon Paschale. Qua uero ratione ei quos legimus apud Idatium fasti ex Macro sint exscripti, aut per quos et quales auctores ad ipsum communem Idatii Chronicique fontem peruenierint, prorsus est incertum.

Quodsi reuera non iam sunt habendi fasti Idatii pro epitoma laterculi Capitolini, sed propriam integramque exhibent recensionem, summa illis tribuenda est auctoritas, quippe qui soli plenum antiquioris recensionis consulum indicem praestent, cum Liuius et Dionysius non nisi paucis locis fastos illos libris suis intexuerint. Atque ad Liuii Dionysiique potissimum fontes definiendos satis ualido adiumento adhiberi posse censeo fastos Idatianos. Ubi enim consentientes inuenimus contra ceterorum auctorum testimonia aut in positis aut in omissis consulum cognominibus Liuium et Dionysium cum Idatio, de Macro fonte utriusque cogitauerim.

Exempli causa ubi Dionysius eundem uideatur sequi

1) Anni 320 Idatium alios habere consules atque Macrum haud potest negari, nam Macrum anni praecedentis consules Iulium et Verginium relectos exhibuisse, narrat Liuius (4, 23). Idatius autem consules dicit Capitolinum et Camerinum, quos, cum multos medios intercedere iam dixerim auctores inter Idatium et fontem primum, ab uno eorum inlatos esse puto. Hoc unum moneam, non posse sumpta esse ea, quae Idatius habet consulum 320 nomina ex illis auctoribus, quos Liuius l. l. profert, cum nemo illorum non sine cognominibus uocauerit consules.

auctorem, ad quem Idatiani sunt referendi fasti, ex consulum nominibus conabor demonstrare.

Ille non ut Livius eundem auctorem per longius temporis spatium solet sequi, sed aliis alios intermiscere fontes. Cum Idatio autem in cognominibus diuersis ab aliorum scriptorum uel omnino omissis consentit hisce annis ¹⁾:

Idatius	Dionysius
254 Camerino et Longo.	5, 52 Σερουίλιος Σολπίκιος Καμερίνος. Μάνιος Τύλλιος Λόγγος.
255 Helua et Gemino.	5, 58 Πόπλιος Ονείτουριος Γεμίνιος. Πόπλιος Έβούτιος Έλαέλβας.
256 Flauo et Siculo.	5, 59 Τίτος Λάρκιος Φλάβος. Κόιντος Κλοίλιος Σικελός.
259 Sabino et Prisco.	6, 23 Άππιος Κλαύδιος Σαβίνος. Πόπλιος Σερουίλιος Πρίσκος.
260 Coelmontano et Gemino.	6, 34 Άύλος Ουεργίνιος Μοντανός. Τίτος Ονέμιος Γεμίνιος.
263 Augurino et Atratino.	7, 20 Μάρκος Μηνίχιος Αύγουρινος. Άύλος Σιμπρώνιος Ατρατινός.
264 Camerino et Flauo.	7, 64 Κόιντος Σολπίκιος Καμερίνος. Σέργιος Λάρκιος Φλάβιος.
265 Tullo et Rufo.	8, 1 Γαίος Ίούλιος Ίουλος. Πόπλιος Πινάριος Ρούφος.
266 Nautio et Rufo (= Furio).	8, 16 ²⁾ Σπόριος Ναίτιος. Σίξτος Φούριος.
279 Nautio et Publicola.	9, 28 Πόπλιος Ουαλέριος Ποπλικόλας. Γαίος Ναύτιος.
280 Mallio ³⁾ et Furio.	9, 36 Άύλος Μάλλιος. Λεύκιος Φρούριος.

1) Ea quibus Idatius et Dionysius, consentientes inter se, a reliquis discrepant cognomina diductis, quos uterque dat consules sine cognominibus, inclinatis latinis, rectis graecis notabo litteris.

2) Nitzsch quoque eam libri octaui partem, qua hi ipsi continentur consules, ex Macro desumptam esse censet. Quod cum faciat, quamquam sine cognominibus anni quidem 266 referuntur a Dionysio consules, quam maxime me adiuvat.

3) Non solum in omisso Manlii cognomine consentiunt Dionysius et Idatius, sed etiam in scribendo gentilicio nomine 'Mallio' pro 'Manlio', quod et in Idatianis Graecisque fastis legitur et apud Dionysium.

Idatius		Dionysius	
{	253 Sabino et Capitolino.	9, 43	Τίτος Κόιντος Καπιτωλίνος. Ἄππιος Κλαύδιος Σαβίνος.
	254 Aemilio et Valerio.	9, 51	Λεύκιος Ουαλέριος. Τιβέριος Αιμάλιος.
	255 Coelimontano et Prisco.	9, 56	Αύλος Ουεργίνιος Νομειτανός. Τίτος Νομίκιος Πρίσκο.
	256 ¹⁾ Capitolino et Prisco.	9, 57	Κόιντος Καπετωλίος. Κόιντος Σερονίλιος Πρίσκο.

Quae eo confidentius ex eodem fonte ab utroque auctore petita esse dico, quia non solum eisdem usque locis eadem apparent cognomina apud utrumque, sed eisdem quoque locis desunt (sc. annis 266 bis, 279, 280 bis, 284 bis). Atque stabilitur sententia mea eo potissimum, quod Nitzsch fere eadem, quibus consentire inter se Dionysium et Idatium demonstraui, apud Dionysium hansta dicit ex Macro (*Röm. Annal.* p. 66), nempe Dion. 5, 49—6, 24 et 6, 25—34 e. c. Accedit quod ipse Dionysius Licinium laudat 5, 59.

Ex Macro igitur iudico exscriptos esse fastos Idatianos et quam maxime differre a Capitolinis. Quamquam non me fugit intercedere cognationem quandam inter recensionem Capitolinam et Idatianam, tamen aliter eam esse expediendam mox videbimus.

CAPUT TERTIUM

De fastis Diodori

Plane diuersa ab illa fastorum recensione, quam ex Idatio, Luitio, Dionysio cognouimus, ea est, quam exhibet Diodorus in libris XI ad XX. Neque tamen una eademque ratione Diodorus per totum hoc spatium utitur in proferendis nomini-

1) Anno 272 quoque Dionysius et Idatius inter se consentiunt, cum Dionysius (8, 90) alterum consulem addito, alterum omisso praebet cognomine Γάϊον Ιούλιον Ιούλιον Κόιντον Φάβιον (Καίσιωνος ἱδόν) atque Idatius quoque scribat 'Tertullo et Fabio II'. Hoc tamen anno posse casu factum esse consensum, non nego.

bus. Nam ipsius antiquissimae aetatis consulibus singula cognomina fere solet adscribere, cum inde ab anno u. c. 327 rarissime tantum terna consulum legantur nomina. Ab anno 268 usque ad annum 327 omnino centum uiginti tres commemorat Diodorus consules et tribunos militares consulari potestate — praeter decemuiros — atque ex his sexaginta quinque habent cognomina, quinquaginta octo non. Post annum 327 autem, usque ad annum 452 ex trecentis tredecim hominibus septem tantum cum cognominibus exhibentur, scilicet consules annorum 388 (*Λεύκιος Αἰμίλιος Μάμερκος, Λεύκιος Σέξτιος Λατερίας*) et 395 (*Μάρκος Πόπλιος Λαινάτης, Γναίος Μαιμίλιος Ἰμπεριῶσος*)¹⁾, tum L. Manlius Torquatus²⁾ annis 410 et 414 atque Tib. Aemilius Mamercus consul 415.³⁾

1) Nomina, quae tradit consulum Romanorum Diodorus, pleraque ea scribo forma, qua exhibentur in praestantissimo codice Patmio. Cuius lectiones narias humanissime mecum communicauit Fridericus Vogel, futurus Diodori editor, cui hoc quoque loco ago gratias.

2) Torquatus eo quoque a reliquis consulibus differt, quod a Diodoro (16, 90) praeter eius consuetudinem (cf. E. Meyer, *Rhein. Mus.* XXXVII, p. 613) in enarrandis rebus consul nomine dicitur atque bello finito triumphasse refertur.

3) Praeterea in tribunicis potissimum collegiis codices exhibent Diodorei et cognomina quaedam et nomina admodum suspecta, scilicet: *Γάιος Μέτελλος* 322, *Τερέντιος Μάξιμος* 348, *Ἰόνιος Λούκουλλος* 350, *Παῦλος Σέξτος* 353, *Κλώδιος Οὔγων* et *Μάριος Ἄππιος* 356, *Σέξτος*... *Κράσος* 359, *Σέξτος Κένσιος* et *Ἄντιος Κάμυλλος* 357, *Κάτλος Βῆρος* 360, *Οὔγων* et *Σέξτος Ἄνιος* et *Γάιος Μάρκιος* 364, *Ἄγκος* 366, *Κρίσπος* 371, *Φάβιος Ἄλβος* 372. Quae omnia deesse in Patmio cum certiore me faciat Vogel, minimae esse auctoritatis cognoscuntur, praesertim cum illis annis, quos errore bis refert Diodorus, 360—364, non utroque loco eadem illa inueniantur. Alia omnino non sunt nomina Romana ut *Οὔγων*, *Ἄνιος*, *Ἄγκος*, alia potius primis post Christum natum saeculis in usu fuerunt ac minime quarti urbis conditae saeculi conueniunt nomenclaturae, quaedam sunt nomina hominum, quos nouimus aetatis fere Domitiani imperatoris. Claudium enim Capitonem, quem falso tribunum referunt anni 352 codices Diodorei, commemorat Plinius minor (ep. 6, 13) patronum Bithynorum. Idem Plinius epistulas mittit 1, 22 et 5, 1 Catilio Seuero amico, atque huius quoque nomen redit apud Diodorum anno 360 (*Κάτλος Βῆρος*); denique Terentium Maximum, qui inter tribunos anni 348 legitur, nouimus

Praeter consules tribunosque consulares singulis annis enumeratos, nonnullis annis Diodorus breuiter quaedam adnotat de rebus populi Romani domi forisque gestis, ita tamen

procuratorem Domitiani in Bithynia. Quamquam qui factum sit, ut nomina ea inter tribunorum consularium ponerentur nomina, ignoratur, tamen omnia interpolata esse manifestum est. Atque etiam cur pro ueris interpolata irrepserint, demonstrabo. In plurimis enim collegiis, ubi corrupta illa nomina apparent, reuera duo fuerunt eiusdem gentis tribuni, quorum tamen alter usque desideratur apud Diodorum. Quoties enim complures cognomines uiri una referebantur a scriptoribus ueteribus, singula tantum scribebantur nomina gentilicia praemissis praenominibus, ut quo anno P. Cornelius et M. Cornelius fuerunt tribuni, diceretur: 'P. M. Cornelii tribuni': cf. Mommsen *Röm. Forsch.* II p. 227 adn. 6. Quod cum Diodorus non uideatur perspexisse alterum usque posuit praenomen, altero neglecto. Sic singula exciderunt nomina illis annis, ubi interpolata leguntur, nempe 348 ubi duorum Corneliorum alter deest, 350 ubi alter Cornelius, 352 ubi alter Seruilius, 356 ubi alter Valerius et alter Furius, 359 ubi alter Cornelius, 360 ubi alter Furius, 372 ubi alter Papius, 364 ubi trium Fabiorum duo praetereuntur. Atque grauissimum huius rei indicium capio ex tribunorum anni 363 nominibus, quae duobus diuersis locis refert Diodorus, 14, 107 et 15, 15. Ubi cum fasti Capitolini ac Liuus dicant et C. Aemilium et L. (M. Liu.) Aemilium tribunos, Diodorus priore loco C. Aemilium, posteriore L. Aemilium exhibet, sine dubio profectus a nota 'C. L. Aemiliis'. Cum autem apud Diodorum cuique tribunicio collegio sit praescriptus tribunorum numerus (ut $\xi\xi$ *χιλλαρχοι*), neque tamen ubique eum congruere cum traditis nominibus uideret interpolator, pro deperditis de suo alia addidit, quae nimirum exstant adhuc in codicibus interpolata. Quae debent homini Latinae linguae haud ignaro inde fortasse licet conicere, quod in quattuor collegiis senatorum tribunorum, ubi tamen quina tantum legentur nomina, sextum perit, interpolator habet: $\Sigma\acute{\epsilon}\xi\sigma\tau\omicron\varsigma$ *Κέναιος*, $\Sigma\acute{\epsilon}\xi\sigma\tau\omicron\varsigma$ *Κράσσος*, $\Sigma\acute{\epsilon}\xi\sigma\tau\omicron\varsigma$ *Ἄνινος*, $\Sigma\acute{\epsilon}\xi\sigma\tau\omicron\varsigma$ *Παῦλος*. Cauendum igitur est, ne in emendandis nugis operam perdamus, ut prae ceteris facit uan der Meij (Diod. Sic. fragm. ant. hist. Rom. Daentr. 1864).

Anni 363 alia quoque de causa memorabile est collegium, quale edit Diodorus. Iam monui altero loco L. Aemilium, altero C. Aemilium exhibere Diodorum. Eadem ratione duorum Furiorum, quos tradunt reliqui auctores, Lucii et Agrippae, Lucium refert Diodorus 15, 15, cum 14, 107 legatur *Γάϊος*. Hoc quoque ita ortum uidetur, ut in fonte Diodori existerint L. Agr. Furi, ex quibus alterum altero loco posuit praenomen Diodorus, altero pro minus noto 'Agrippae' nomine frequentissimum Gaii propter litteram G adhibens. Unde Diodorum in fonte suo eosdem illos sex tri-

ut ex more antiquissimorum annalium scriptorum res tantum enarret, nomina imperatorum, quorum auspiciis bella gesta sint, taceat (cf. Nep. Cato 3, Plin. n. h. 8, 11). Quibus in commentariis historicis nomine referuntur: septem dictatores, *Ἄυλος Ποσειδῆμιος* 322 (Diod. 12, 64), *Μάνιος Αἰμίλιος* 328 (Diod. 12, 80), *Μάρκος Φούριος* 358 (Diod. 14, 95), *Μάρκος Φούριος* 364 (Diod. 14, 117), *Κόιντος Φάβιος* 439 (Diod. 19, 72), *Γάιος Μαίνιος* 440 (Diod. 19, 76); praeterea quinque magistri equitum *Λεύκιος Ἰούλιος* 322 (Diod. 12, 64), *Ἄυλος Κορνήλιος* 328 (Diod. 12, 80), *Πόπλιος Κορνήλιος* 358 (Diod. 14, 95), *Κόιντος Ἀύλιος* 439 (Diod. 19, 72), *Μάνιος Φούλονιος* 440 (Diod. 19, 76); tum quattuor tribuni plebis, anno 283 creati, *Γάιος Σικίνιος*, *Λεύκιος Νεμετώριος*, *Μάρκος Δουίλλιος*, *Σπόριος Ἀκίλιος*, deinde anno 269 *Σπόριος Κάσσιος* (Diod. 11, 37), anno 315 *Σπόριος Μαίλιος* (Diod. 12, 37), anno 369 *Μάνλιος* (Diod. 15, 35); denique censores anni 444 *Ἄππιος Κλαύδιος* *Λεύκιος Πλαύτιος* (Diod. 20, 36).

Quos uiginti unum nros omnes moneo binis tantum nominibus a Diodoro appellari, ita ut in enarrationibus eis historicis quidem sibi constet auctor, cum per totum tempus, quod in seruatibus libris tractatur, pari modo ommissa sint cognomina.

Mirum autem est, non idem in fastis quoque accidisse, immo nonnunquam eisdem annis consules cognominibus appellari in fastis, eorum autem hominum, quos in rerum gestarum narratione commemorat Diodorus, bina tantum legi nomina.

Sed aliis quoque rebus fastorum pars prior, qualis exstat

bunos inuenisse sequitur, quos in ceteris fastis legimus. Nihilosecius utroque loco Diodoreo binis praeteritis tribunis, praemittitur nota *χιλίαρχοι τέτταρες*, ita ut non iam possit esse dubium, quin numeri illi additi sint ab ipso Diodoro. Quibus positus redarguitur illa Mommseni sententia, communi omnium plausu accepta, quam exposuit in altero uolumine libri inscripti '*Römische Forschungen*' p. 224 squ. Arbitratur enim uir praeclarissimus, illis ex numeris magnam apparere discrepantiam inter fastos Diodoreos ceterosque, eamque redire ad plane diuersas collegiorum tribuniorum recensiones. Quodsi ipsi Diodoro debentur numeri ei, non est, cur alios tribunorum numeros relatos fuisse statuamus in fonte Diodori, quam in eo fastorum exemplari unde reliqui fluxerunt fasti.

in libris Diodori undecimo et duodecimo, ab historicis commentariis differt, quos illis adnectit auctor. Eisdem enim homines aliter uocat Diodorus quoties in fastis mentionem facit eorum, aliter quoties in rerum gestarum memoria. Ut Manium Aemilium anno 316 (Diod. 12, 38) tribunum consularem in fastis dicit Mamercum, anno 328 in narratione dictatorem M'. Aemilium; deinde A. Cornelium Cossum uouinat consulem 326 (Diod. 12, 75), eundem sine cognomine magistrum equitum anni 328 in narratione (Diod. 12, 80). Eadem ratione princeps decemuirorum Ap. Cladius anno 303, quo decemuiri uou nisi in fastis, ut magistratus epouymi, referuntur, cognomine Regillani condonatur (Diod. 12, 23), omisso autem cognomine legitur anno sequenti (Diod. 12, 24) ubi copiose enarrantur decemuirorum res. Cum igitur in ea operis Diodori parte, qua gerunt cognomina consules, inter se discrepent fasti et memoriae historicae, plane congruunt in parte posteriore, ubi ut in commentariis ita in fastis quoque desiderantur cognomina. Atque hanc quidem partem ex uno eodemque fonte esse desumptam, comprobari mihi uidetur illis, quae adnotat Diodorus (15, 61) ad annum 377: *παρὰ Ῥωμαίοις ἐγένετο στάσις, τῶν μὲν οἰομένων δεῖν ὑπάτους, τῶν δὲ χιλιάρχους αἰρεῖσθαι. Ἐπὶ μὲν οὖν τινα χρόνον ἀναρχία τὴν στάσιν ἐπέλαβε μετὰ δὲ ταῦτ' ἔδοξε χιλιάρχους αἰρεῖσθαι ἔξ, καὶ κατεστάθησαν Λεύκιος Αἰμίλιος καὶ Γάιος Οὐεργίνιος καὶ Σέρκιος Σουλπίκιος, πρὸς δὲ τούτοις Λεύκιος Κοῖντιος καὶ Γάιος Κορνίλιος, ἔτι δὲ Γάιος Οὐαλέριος.* Neque enim hic potest esse dubium, quin nomina sex tribunorum prompserit Diodorus ex eodem auctore, quem sequitur in seditione referenda.

Quae cum ita sese habeant duos Diodori esse statuendos arbitror fontes rerum Romanarum, alterum qui omisisse cognomina, alterum qui posuisse uideatur. Ac narrationem quidem totam excerptam esse dico ex illo qui omisit cognomina auctore, fastos autem ad uentrum redire totos, sed priores quidem, ubicumque apparent cognomina, oriundi uidentur ex illo, qui terna scripsit consulum nomina, posteriores autem ex eo, unde hansti sunt commentarii historici.

Ut autem de utriusque fontis iudole quid sentiam, paucis exponam: quae historica euotat Diodorus, pro antiquissimis habeo atque pretiosissimis eorum, quae traduntur de antiquiore historia Romaua, haustaque existimo ex priorum quodam annalium scriptore. Ad quae qnam optime quadrat species, quam prae se ferunt fasti consulares apud Diodorum in libris posterioribus. Nam plane similiter, atque in priscis annalibus fastos scriptos exstitisse in primo exposui capite, haec fastorum Diodoreorum pars singulos consules praenominibus dicit gentilicisque nominibus. Utrum tamen Graeci fuerint annales illi au Latini, ex ipsis fastis, mea quidem sententia, hand potest diiudicari ¹⁾.

Contra ut priorem quoque fastorum partem aequae antiquam esse putemus, omnino non potest fieri, cum supra apud antiquissimos quosque annalium auctores non exstitisse cognomina neque apparere ea ante septimi exeuntis saeculi scriptores, a me sit demonstratum. Itaque alterum fontem multo esse aetate inferiorem altero affirmauerim. Nam Diodorum uno tantum fonte esse usum et in eo ubique adscripta fuisse cognomina, ipsum autem Diodorum in posterioribus libris ea neglexisse, hac de causa non licet poni, quia tum explicari nequit, cur tandem in priore operis parte Diodorus cognomina in narratione tantum omiserit, in fastis uero ediderit. Denique nix putandus est Diodorus, Camillum ²⁾ notissimum claris-

1) Eduardus Meyer l. l. p. 611 inde quod habet Diodorus eas uominum formas ut *Φιδηνάτης* (anno 325) apud Diodori auctorem consules conicit ternis fuisse enumeratos nominibus atque ablatiua quidem forma, nam *Φιδηνάτην* ortum esse putat ex Latino ablatiua 'Fidenate'. Quod cum per se parum mihi uideatur uerisimile, plane refutatur eo, quod benigne me commouefacit Curtius Wachsmuth praceptor illustrissimus: eam quam legimus apud Diodorum *Φιδηνάτην* uere Graecam nominis Fidenatis esse formam, ut appareat ex Stephano Byzantio s. u. *Φιδήνη* dicente: *καὶ Φιδηνάτης ὡς Ραβεννάτης· οὕτω γὰρ Χάραξ κέχρηται Φιδηνάτης*. Praeterea humanissime alter praceptor Ribbeckius mouit de Latinis formis Capenatis Ardeatis Arpinatis Ferentinatis et quae sunt aliae (cf. Prisc. p. 629 P.).

2) Pari modo Diodorus libro decimo (p. 348 Didot.) cum de Bruto narret eumque stultum se simulasse referat, tamen *Λεύκιον Ἰούλιον* dicit cognouisseque prorsus tacet.

simumque uirum simpliciter dixisse *Μάρκον Φούριον* (sic legitur ap. Diod. in rebus referendis XIV, 93 et 117, atque in fastis annorum 353, 356, 360 bis, 368, 373 = XIV 44, et 82 et 97 XV 2 et 25 et 48), si in fonte nobilissimum illius fuisset scriptum cognomen 'Camilli'. Neque ulla causa potest afferri, qua permotus in libris inde a decimo tertio sequentibus cognomina addere desierit Diodorus; nam qua erat rerum Romanarum ignorantia et negligentia, ea quae apud auctores suos inuenit non mutata uidetur repetiisse neque suo arbitrio praeteriisse silentio cognomina. Minorem etiam ueri speciem postremo is haberet, qui iam Diodori auctorem antiquissimae quidem aetatis fere ignotae et obscurae prodidisse statuerit cognomina, posterioris autem, quinti potissimum saeculi, cuius iam certior exstaret memoria, cognomina tacuisse.

Itaque praeter annalium scriptorem a Diodoro adhibitum esse puto exemplum fastorum consularium, quo ternis singuli consules tribunisque consulares legebantur nominibus. Neque tamen id exemplum excerptum puto a Diodoro ex annalium scriptore aliquo, sed referendum uidetur ad tabulam chronologicam, unde Diodorus praeter consules archontes quoque Athenienses sumpsisse est statueudus. Hac enim ratione, cur tam raro in ea operis Diodorei parte, qua apparent cognomina, historicae sint adnexae res, explicatur; nam cum inde ab anno 303 ad 452 undequinquaginta annis res Romanae breuiter enarrentur, ante decemuiros inde ab anno 268 quattuor tantum anni (sc. 269, 270, 277, 283) notas eas exhibent. Atque mea quidem sententia ille, quem sequitur Diodorus in enumerandis annis, index chronologicus, cum iam antea annis singulis rettulisset archontes Athenienses, olympiadas, regum tabulas, inde ab expulsis regibus Romanis consules quoque per singulos annos descripsit atque additis quidem cognominibus. Qui fasti cum haud uideantur res quoque prodidisse, non potuit facere Diodorus, quin alium quoque historiae Romanae adhiberet auctorem, unde sumeret rerum euarrationem. Ex quo auctore primum quidem pauca exscripsit et in fastorum laterculum, quo utebatur duce, suo quaeque anno inseruit; ne-

que scio, an ea ipsa re sit factum, ut saepe alio quo anno bellum gestum e. c. referat Diodorus, quam quo ceteri auctores, nam diuersam uidentur secuti esse chronologiae rationem fastorum et annalium auctor.

Libro igitur Diodori undecimo prioribusque libri duodecimi capitibus ubique fere addita leguntur. cognomina consulum¹⁾. Quo uero plura in sequentibus adnotat de rebus Romanis Diodorus, eo saepius cognomina omittuntur atque omnes hos annos, ubi in fastis quoque bina exhibentur consulum nomina, ad annales refero a Diodoro exscriptos²⁾. Casu enim

1) Nonnullis annis alterius quidem consulis edit Diodorus terna, alterius bina nomina; ibi uero quae desunt cognomina negligentia siue ipsius Diodori siue librariorum perierunt. Nam ut illud quod exstat Diod. XII 7: *Σίξστος Κοίντιος Τριγέμνος* [in Patmio ἐξ τὸν Κοίντιον Τριγέμνον] (pro *Σίξστος Κοιντίλιος Οὔαρος Πόπλιος Κουριάτιος Τριγέμνος*) non potest fuisse in fonte Diodori, sic alia quoque nomina, quae uunc desunt apud Diodorum, in fonte eius exstitisse apparet aliis comparatis annis, quibus eidem homines fuerunt consules. Anno enim 283 (Diod. XI 67) Ap. Claudius uocatur idem, qui dicitur Ap. Claudius Regillanus anno 303 (Diod. XII 23); T. Quinctius Capitolinus habet cognomen annis 253, 259 sed eo caret anno 286; eadem ratione Q. Fabius Vibulanus primo atque tertio consulatu cognomen habet, altero uon; Q. Seruillus quamquam sine cognomine legitur anno 288, tamen Structus uocatur consul primum anno 286. Ac reuera cognomina et illorum et praeterea singulorum consulum annis 268, 270, 273, 277, 292, 293, 300, 301, 302, 305, 306, 309, 311, 312, 314, 318, 319, 325, 326 negligentia esse omisa, inde efficio, quod omnes isti priore loco in collegiis suis referuntur, ita ut illis annis singula cognomina eadem ratione uideantur periisse, qua anno 301 tria sunt praetermissa nomina *Οὔαρος Πόπλιος Κουριάτιος*.

2) Solus Diodorus (XII 3) post anni 297 consules Q. Minucium, M. Horatium (pro quo tamen habet Diodorus XI 91 *Λεύκιος Ποστονύμος*) inserit consulum collegium *Λεύκιον Κοίντιον Κικιννάτον Μάρκον Φάβιον Οὔβουλανόν*, quod Mommsen antea quidem (*Röm. Chron.* p. 125) habuit pro interpolato ex nominibus consulum annorum 294 et 295, nunc (*Röm. Forsch.* II p. 261) ex antiquioris memoriae reliquiis petitum esse putat. Quod cum parum sit probabile propter addita cognomina, equidem dissensisse inter se existimo chronographum et annalium scriptorem, Diodorum autem incertum ueri utriusque fontis recepisse collegium, ita quidem ut prius cuius desunt cognomina ex anualibus, posterius quod habet cognomina ex chronographo sumptum esse coniciam. Praeterea apud solum

certe non accidit, ut in eis capitibus, quibus modo desiderantur modo leguntur cognomina, ab anno 304 ad 328 (Diod. XII, 24—80) septem annorum, ubi notae historicae sunt adscriptae (sc. 304, 305, 308, 312, 315, 322, 328) quinque exhiberent consules tribunosque consulares sine cognominibus. Cum autem parum commodum uideatur fuisse Diodoro, ex duobus fontibus sua congerere, mox abiicit fastos auctoris sui chronographi atque totus secutus est annualium quem dixi scriptorem. Ultimi qui gerunt cognomina sunt anni 327 consules, L. Papirius Mugillanus C. Servilius Structus, quos etiam dico sumptos esse ex chronographo. Quem tamen paullo post omnino non iam inspexisse videtur Diodorus, quia ab illo anno continuo ordine bona magistratuum praebent nomina libri Diodorei. Atque cum breui post nouns incipiatur liber, tertius decimus, praecedentis autem libri quinque extremis annis, 331—35, non edantur nomina tribunorum militarium, haud scio an omissi anni cohaereant aliquo modo cum abiecto altero fonte nouoque inducto.

Huc usque cum disputationem produxissem iam humanissime Curtius Wachsmuth, praeceptor illustrissimus mihi que carissimus, quemnam illum esse chronographum censeat, cui priorem fastorum partem debere Diodorum ostendi, mecum communicauit.

Usam enim esse Diodorum auctore chronographo Castore, ad quem redire priorem illam fastorum particulam ex chrono-

Diodorum (XII 77) post T. Quinctium A. Cornelium Cossum consules 326, quorum alteri adscriptum esse cognomen moneo, referuntur consules *Αεύχιος Κοίχτιος, Ανλος Σεμπρώνιος*. Atque hos quoque ex annalibus, T. Quinctium et A. Cornelium Cossum, quorum alter adiecto cognomine appellatur, ex chronographo Diodorum puto transtulisse, neque eum uidisse, eosdem consules errore in altero fonte corruptos esse. Nam eidem esse mihi quidem uidentur, cum gentile nomen Quinctii et Auli praenomen alterius consulis in utroque collegio exstet. Simile quid antea quidem Mommsen quoque sensit (*Röm. Chron.* p. 122 adn. 226). — Plane eodem modo decemuiros anni 303 (Diod. XII 23), quorum exstant uestigia cognominum, chronographo tribuo, annum autem 304, cuius decemuiroi carent cognominibus copiose tamen enarrantur res, ex annualium auctore petitam arbitror.

logica Diodori ratione luculenter demonstravit. Summa liberalitate, ut ea, quae hac de re mihi exposuit, hoc loco ad confirmandam sententiam meam omnia adscriberem, permisit. Dicit autem:

Es handelt sich darum zu erklären, wie es kommt, dass die Consulate der diodorischen Fasten im Beginn des 11. Buches, wo die Controlle zuerst möglich ist, 6 Jahre später fallen als in der gewöhnlichen Zählung, die mit 510 v. Chr. anhebt. Mommsen Röm. Chron. S. 128 stellt zu diesem Zweck die Vermuthung auf, Diodor habe das erste Jahr der Republik auf Ol. 96, 1 = 504 gesetzt. Diese Annahme widerspricht jedoch dem directen Zeugniß des Eusebius, wie es Gelzer Africanus II, 1, 84 und 86 richtig erläutert. Danach setzt Diodor vielmehr Roms Gründung auf Ol. 7, 2 (750 v. Chr.); dazu kommen 240 Jahre Königsherrschaft, also muss Diodor den Anfang der Republik vielmehr Ol. 67, 3 = 510 v. Chr. gestellt haben. Jenes wunderliche Versehen Diodors muss mithin anders erklärt werden; und zwar ist von vorn herein wahrscheinlich, dass es zusammenhängt mit der Diskrepanz der aus älteren annalistischen Quellen entnommenen Fasten einerseits und der Consultabelle seiner chronographischen Quelle andererseits. Die letztere muss ein in der frühesten Periode wesentlich längeres Verzeichniß von Consulpaaren gegeben haben, die Diodor auf seine mit 510 v. Chr. anhebende Zählung der Jahre der Republik übertrug, infolge dessen er nothwendig zu tief in der Ansetzung der (auch durch die annalistische Ueberlieferung bekannten) Consulpaare herabkam und z. B. zu dem Gewaltakt der einfachen Streichung von fünf Consulpaaren sich gedrängt sah, um den Anschluss an die sonstigen Aufstellungen wiederzugewinnen.

So viel wir wissen, hat ein solches längeres Consulverzeichniß nur Castor geboten, dessen Benutzung von Diodor bei der albanischen Königsreihe sicher nachweisbar ist. Er führte die Consulliste von 520 v. Chr. an (s. Gelzer Afric. II, S. 87), hatte also 10 Paare mehr als die gewöhnlichen Listen. Wenn Diodor dessen Fasten auf seine Aera (von 510 ab lau-

fend) übertrug, mussten nothwendig die Erscheinungen hervorgerufen werden, die wir vom 11. Buche an verfolgen können. Wie es nun gekommen ist, dass Diodor im 25. Jahre seiner republikanischen Aera gerade sechs Jahre der gewöhnlichen Zählung vorangeeilt war, darüber lässt sich deswegen durchaus nichts Bestimmtes sagen, weil wir ja gar nicht wissen können, wo Castor die zur Beschaffung von zehn neuen Stellen nöthigen Einschreibungen beliebt hat, ob alle gleich im Anfang oder zum Theil erst später. Zum Beispiel liegt es nahe zu vermuthen, dass Castor aus den Collegien des ersten Jahres der Republik fünf Jahrescollegien gemacht hat. Würde man nun, dass die Verlängerung der Liste durchweg in die ersten Jahre fällt, so würde sich die Vermuthung ermöglichen, dass Diodor einfach die fünf Collegien auf Grund seiner annalistischen Quellen wieder in ein Jahr zusammengefasst habe und so die Ermäßigung der Differenz von zehn auf sechs zu Wege brachte. Aber das einzelne bleibt nun so mehr fraglich, als wir ja auch in der späteren Liste, die Diodor noch aus derselben Quelle bietet, im Einzelnen mannigfache Abweichungen von der Vulgärtradition sehen, bei denen es doch öfters zweifelhaft bleibt, wie weit sie bereits in seiner chronographischen Quelle standen oder von ihm selbst herrühren; zuweilen ist die letztere Ansicht sicher vorzuziehen.¹⁾

Quibus ego cum totus assentiar, gravissimo eorum quae posui utor adiumento atque chronographum, quem statui fontem Diodori, esse Castorem, iam habeo pro certo. Nam quae de chronicorum Castoris scimus natura ac dispositione ad indicem chronologicum a Diodoro adhibitum optime quadrant. Etiam apud Castorem pleni exstabant fasti consulum¹⁾, archontum Atheniensium, regum, additis olympiadibus, neglec-

1) Utrum Castor omnibus antiquissimorum saeculorum consulibus cognomina adscripserit, ex fragmentis certo diiudicari nequit. Hoc unum constat, primi liberae reipublicae anni consules eum rettulisse additis cognominibus: cf. Euseb. I p. 295 Schoen.: 'seorsum consules disponemus incipientes a Leukio Iunio Bruto et a Leukio Tarkino Collatino et in Marcum Valerium Messaliam et Marcum Pisonem desinentes . . . haec Castor'.

tis autem annis ab urbe condita. Tum eodem anno (60 ante Christum natum) uterque auctor finem ponit operi suo, ut rectissime monent Gelzer (*Bursian's Jahresb.* 1873 p. 1064) et Bornemann (De Castoris chronicis Diod. Sic. fonte Lub. 1878). Quod denique gravissimum est, esse Diodorum usum Castore et in regum Albanorum indice et in aliis enarrandis rebus, comprobavit Collmann (De Diod. Sic. font. Marb. 1869 p. 26 sq.). Atque iam brevi post editum opus chronographum summa Romae Castorem ualuisse auctoritate, inde efficit Wachsmuth, quod libris eius esse usum Varronem comprobarunt Barth (De Iubae *ὁμοιότησιν* p. 30 sq.) et Frick ('die Quellen Augustins im XVIII. Buch von de civ. dei' 1856 p. 5 sq.).

Quibus de causis eam fastorum Diodoreorum partem, qua additis cognominibus referuntur consules, desumptam esse credo ex Castoris Chronicis.

CAPUT QUARTUM

De prioribus fastorum recensionibus

Alteram postquam instauravi fastorum recensionem Licinianam, quam exhibent Idatius, Chronicon Paschale, Livius, Dionysius: iam alterum consulum iudicem — ornatum quidem cognominibus — habemus priorem fastorum Diodoreorum partem, eumque diversissimum a Macriano. Nam inde ab anno 268 ad annum 328, quo temporis spatio uterque laterculus est servatus, quadraginta consulum, qui in utroque iudice habent cognomen, duodeviginti diversa, viginti duo tantum eadem in utraque recensione gerunt cognomina, quorum tamen octo (269, 270, 287, 291, 295, 311, 312, 314) ea sunt, quae illa quidem aetate sola adhibebantur in gentibus suis.

Unde licet concludere, qualis fuerit utriusque iudicis natura et iudoles. Nam ex hisce nequaquam redire eos apparet ad unam eandemque consensu omnium receptam cognominum recensionem; quod tamen fieri non potuit, ut ubiennae plura in

gente aliqua exstabant cognomina, tam saepe inter se discreparent.

Sed cum primo capite antiquissimos fastos, quos apud omnes auctores priores innenimus, omissis cognominibus non nisi praenomina ac nomina gentilia consulum rettulisse ostenderim, primarinm enm indicem postea dnos anctores diuersos suo utrumque Marte additis cognominibus dico snppleuisse.¹⁾ Quod eo uidentur instituisse consilio, ut eandem fastorum formam per totam liberae reipublicae aetatem efficerent. Posterioribus enim temporibus cum terna legerent consulum nomina, antiquioribus quoque ut uindicarent cognomina studuerunt et ex eis, quae nouerunt gentis cuiusque, cognominibus singula elegerunt atque illis tribuerunt consulibus qui apparebant in fastis antiquissimis. Neque uidentur noua sibi excogitasse nisi eorum hominum, quorum cum esset iam pridem extincta gens, non tradebantur cognomina.

Cum autem uterque auctor suo iudicio cognomina illa adderet, necessario in multis cognominibus inter se consenserunt ac primum quidem in omnibus eis, quae unica gentis alicuius ex illa actate innotuerunt. Itaque factum est, ut in utraque fastorum recensione uocentur Macerini Geganii, Eluae Aebutii, Rutili Nautii, Mamerci (uel Mamercini) quicumque apparent ante annum 400 n. c. Aemilii, Vibulani omnes temporis antiquissimi Fabii.

In aliis casu euenit, ut ex compluribus gentis eius cognominibus idem uterque eligeret redactor. Saepe tamen id quoque accidit, ut alter hoc, alter illud cognomen maiore cum

1) Antiquiorem nominis partem in fastis quoque esse nomina gentilia, postea autem ad ea esse addita cognomina, inde efficitur, quod saepissime in rebus aetatis antiquissimae enarrandis inter se confunduntur homines, qui eodem gentili utuntur nomine, ut Quinctii Cincinnati et Capitolini, Papirii Cursores et Mugillani, Seruillii Ahalae et Structi, nunquam autem, ut in saeculis recentioribus saepissime apparet, ei uiri, qui diuersis ex gentibus oriundi eadem gerunt cognomina, ut Claudii et Postumii Regillenses, Claudii et Veturii et Papirii Crassi, Manlii et Quinctii Capitolini, Sergii et Seruillii Fidenates.

probabilitate statui putaret ¹⁾, atque hac ratione magnam fastorum in cognominibus discrepantiam ortam esse censeo.

Contra in praenominibus ²⁾ nominibusque gentilibus fere non dissentiunt, cum continerentur eis prisca, ex quibus nraque fluxit recensio, fasti.

Qua ratione sint nisi in eligendis cognominibus, optime cognoscitur in eis gentibus, quae, patriciae cum iuveniantur in fastis antiquissimae aetatis, mox sunt extinctae, quibus tamen cognomines familiae plebeiae — nullo cognationis vinculo cum priscis gentibus coniunctae — extremis liberae reipublicae vigent temporibus. Ubi cum neque exstarent stemmata neque traderentur cognomina, patriciis illis consulibus ea videntur indita esse cognomina, quae gerebant eodem nomine gentili fruentes homines plebei illius aetatis, qua sunt suppleti fasti. Ut P. Curiatius consul anni 301 appellatur Trigeminus in recensione Diodorea, quod cognomen in plebeia familia Curiatia floruit saeculo urbis conditae septimo et scriptum exstat in nummis huius aetatis. Tum Sp. Oppium decemvirum anni 304 Cornicinem dicit Livius (3, 55), quo ntebantur cognomine Oppii temporibus Ciceronis: cf. Cic. ad Att. 4, 2, 4.

Eadem ratione Aebutis patriciis cognomen Eluae videtur adscriptum esse ex M. Aebutio Elua praetore anni 586 (Lin. 44, 17).

Egregium eius rei exemplum exhibent Cloelii, cuius gentis regem sacrificulum — patricium scil. — dicit Livius (40, 42) 'P. Cloelium Siculum' anno 574 inauguratum atque flaminem 'P. Cloelium Siculum' Valerius Maximus (1, 1, 4). Ex quibus illos quoque 'Siculos' puto esse dictos Cloelios, qui consules aut tribuni consulares leguntur annis 256, 310, 376. Nam ipsum

1) Ut T. Quinctium consulem anni 323 in alio fonte invenit Livius (4, 26) cognominatum Cincinnatum, in alio Poennum cf. p. 205 adn. 1.

2) Quod praenomina nonnunquam leguntur alia in aliis fastis, non ad diversam redit memoriam, sed inde plerumque est ortum, quod praenomina singulis tantum litteris scribebantur, quae facillime poterant corrumpi. Sic saepe inter se confunduntur praenomina Marcus Manius Mamerus, Cneus Cains Kaeso, Servius Spurius Sextus, Titus Tiberius, alia.

Siculi cognomen, quod Mommsen (*Röm. Forsch.* II, 293) aliis de causis suspectum reddit, nou se peruenisse ex priscis illis temporibus ad posterioris aetatis homines testatur, quippe quod tum demum potuerit in usum uenire, cum iam arctiore quadam necessitudine cum Sicilia fuit coniuuncta respublica Romanorum, i. e. nou ante quintum urbis saeculum. Ergo quod fasti seruati iam anno 256 exhibent cognomen illud, nou ex antiqua memoria est profectum, sed serae debetur recessioni. Nam uehementius etiam erraret, qui referret cognomen ad priscos illos Siculos, quos antiquissimos Italiae fuisse incolas credunt auctores ueteres.

Atque in gentibus hisce, miuus uotis clarisque, eadem apparere cognomina iu fastis temporis antiquissimi, quae nouimus hominum multo posteriorum, eo mihi uidetur improbabilius, quod accuratius perlustratis cognominibus gentium nobilissimarum, quarum certior exstabat memoria, omnino nou tam diu eadem cognomina teueri uidemus.

Omnium eum eorum quae referuntur ante annum 350 cognomium unum Manliorum cognomeu 'Vulso' uigebat usque ad annum 576, quo consul erat A. Manlius Vulso, atque Postumiorum cognomeu 'Albus' forma 'Albius' ad septimum urbis saeculum permansit.¹⁾

Omnes reliquae gentes eaeque notissimae ac ualidissimae Corneliorum, Valeriorum, Fabiorum, Claudiorum al., illa, quibus utebantur prima liberae reipublicae aetate, cognomina cum aliis commutauerunt et plane diuersa gerunt saeculo septimo et sequentibus.

Augusti demum aetate, cum laete Romae efflorescerent studia genealogica, deuno in gentibus eis usu recipiebantur prisca illa cognomina atque aut cognomium aut praeuoninum uice adhibebantur.²⁾

1) Varus, cognomen Quintiliorum, quod est in fastis annis 301 et 351 eodem fortasse modo, quo 'Siculus' Cloeliorum, posteriore aetate additum est; nam in Macriana quidem recensione anno 301 non legitur.

2) Sunt — exempli causa — Cossus et Maluginensis Corneliorum, Camerius et Peticus Sulpiciorum, Potitus Volusus Coruinus Valeriorum, Camillus Furiorum, Atratinus Semproniorum.

Hand maiorem antiquitatis speciem prae se ferunt Graeca cognomina, quae tribuntur quarti saeculi consulibus, ut Chilonis (sic Diodorus) uel Philonis (sic Idatius et Chronicou Paschale) C. Curtii consulis 309 et Philonis Publiliorum annis 354 et 355. Galli denique cognomeu, quo appellatur P. Volumnins consnl anui 293, in gente Etrusca — nam Etruscos fnisse Volumnios certissime constat — iustam mouet dubitationem.

Egregium exemplm cognominis sero orti inditque hominibus eiusdem gentis, qui diu ante fuerant, splendidissime exposuit Mommsen (*Röm. Forsch.* I, p. 65—68). Ubi rectissime cognomeu Angnriui Miuuciorum et Geuuciorum in gentibus eis nou potuisse usnrpari monet ante annum 454, quo M. Miuucius et C. Geuucius cum tribus aliis primi referuntur esse creati augures plebeii. Tamen fasti iam inde a tertio saeculo et Genucios et Minucios edunt Augnrinos, scil. 257, 262, 263, 296, 297, 303, 304, 309, 355, 449.

Similiter clarissimum Ap. Claudium censorem anni 442, consulem 447 et 458, omnes fere quos habemus consulum laterculi nocant Caecum, cum hoc cognomen senex demum post admiistratos magistratus illos acceperit (cf. Frontin. de aquis I, 5 'aqua Appia iuducta est ab Appio Claudio Crasso censore, cui postea Caeco fuit cognomen').

In nonnullis gentibus praenomina falso pro cognominibus habentur, ut 'Mamercus' Aemiliorum, 'Volusus' Valeriorum. Parum autem probabile uidetur, unum idemque nomen eodem tempore et praeuominis et cognominis uice esse usurpatum in eadem gente. Mamerci potissimum, nel, ut alii habent auctores, Mamercini cognomeu a redactoribus puto esse deriuatum et effectum ex gentis Aemiliae praenomine Mamercus.

Praeterea qua ratione cognomina posuerint, cognoscuntur diascenastae illi in gentibus uonnullis, quarum singuli tantum in fastis referuntur consules, eique antiquissimis temporibus, ita ut iam tum extinctas eas gentes esse eluceat. Quorum cum nou potuerint comparando aut coniciendo probare cognomina, suo Marte ab ipsis excogitata tribuerunt.

Nam quod Sp. Tarpeium consulem auni 300 'Capitolinum uocant Idatius, Chrouicou Paschale, Chronographus, 'Capitolium Montanum' marmora Capitoliua, utrumque cognomen fictum esse patet ex nomine gentili Tarpeio; nam situm erat saxum Tarpeium in Capitolino monte. — T. Romilium consulem 299, decemuirum 303, Vaticanum dicunt Diodorus ac fasti Capitolini, ea opiuor de causa, quia tribus Romilia trans Tiberim uidetur sita fuisse in agro Vaticano: cf. Varr. De ling. lat. 5, 55. Tum cognomeu Tusci, quod exhibent C. Aquillii consulis 267 Idatius, Chronicon Paschale, Chronographus — a Mommseno quoque (*Röm. Forsch.* II p. 293) damnatum — ea de causa illi uidetur esse inditum, quod Aquilliam gentem Etruscam esse, ut nos, redactor quoque haud ignorabat.

Plebeiorum denique magistratum, quicunq; iuueniuntur in priore fastorum parte, cognomina uou sincera sed postea esse addita, neque plebeios omniuo usos fuisse cognominibus, cum patricii iam ea gererent, eleganti demonstrat disputatione Mommsen (*Röm. Forsch.* I, 57 et 59 adn. 91).

Atque qui sit factum, ut diuersa iuter se cognomina exhibeant eorundem consulum in diuersis fastorum recensio-nibus, exemplum ostendit gentis Claudiae. Quam gentem breui post reges exactos Romam migrasse ex Sabinis priscae tradiderunt fabulae, quarum haud ignarus alter redactor satis probabiliter sibi uidebatur statuere antiquissimorum Claudio-rum cognomeu 'Sabini', quod ubique habent Idatius, Chroni-cou Paschale, Dionysius, ita ut apud Macrum fuisse scriptum appareat. Accuratius etiam patriam gentis Claudiae alia pro-didit memoria, quippe quae oriundam diceret ex Regillis urbe (cf. Dion. 5, 40 *ἀνὴρ τις ἐκ τοῦ Σαβίνων ἔθνους, πόλιν οὐκῶν Πήγυλλον . . . Τίτος Κλαύδιος* et Suet. Tib. 1 'patricia gens Claudia orta est ex Regillo oppido Sabinorum'). Quam se-cutus alter redactor Regillani (Regillensis apud quosdam auc-tores) cognomeu antiquissimum Claudiorum posuit, quod eorum qui adhuc seruati sunt scriptorum acceperunt Diodorus et Suetonius (l. l. c. 2 'Ap. Claudius Regillanus'). Verum autem cognomeu priscorum Claudiorum uidetur fuisse 'Crassus'.

Gemellum fere exemplum comprehenditur Larciorum, quos consules annorum 248, 264 et 253, 256 Rufos dicit Chronographus ter (248, 253, 256), Flauios Idatius Chroniconque Paschale (264, 253, 256), Dionysius (264, 256), semel Chronographus (264), in cuius fonte utrumque cognomen exstitisse ex hisce cognoscitur. Utrumque tamen cognomen idem significare, scilicet rutilum capilli colorem, unusquisque nidet et diuersis recensionibus patet discrepantiam esse ortam.

Quamquam non possumus indagari omnium illorum cognominum originem, tamen uel ea quae exposui sufficere puto ad demonstrandum duas plane diuersas fastorum recensiones exhibere laterculum Liciniannm Idatii, Chronici, Liuii, Dionysii atque chronographum, ex quo prior fastorum Diodoreorum pars fluxit¹⁾; utramque autem ita esse institutam, ut ab redactoribus adderentur cognomina eis, quos enumerabant fasti antiquissimi binis tantum nominibus, consulibus. Quod quidem tam diligenter factum est, ut in pluribus eorundem hominum magistratibus eadem usque cognomina adscriberentur.

1) Neque tamen Castor, quem esse enim chronographum supra uidi-
mus, ipse putandus est recensionem illam instituisse sed aliunde accepisse.
Quo de fonte certi nil inueni; cogitavi tamen de editione annalium maxi-
morum circa annum nrbis 630 a P. Mucio Scaenola pontifice Maximo con-
fecta, qua — cum octoginta libris annales contineret — multa ab editore
esse addita iam pridem coniecerunt uiri docti (cf. Peter Hist. Rom. rel.
p. XIX). Ita fortasse cognomina quoque singula antiquissimorum consulum
adscribebantur. Cui sententiae fauere benigne monet Wachsmuthius locum
Diodori I, 4, ubi: *πάσας* inquit *τὰς τῆς ἡγεμονίας ταύτης* (sc. τῶν *Ρω-
μαίων*) *πράξεις ἀκριβῶς ἀνελάβομεν ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ὑπομνημάτων*
ἐκ πολλῶν χρόνων τετηρημένων, quibus significare noluisse Diodorum
annales maximos commemoratos apud auctorem suum chronographum, quos
tamen ipse non inspexerit. Quae mihi quoque probantur, ita tamen ut quae
Diodorus de annalibus tradit credam scripta fuisse apud ipsum chronogra-
phum, unde ex consuetudine sua immutata transtulerit eadem fere ratione,
qua libr. 31, 10 ut scias referat Diodorus Polybii 29, 21 sententias: cf. Nissen
'Ueber die Quellen der 4. u. 5. Dek. des Liv.' p. 111 sq. Denique Atticus
quoque, quem eadem fastorum recensione, qua Diodorum, usum fuisse infra
ostendam, editionem istam annalium maximorum adhibuit, ut apparet ex loco
Ciceronis (De leg. 1, 2, 6) et ut accuratius exposuit Seeck ('Die Kalendertafel
der pontifices' p. 83 sq.).

CAPUT QUINTUM

De fastis Capitolinis

Iam peruenimus ad eos, qui plenissima referunt magistratum nomina, fastos Capitolinos. Qui cum singulorum consulum exhibeant praenomina, nomina gentilia, cognomina singula, bina, terna, praenomina patrum atque auorum, propter hanc plenitudinem magna adhuc florebat auctoritate apud plerosque viros doctos. Sed ea ipsa de causa, quod tam accurate enarrat res aetatis antiquissimae, cuius paucissima tantum certa peruenisse ad saecula recentiora constat, mihi quidem suspecta redditur recensio Capitolina. Et quam maxime id me offendit, quod ipsorum antiquissimorum temporum consulibus marmora saepe bina uel terua tribuunt cognomina, cum uiderimus priores quidem auctores historicos omnino nulla, posteriores singula tantum praebuisse cognomina.

Ex ipsa nominis natura sequitur inueniturque apud omnes fere populos, antiquissimis quidem temporibus homines non usos esse nisi singulis nominibus atque tum demum, cum plures cognomines exstitissent, ad distinguendos eos alterum esse additum ad primum illud nomen. Tamen labentibus annis potuit fieri, ut ue bina quidem nomina sufficerent ad clare designandos homines; tum uoua nomina prioribus sunt adnexa, patronymica aut ex locis uel corporis ex habitudine petita, primum quidem non nisi in privato usu adhibita, postea autem recepta legitima. His ternis nominibus si quando uterentur eisdem multi homines, nouum etiam agnomen addi potuit¹⁾, nisi omnino alia nomina accipiebantur. Sed ubique cumulata nomina post multa demum saecula inueniuntur, iam exulta uita et republica populorum.

Atque plane idem in Romanis quoque nominibus com-

1) Exemplum profero gentis Romanae Corneliae, ubi continuo ordine primum nomen sic amplificatur: Cornelius — Cornelius Scipio — Cornelius Scipio Nasica — Cornelius Scipio Nasica Serapio.

prehendimus ¹⁾. Antiquissimi eum, quos uorunt fabulae, reges aliique homines singulis appellantur uominibus, ut Romulus, Faustulus e. c. Deinde ad ea alia accedebant atque alia cursu saeculorum, ita ut postremo altero et tertio post Christum uatum saeculo uel triginta octo legerentur uomina unius hominis (cf. Klein Fast. cons. p. 78).

Neque tamen tertio urbis conditae saeculo Romae iam eo peruentum erat, ut tot uominibus inter se distinguerentur cines. Mommsen enim, ut iam primo capite dixi, demonstrauit, cognomina quinto demum saeculo recepta esse constanti usu neque antea adscribi nominibus esse solita. Quod cum tam sero sit factum, uemo iam ducentis annis ante tam exultam fuisse nomenclaturam existimabit, ut binis plurimos consules uel ternis cognomiibus debnerint discernere ab aliis.

Sed quantum nos antiquissimorum uominum uaturam et rationem cognoscimus, omnino uou altero addito cognomine tum uidentur distincti fuisse; sed quicumque nouum sibi assumpserit cognomeu, illud, quod antea gesserat, plane uidetur deposuisse. Ut Valerii ex quo Messalae cognomine exornantur, Maximi uocari desierunt; ut Cornelii cognomeu Rufini abiecerunt, cum Sullae acciperent (cf. Plut. Sull. 1); Marcii unquam dicuntur Rntili, cum primum Censorini cognomen est eis inditum (cf. fast. Capit. s. a. 489). Disertis deinde uerbis hoc comprobatur locus, quem iam alia occasione laudauimus, Frontiui (de aquis 1, 5): 'Ap. Claudius Crassus censor, cui postea Caeco fuit cognomen'. Apud nullum enim auctorem Ap. Claudius utrumque simul habet cognomeu. Idem in filiis eius apparet, qui nominantur: Ap. Claudius Rufus, P. Claudius Pulcher, C. Claudius Centho, Ti. Claudius Nero. Nemo eorum praeter uouum paternum quoque cognomeu habet Caeci aut auitum Crassi, unde clare patrem deposuisse Crassi cognomen elincet, cum Caeci acciperet.

1) Conferendus est ingeniosus Mommseni commentarius, inscriptus: 'Die römischen Eigennamen' (*Röm. Forsch.* I p. 1—68), quo uir clarissimus primus nominum Romanorum naturam exposuit et patefecit.

Neque unquam reuera illud factum uidetur esse, ut ad priscum gentis alicuius cognomen alterum adiceretur duoque gererentur cognomina, postea autem primario omisso nouum solum maneret; tamen fasti Capitolini antiquissimos Seruilius eo modo exhibent. 'Priscum' enim dicunt P. Seruilius consulem anni 291, deinde 'Priscum Fideuatem' dictatorem anni 336 Q. Seruilius, tandem 'Fidenates' posteros eorum Q. Seruilius tribunum consularem 352—68, Q. Seruilius tribunum 372—385. Pari modo C. Seruilius consulem 276 uocant 'Structum Ahalam', eos autem, qui post illum leguntur in fastis, aut 'Structos' aut 'Ahalas'. Cum igitur plura singulorum nitorum cognomina antiquissima aetate haud probentur ex usu nomenclaturae, multo magis fides eorum imminuitur eo, quod tam sero apud auctores inueniuntur. Neque enim Liuius¹⁾, Dionysius, Diodorus — ne dicam scriptores illis superiores — cuiquam consuli saeculorum tertii et quarti plura tribuunt cognomina. Primus nobis cognominibus refertur 'Iunius Brutus Scaeuia' consul 429 apud Liuium 8, 29 (uel apud eum, qui hoc loco a Liuius adhibetur, auctorem), tum 'Maximus Gurgis' consul 462 apud Idatium et Cu. Cornelius Scipio Barbatus consul 456, qui tamen utrumque cognomen non gerit nisi in carmine sepulchrali, sexto urbis saeculo incipiente scripto, cum in antiquiore titulo (C. I. L. I, 29 et 30) uno Scipionis cognomine appelletur.

Neque praeter Chronographum anni 354, quem ex eodem fluxisse fonte, unde fastos Capitolinos, mox uidebimus, nullus consulum laterculus antea bina praebet cognomina. Atque Idatium quidem Chronicique Paschalis auctorem in fonte suo ex Macro petito reuera singula tantum antiquissimorum consulum inuenisse cognomina eo apparet, quod inde ab illa aetate, qua primum plura singulorum hominum in usum nenerunt, id est a quinto saeculo medio, multos consules binis referunt cognominibus ut annorum 462, 485, 494, 511, 518, 526, 528, 533

1) Quod Liuius 4, 26 dicit: 'T. Quinctius ... Cincinnatus — eidem et Poeno cognomen additur', iam supra monui, alterum 'Poeni' cognomen ex Macro petiit, alterum autem ex alio quo fonte a Liuius esse desumptum.

et saepius abhinc, cum ante annum 450 ne uni quidem consuli plura exhibeant¹⁾.

Atque illa, quae nonimus temporum historicorum agnomina — praeter adoptiva et a victis populis petita — omnia fere singulis hominibus ex corporis habitudine indita sunt, ut Magnus, Longus, Maximus, Paullulus, Calvus, Verrucosus e. c. neque ad filios hereditate pervenerunt. Plane autem alius sunt indolis ea, quae antiquissimorum consulum leguntur in fastis Capitolinis geminata cognomina; duarum enim diversarum eiusdem gentis familiarum cognomina coniunguntur, ut Vulso et Capitolinus Manliorum, utrumque ductum a loco (alterum scilicet ab urbe Volsiniis; cf. act. triumph. anni 460 'de Volsonibus et Samnitibus'), quibus duae stirpes inter se videntur distinctae fuisse. Praeterea anno 357 fasti Capitolini dictatorem dicunt (T. Quinctium Cincinnatum Capitolinum, cum ipsi antea recte duas distinxerint familias, alteram Quinctiorum Cincinnatorum (Pennorum) alteram Capitolinorum.

Cum igitur geminata cognomina non videantur existisse apud antiquiores rerum Romanarum auctores, iam existit quaestio, numdenam ea acceperint fasti Capitolini. Omnino non ad unam illos redire recensionem fastorum inde efficitur, quod coniungunt cognomina, quae duae diversae recensiones habebant Claudiorum, scilicet Sabini atque Regillensis: cf. ann. 303 et 304.

Neque petita esse possunt, quae exhibent fasti Capitolini antiquissimorum magistratum cognomina, ex illo fonte, ad quem referre solent multi viri docti omnia ea, quorum alium fontem ignorent, ex domesticis gentium commentariis et stemmatibus genealogicis. Primum enim plurimae earum gentium, quarum gentiles apparent in fastis tertii et quarti urbis saeculi,

1) Hisce quoque confirmantur ea, quae de fastis posui Idatiani: non fluxisse eos — ut videntur Mommseno — ex indice consulum, plura singulorum cognomina exhibente; neque enim casu factum est, ut rudissimus ille, qui excerpserit communem Idatii Chronicique Paschalis fontem ex Macro, singula quidem scriberet cognomina, ubi suspecta essent geminata, ac tum demum inciperet ea referre, cum reuera in usu fuisse essent iudicanda.

ipsa illa aetate sunt extinctae neque iam floruerunt tum, cum fastorum instituerentur recensiones, ita ut earum quidem non potuerint exstare commentarii¹⁾. Praeterea autem tam constanter in omnibus gentibus adhibitam videmus eandem rationem, ut non possint profecta esse nomina illa ex multis nariarum familiarum stemmatibus.

Ut tamen veram geminatorum cognominum Capitolinorum naturam perspiciamus, cum illis comparabo ea cognomina, quae eorundem consulum referunt duae illae, quas constitui, fastorum recensiones, Diodorea et Liciniana, exhibita ab Idatio, Liuio, Dionysio et in Chronico Paschali. Cum autem Diodorus non habeat cognomina nisi ab anno 268 ad annum 328, hoc uno temporis spatio trium recensioinum possumus componere memoriam. Atque sub decem omnino annis, quibus geminata leguntur cognomina in tabulis Capitolinis, et apud Diodorum et in fastis ex Macro sumptis exstant cognomina. Sunt autem haec:

285	Diod.	Albinus	Regillanus (Id. Pasch. Dion.)
	Capit.	Albus Regi(IIensis).	
290	Diod.	Regulus	Albus (Liu. Dion.)
	Capit.	Albus Regill(ensis).	
293	Diod.	Amentinus	Gallus (Idat. Pasch.)
	Capit.	Amintin. Gallus.	
295	Diod.	Curitinus	Maluginensis (Idat. Pasch. Liu.)
	Capit.	Maluginensis Ur(iti)nus.	
299	Diod.	Vaticanus	Rogus (Idat. Pasch.)
	Capit.	Rocus Vaticanus.	
300	Diod.	Fontinius	Varus (Idat. Pasch.)
	Capit.	Varus Fontinalis.	
301	Diod.	Trigeminus	Festus (Idat. Pasch.)
	Capit.	Fistus Trigeminus.	

Deinde quarti saeculi adferendus est annus 395, quo praeter consuetudinem alteri consuli addit Diodorus cognomen.

1) Quattuordecim tantum gentes patricias ad Ciceronis aetatem usque floruisse, monet Mommsen (*Röm. Forsch.* I p. 122).

- 395 Diod. Imperiosus (Capitolinus)¹⁾ (Idat. Pasch.)
Capit. Capitolin. Imperioss.

Quibus adinngo quattuor alios annos, ubi quamquam desideratur cognomen in hac vel illa recensione, tamen comparatur aliis annis, quale fuerit adnotatum enuncitur.

- 303 Diod. Regillanus (Sabinus)²⁾ (Idat. Pasch. Dion.)
Capit. (Crass. in)Regill. Sabius.
275 Diod. (Tricostus)³⁾ Rutilus (Idat. Pasch. Liu.)
Capit. Tricostus Rutilus.
305 Diod. *Τουρπίνο*⁴⁾ Potitus (Idat. Pasch. Dion.)
Capit. triumph. Poplicola Potitus.
298 Diod. Lactuca Maximus (Idat. Pasch.)
Capit. (Lactuca?) Maxumus,

nam quamvis in marmore 'Maxumus' tantum legatur, tamen in fonte additum videtur fuisse 'Lactuca'. Nepos enim huius M. Valerii in ipsis fastis Capitolinis anno 356 dicitur: '(M. Valerius) M. f. M. n. Lactucin. Maxum.' Omisit autem alterum cognomen lapicida sine errore⁵⁾ sine spatio deficiente, nam per totos fastos singulis uersibus nomina consulum continentur neque nunquam hunc modum egressum innenimus.

1) Quamquam excidit in fonte Idatii Chronicique Paschalis Cn. Manlii consulis nomen, tamen ex altero eiusdem hominis consulatu, anno 397 u. c. administrato, scriptum fuisse 'et Capitolino' elucet.

2) Quod demonstrat consulatus Ap. Claudii anno 283 commemoratus.

3) Cum Diodorus unum Tricosti uenerit cognomen Verginiorum (cf. 264, 278, 298, 300, 319), nostro quoque loco Tricostum dictum fuisse T. Verginium consulem apud chronographum Diodori admodum probabiliter mihi uideor affirmare.

4) *Τουρπίνο*, quod in Patmio quoque codice legi Fr. Vogel mihi scribit, corruptum puto esse ex *Πονπικώλας*, quo cognomine Diodorus cunctos nominat antiquiores Valerios praeter M. Valerium Lactucam consulem 298 (cf. 271 et 284 — ubi bis 'Potito' legitur apud Chronographum a. 354 — deinde 279 et 294).

5) Neglecta lapicidae haud pauca excidisse in fastis Capitolinis cognomina, quae in fonte exstiterant, et illa comprobant, quae solus exhibet Chronographus anni 354, omissa in marmoreis fastis, et luculenter apparet annis 498 et 504, ubi unus idemque homo priore quidem consulatu appellatur 'L. Manlius A. f. P. n. Vulso Longus', posteriore autem 'L. Manlius A. f. P. n. Vulso II'.

Ex duodecim hisce exemplis, qua ratione fasti Capitolini geminata effecerint cognomina, iam fit manifestum. Ubique enim idem consulis alicuius cognomen exstat apud Diodorum, quod est in laterculis Licinianis, Capitolini quoque fasti hoc ipsum unum exhibent¹⁾, ut anno 278 'Structum' Sp. Seruillii (nam quod praeterea suppleant Henzen C. I L. I, p. 425 et Mommsen ib. p. 488 Prisci cognomen non potuit esse in lapide, ut apparet ex spatio uersus deperdito); anno 282 'Fusum' P. Furii consulis (ne hic quidem spatium capit illud, quod ponunt Henzen et Mommsen l. l. cognomen alterum Medullini); tum anno 294 'Publicolam' P. Valerii et 295 'Vibulanum' Q. Fabii; quae cognomina sunt eadem apud Idatium, Liuinum, Dionysium, Diodorum et in Chronico Paschali. Ubique autem aliud praebet consulis cognomen Diodorus, aliud Liciniana recensio, in fastis Capitolinis utrumque legitur; quod quidem in omnibus cognoscitur annis, quibus geminata fastorum Capitolinorum cognomina conferri possunt cum utriusque recessionis memoria.

1) Contra me facere unus uidetur consul anni 302, qui ab Henzeno et Mommseno (l. l. p. 426, 443, 492) in textu fastorum Capitolinorum dicitur: 'P. Sestius Q. f. Vibii n. Capito Vaticanus', cum et Diodorus et Idatius eum uocent 'Capitolinum'. Sed cum iterum iterumque spectarem atque examinarem in aedibus conseruatorum locum illum lapidis, haud mihi erat dubium, quin, quod in textum receperunt fastorum editores Borghesi atque Henzen — ante eos nemo litterarum nestigia quae supersunt respexerat — TITIANVS reuera non exstiterit in marmore. Quae Romae animaduerti nunc confirmari uideo et ectypis chartaceis, quae sumpsi fastorum, et picta eorum imagine. Post CAPITO enim euidenter conspicitur punctum, quod ipse adnotat Henzen p. 443, et post illud superior hastae directae superest pars ante fractum lapidem. In altero fragmento extremam cognoui nominis litteram esse 'S' et tertiam a fine 'N'. Quae litterae cum maiore quam plurimorum uersuum reliquorum inter se distent intervallo, omnino non capit spatium litteras VATICANA. Cognomen Sestii fuisse 'Capitolinum', non 'Capitonem' ex Diodoro Idatioque intellegitur, itaque existimo lapidam primum quidem pro ignoto sibi cognomine Capitolini frequentissimum, quod nouit suae aetatis, Capitonis insculpsisse, ita ut fuerit incisum CAPITO-; cum autem postea errorem animaduertissent, siue ab eodem siuo ab alio quo lapidario additum esse LINVS et sic rectam nominis formam prodidit 'Capitolini'.

Iam igitur ortam esse recensionem Capitolinam apparet contaminatis fastis eis, quorum partem seruauit Diodorus, atque Licinianis. Utramque eum fastorum recensionem, cognomina consulum exhibentem contulisse uidetur auctor Capitolinus atque ea, quae in utraque legit, ipse posuisse cognomina, cum discrepantibus illis inter se incertus ueri utrumque auctorem secutus bina referret cognomina, eadem ratione, qua nostra quoque aetate satis multi uiri docti, quoties diuersa apud diuersos auctores tradita sunt Romani alicuius consulis cognomina, neutrum auctorem spernentes utrumque cognomen illi inditum fuisse coniciunt¹⁾.

Neque tamen malo dolo fecisse putandus est redactor, sed bona fide ut utriusque memoriae haberet rationem geminata cognomina effecit. Cum autem in conflandis recensionibus non uideret, idem saepius cognomen diuersa tamen forma in utraque referri, accidit, ut cognomina idem significantia Sabinum et Regillensem Claudiorum, Rufum et Flauum Larciorum coniuncta componeret. Rationem istam redactoris quam luculentissime comprehendimus anno 299, ubi cum C. Veturius consul dicatur 'Cicurinus' in fastis Diodoreis, omisso cognomine apud Idatium, ipsi fasti Capitolini uno tantum Cicurini cognomine eum appellant, quamquam reliquos omnes, quicumque apparent in fastis ante annum 400, Veturius binis referunt cognominibus, antea quidem Geminos Cicurinos, post Crassos Cicurinos²⁾. Simile quid accidisse censuerim annis 355 et 356

1) Mommsen (*Röm. Forsch.* II p. 233 adn. 15) et Hirschfeld (*Hermes* IX p. 95) L. Papirium consulem anni 435, quem alii nominant auctores Mugillanum, alii Cursorem, utroque cognomine esse usum putant, quamquam luculenter demonstrant loci Liuui (9, 15 et 8, 23) ex diuersis fontibus cognomina illa ab eo esse sumpta Papirii.

2) In actis triumphalibus anni 292 alterum quoque 'Cicurinum' cognomen incisum fuisse, quod Henzen supplet, ex litterarum deperditarum numero cognoscitur. Moneo Diodorum usque Cicurini exhibere cognomen (cf. 292, 299, et Chron. 255 et 260), fastos contra Licinianos priores dicere Veturius Geminos (cf. 255 Id. 260 Chr. Pasch., 292 Liu. Dion.) posteriores autem Crassos (cf. 337 Liu.), ita ut ex his quoque ea, quam dixi, contaminandi ratio perspiciatur.

u. c. in nominibus Pobliliorum tribunorum consularium. Quorum alterum, Lucium, Liuius, secutus Macrum ut uidetur, nominat: 'Volsco(nem?)' anno 355, alteri autem Voleroui, anni 356 tribuno, non adscribit cognomen. Quam ob causam fasti Capitolini posteriorem quidem nno Philonis cognomine, quod in Diodorea recensione exstitisse puto, significat, priorem autem uocat Philonem Vulscum, utramque respiciens traditionem.

Atque adhibitam arbitror Macri quidem recessionem in priore tantum fastorum Capitolinorum parte usque ad quintam urbis saeculum, cuius aetatis in plurimis reliquis fontibus sine cognominibus exstabant consules. Nam inde nonnulla leguntur apud Idatium et in Chronico cognomina, quae desunt in Capitolinis fastis, scilicet 440 Samuis, 492 Albinus, 511 Longus, 520 et 526 Rnga, 528 Maximus. Videtur igitur Macro usus esse auctor Capitolinus non nisi propter plenitudinem, qua antiquissimorum consulum referebat Macer cognomina, tum autem, cum ceteri quoque auctores cognomina exhiberent consulum, inde ab anno 450 fere, eadem ratione eum abiecissem, qua Liuius Licinium, quem ipse in prima decade saepe sequitur, in posterioribus omnino neglegit.

Haud tamen scio an alia quoque pari, quo cognomina modo ex duobus diuersis illis fastorum recessionibus sint conluta a redactore Capitolini laterculi. Supra enim eo inter se discrepare exposui Licinianam atque Diodoream fastorum recessionem, quod anni 276 alterum consulem appellant (C. Serginum) [Esquilinum] Idatius et Dionysius, C. Seruilium [Structum?] Diodorus et priscus quem Liuius ibi sequitur annalium scriptor; contra in Capitolinis fastis Seruilium referri consulem ordinariam, Sergium suffectam. Cum uero antiquissimis illis temporibus omnino non fuisse magistratus suffectos iam constet, non possunt esse uera, quae tradunt marmora Capitolina. Quem errorem eo ortum esse existimo, quod auctor non animaduertit idem utrique recessioni subesse nomen, deprauatum tamen in altera. Cum igitur incertus haereret, utri maiorem tribueret fonti fidem, ea de causa, ut solebat differentibus inter se cognominibus, et Sergium et Seruilium rettulit anni eius

consules, et alterum quidem suffectum, cum tres ordiuarios non posset edere.

Ex quibus quanta sit aestimanda eorum cognominum, quae in fastis legimus Capitolinis, fides clare elucet. Profecto non dignae sunt qua adhuc florebant auctoritate tabulae Capitolinae, neque enim propriam integramque fastorum praebent recensionem, sed duas alias ipsas iam auctas et suppletas miscent. Ubi igitur eae sunt seruatae recensiones, ipsis potius utemur, quam deriuata ex eis Capitolina. Ubi uero desiderantur aut Diodori aut Idatii fasti, quae apud eos fuerint cognomina exhibita, cognoscere poterimus ex marmoribus Capitolinis. Quoties enim in eis singula tantum sunt adscripta cognomina, eadem etiam in utraque priore recensione legebantur, quoties autem geminata exstant in recensione Capitolina, fasti deperditi illud cognomen habuisse sunt putandi, quod nou iuueuitur in ea quam habemus recensione.

Iam affinitatis quoque apparent causae, quam intercedere inter fastos Idatianos et Capitolinos ne ipse quidem negauit. Neque enim, ut putat Mommsen, ex Capitolinis fluxere illi fasti, quos reddunt Idatius Chroniconque Paschale, sed contra ipsa recensio Liciniana alter est fons indicis Capitolini, isque integrior, quia plane caret cognominibus istis falso geminatis.

Haud maiorem quam cognominum auctoritatem duco uotarum genealogicarum, quae antiquissimorum magistratuum nominibus adscribuntur in fastis Capitolinis patris atque auu enumerantes praenomina. Nam primum quidem teueudum est, in neutro fonte fastorum Capitolinorum, neque in Liciniana uel in Diodorea recensione, exstitisse istas adnotationes, ut manifesto docent quas illarum habemus reliquiae. Neque in antiquissimis, uel utraque recensio fluxit, fastis patres et auos consulum relatos fuisse, ex multis cognoscimus fragmentis annalium, qui ipsi antiquissimos fastos sine cognominibus receperant. Primum enim, quod inueuerim, exemplum additi praenomina paterni, aediles curules adfero anni 455 Cn. Domi-

tium Cu. f. Caluuium et Sp. Caruilius Q. f. Maximum¹⁾. Neque gentium uobilium stemmata commentariosque ex priscis illis temporibus seruata propagiues eas suppeditauiſſe arbitror faſtorum Capitolorum auctori, quamquam uou ignoro pleroſque uiros doctos aliter hac de re ſentire. Alio enim loco pluri-
mas earum gentium, quarum nomina in faſtis priorum ſaeculo-
rum leguntur, diu aute redactoris aetatem exſtinctas fuiſſe
oſtendi, ita ut de illarum quidem rebus genealogicis uil per-
uenerit ad ſcriptores Romanos. Atque haud paucae earum
omnino uou apparent in faſtis uisi ante urbis a Gallis captae
iucendium, quo periſſe uulgo putantur antiquiſſima monumenta
litteraria. Ude igitur earum gentium stemmata — maxime cuius
gentis ſinguli tantum conſulatum gesserunt homines — ſiut
hausta, fruſtra quaeritur. Tamen plenissime a quo quiſque or-
tus ſit patre et auo Tarquitius, Tarpeius, Romilius, Seſtius,
Aternius, Maclius, Gegauius, Horatius, Titinius, Lucretius, Me-
nenius, Verguius e. c. traditur in marmoribus Capitolorum, quam-
quam nullum earum gentium exſtat ueſtigium poſt annum
400 u. c.

Sed ne earum quidem gentium, quae ad extremam uſque
liberae reipublicae aetatem florebant, commentarii domeſtici
et genealogici reuera redierunt ad ipſa illa tempora, quorum
euarrabant res et homines, ſed multo poſt demum uidentur
eſſe conſcripti. Nam qualem eorum deſcribunt iudolem auc-
tores ueteres ſtudiumque ſuarum gentium gloriam falſis tri-
umphis et conſulatibus augeudi, ſeram prae ſe fert originem.
Primum uero Ap. Claudium (ſcilicet Caecum, conſulem anni
458: cf. p. 179) Pliuius u. h. 35, 12 dicit 'poſuiſſe in Bellouae
aede maiores ſuos'. Tameu clariffimas gentes patricias Cor-
neliam, Fabiam, Aemiliam ue ſeptimo quidem ſaeculo extremo
antiquiſſimorum gentilium ſuorum habuiſſe stemmata, ex loco
Cornelii Nepotis elucet (Att. 18), ubi legimus 'quod difficil-
limum fuit, ſic familiarum origiem ſubtexuit, ut ex eo cla-

1) Haud eſt praetereundum ſilentio, inter ſe eo diſcrepare Piſonem
actaque Capitolorum triumphalia ſ. a. 461, quod Sp. Caruilli pater Quintus
dicitur a Piſone, Caius in actis.

rorum uirorum propagines possimus cognoscere' et paullo post: 'pari modo (sc. 'familiam a stirpe ad hanc aetatem ordine enumerans, notans qui a quoque ortus, quos honores quibusque temporibus cepisset') Marcelli Claudii (sc. rogatu) Marcellorum, Scipionis Corneli [Corneliorum]¹⁾ et Fabii Maximi Fabiorum et Aemiliorum'. Quod cur fecerit nec sine negotio fecerit Atticus, si exstitissent in gentibus illis stemmata inde ab antiquissimis consilibus exorsa, equidem non nideo. Itaque facere non possum, ut sinceram stemmatum memoriam antiquissima aetate in gentibus nobilibus credam exstitisse, quamquam non nego inde ab illis temporibus, quibus efflorescere coeperunt litterae atque studium res a maioribus gestas noscendi, diligenter mandatas esse litteris propagines gentilium.

Accedit, quod omnino non ab initio sunt soliti Romani praenomen paternum nomini adscribere. Neque enim in illis testimoniis, quae ad antiquissima monumenta redeuntia collegi in primo capite dissertationis huius, ullum exstat additum praenomen paternum aut anitum. Antiquissimi qui sunt scrutati tituli, tertio fere ante Christum saeculo oriundi, patris tantum produnt nomen. Quod innenimus iam in duobus prioribus Scipionum titulis (C. I. L. I, 29 et 31), in tabula P. Cornelii L. f. consulis (anni 518, ut probabiliter conicit Mommsen ib. p. 22) atque in antiquioribus Furiorum inscriptionibus Tusculanis et saepins²⁾. Praeter patris aui quoque praenomen non

1) Codices Nepotis ita exhibent locum eum: 'Marcelli Claudii de Marcellorum, Scipionis Corneli et Fabii Maximi Fabiorum et Aemiliorum'. Ubi tamen post 'Cornelii' 'Corneliorum' excidisse puto, nam Scipionem gentis Fabiae atque Aemiliae sibi expetuisse enarrationem parum mihi uidetur uerisimile. Fabius autem — i. e. Q. Fabius Maximus consul anni 707 — cum esset pronepos Q. Fabii Aemiliani, abnepos L. Aemilii Pauli (cf. Du Rieu de gent. Fabia Lugd. 1856 p. 449) non sine causa utriusque gentis historiae studuit; quid tamen Fabia et Aemilia gentes ad Scipionem pertinnerint, non intellego; nam unum, qui ortus est e gente Aemilia, Scipionem, minorem Africanam, non reliquisse liberos constat. Certe facillime, ut post nocem 'Cornelii' nomen excideret 'Corneliorum', apparet fieri potuisse.

2) Patris adscribitur nomen etiam in antiquissimo titulo Falisco, quem cum ipse Romae contulisset in museo Kircheriano seruatum, nuper, qua

legitur adscriptum in titulis ante sextum medium urbis saeculum; prima exempla inueni in titulis M. Fuluii M. f. Ser. n. cos. (ann. 565) C. I. L. I, 534, in columnis miliaris M. Aemilii M. f. M. n. Lepidi cos. 567 (ib. 535—537), in uno Furiorum titulo (ib. 71) et in tabula L. Cornelii L. f. P. n. Scipionis, quaestoris anni 587, mortui circa annum 593 (ib. 35).

Cum igitur tam sero auitum nomen addi coepisset, plane abiiciendae et spernendae illae sunt, quas exhibent fasti Capitolini antiquissimorum consulum de maioribus notae, quippe quae ne ex titulis quidem effectae esse possint existimari. Quoniam autem omnes antiquiorum consulum notae genealogicae plae eandem habent naturam eademque sunt confectae ratione, non ex uariarum gentium stemmatibus titulisque prodiiisse, sed eodem cunctae ortu generatae esse sunt arbitrandae. Atque omni eas carere auctoritate clare cognoscemus, si perlustrauerimus quae ex ipsis efficiuntur gentium antiquissimarum stemmata. Quae quamquam paucarum tantum gentium integra possunt constitui, maiore tabularum parte deperdita, tamen sufficiunt ad demonstrandum, quanti sint aestimanda.

Exempli causa stemma examinabo, quale constituit gentis Seruilliae ex fastis Capitolinis Eduardus Lübbert (de gent. Seru. comm. dom. Kil. 1875 p. 4), ita tamen ut eos solos respiciam, quorum propagines produnt fasti Capitolini. Sunt autem:

P. Seruilius [Priscus *Id. Pasch. Dion. Structus Chron.*] cos. 259.

Sp. Seruilius Structus [*Cap. Chron. Diod. Pasch.*] cos. 278.

P. Seruilius Sp. f. P. n. Prisc... [Priscus *Cap. Chr. Id. Pasch. Dion. Structus Diod.*] cos. 291.


Q. Seruilius P. f. Sp. n. Priscus Fidenas dict. 319 et 336.

.Q. Seruilius Q. f. P. n. Fidenas trib. mil. 352—368.

Q. Seruilius Q. f. Q. n. Abala cos. 389—412 dict. 394 mag. equ. 403.

est comitate, mecum communicauit Eugenius Bormann, edendum in undecimo Corporis inscriptionum nolumine sub numero 3081. Exstat enim in illo a dextra ad sinistram perscripto uersu altero: 'La(rs) Cotena La(rtis) f(illus)'; eadem ratione alter titulus (ibid. 3156 a) et ipse antiquissimus habet: 'Hirmio(s) M(arci filius) Ce(so) Tertineo C(ai aut C-sonis) f(ill.)'.

Tum alterius Seruilliorum stirpis idem uir doctissimus in dissertatione De gentis Quinctiae comm. domest. (Kil. 1876 p. 16) effecit hoc stemma:



Quibus in indicibus genealogicis haec potissimum me offendunt atque auctoritatem originum illarum uidentur imminuere:

Primum prorsus in eis negligitur ratio temporum; nam longe breuiora, quam ex natura et aetate humana consentaneum est, intersunt temporis interualla inter patrum et filiorum magistratus. Vulgo aetatem humanam triginta trium annorum solemus computare, ut centum fere anni intersint inter uiri alicuius proauum atque ipsum. Eundem fere numerum praecleara disputatione ex fastis strategorum Tauromenitarum effecit Eugenius Bormann (fast. Taur. reliqu. descr. et ed. Marb. 1881 p. XVIII), qua annis 33, 8 uel 34, 4 post patres filios esse functos magistratibus demonstrat. Ex ipsis dein Capitolinis fastis, eis quae referuntur certae incorruptaeque notis genealogicis inde ab sexto fere saeculo inter se collatis, effeci medios, quos dicimus, annos tricesimum tertium ad quintum. Qua cum ratio-

1) Nescio an hic P. Seruilius fuerit relatus in fastorum Capitolinorum parte deleta consul anni 327. Ubi cum C. Seruilius dicant Diodorus et Liuius, tamen apud Liuium quidem antea scriptum fuisse Publium inde concludo, quod hoc praenomine Seruilius uocat Cassiodorus in epitoma, quam in consulum praenominibus praestantiorem saepe memoriam exhibere constat antiquissimorum codicum Liuianorum. Accedit, quod Plinius quoque (n. h. 7, 103) P. Seruilius magistrum equitum nominat, ceteroquin ignotum, nam apud Liuium non nisi Caii Seruili referuntur magistri.

debet mouere dubitationem; nam si origines consulum, quales exhibent fasti Capitolini sexto uel septimo saeculo, accuratius examinauerimus, multos eorum, qui enumerantur patres aut aui consulum, etiam nobilissimarum gentium, omnino non functos esse inueniemus summis in republica magistratibus. Atque ex ipsa rei natura necessario hoc sequitur, eum haud pauci illorum mortui esse sint putandi priusquam ad consulatum peruenerint, alii autem siue corporis nituis infirmaeque ualitudine siue aliis de causis impediti omnino non petiisse magistratus. Valde igitur est mirandum, antiquissimis temporibus continuo ordine stirpes quasdam summos administrare magistratus neque quemquam ex eis hominem iuniorem decessisse, quam cui sit oblati magistratus curulis. Neque minus ipsa illarum stirpium paucitas offendit praesertim cum multo plures etiam tum floruerint gentes patriciae, uterque consul creatus sit patricius, maiori hominum numero licuerit accedere ad publica negotia, quaternis uel senis uel octonis singulis annis creatis tribunis militum consulari potestate.

Neque igitur ullam tribuerim fidem notis genealogicis illis, quas adscribunt fasti Capitolini, immo confectas dico ab inferioris aetatis fastorum redactore, qui qua ratione effecerit genealogica sua antiquissima, non iam esse dubium censeo. Composuit enim stemmata ex ipsis fastis suis ita, ut singulis consulibus eos daret patres et auos, qui eiusdem gentis illis praecederent consules in indice eponymorum. Quo quidem modo effecit, ut ei soli legerentur in originibus, qui summos magistratus administrauerant; neque potuit fieri, quin saepe neglegeretur temporis ratio, cum modo eodem decennio, modo quinquaginta annorum interuallo interposito bini eiusdem gentis in fastis exstarent consules. Ubi autem gentis alicuius singuli tantum in fastis apparebant consules, ipsum sibi excogitasse elucet, quae adderet, praenomina paterna et auita. Neque aliena uidetur esse ea negligentia et praua concipiendi ratio ab illa imagine, quam effecimus redactoris Capitolini ex contaminatis ab eo cognominum recensionibus. Accedunt alia quoque eminentiae genealogiae uestigia; nam

anno 386 falsam propagiensem 'C. f. C. n.' Sp. Seruilio tribuno consulari Lübbert (l. l. p. 17) egregie ostendit tributam esse ea de causa, ut clarissimus Sp. Maelii percussor C. Seruilius Ahala proauus diceretur posteriorum Seruuliorum.

Postremo eo quoque quam maxime offeudor, quod haud raro diuersae eiusdem gentis stirpes in stemmatibus confunduntur neque respiciuntur earum, quibus iuter se differebant, praenomina et cognomina; ut in Seruuliorum indice utriusque familiae homines eisdem cognominibus Structo Ahala Prisco promiscue utuntur, atque ex Fidenate Ahala, ex Ahala Structus ortus esse significatur.

Quae me permouent causae, ut notas genealogicas, quas legimus consulum in tabulis Capitolinis, eadem ratione, qua cognomina, non profectas esse dicam ex antiquissimae aetatis memoria, sed ab illo, qui recensionem istam iustituit, effectas existimem.

CAPUT SEXTUM

De fastis Chronographi anni 354

Extremi, de quibus mihi est agendum, illi sunt fasti consulares, quos legimus apud Chronographum anni 354. Neque uero de eis tam multa mihi sunt facienda uerba, cum totus fere assentiar illis, quae de fastis Chronographi egregie disputauit Mommseu (C. I. L. I p. 483 et *Röm. Chron.* p. 107). Nam ue mihi quidem est dubium, qui redeant ad exemplum fastorum plane gemellum Capitolini. Neque enim aliter explicatur utriusque laterculi consensus in multis nominibus falso scriptis aliisque in erroribus. Excerptus autem est index Chronographi ex fastis, siugulorum consulum nomina primo casu exhibentibus, cum saepe uominatiuus apud eum legatur, ubi quaenam ablatiua uominis esset forma ignorabat excerptor; cf. Volso 280, 354, 358; Fidenas 325, 330, 357, 372, 376, 385; Mento 323; Priuernas 425; Aruinas 423; Saberio 450; Laenas 404, 406; Dorsuo 409; Cerco 513; Philo 415, 434 multaque alia nomina.

Tum in fonte chronographi multi consules, pari modo atque in marmoribus Capitolinis, binis exhibiti erant cognominibus, ut inde apparet, quod saepe eundem hominem alio refert Chronographus cognomine in altero consulatu, quam quo eum dixerat in priore. Pro negligentia enim sua, cum ex geminis singula eligeret cognomina, non respiciebat reliquos eius, quem scripsit, viri magistratus. Itaque T. Quinctium, quem in fonte appellatum fuisse 'Capitolinum Barbatum' manifesto cognoscitur, ipse Chronographus in sex consulatibus ab eo administratis dicit:

consul I	283: Barbato.
consul II	286: Barbato II.
consul III	289: Capitolino.
consul IV	308: Barbato III.
consul V	311: Barbato V.
consul VI	315: Capitolino VI.

Aeque Ap. Clandius refertur: 283 Inreliense, 303 Sabino II, 304 Sabino III; Sp. Larcus: 248 Rufo, 264 Labo II (pro Flauo); L. Lucretius: 363 Tricipitino, 371 Flauo III, 373 Tricipino; T. Quinctius: 400 Capitolino, 402 Penno II; C. Poetelius, cuius primum consulatum errore omisit chronographus, in altero appellatur (408) Visulo II, in tertio (428) Libone III. Certam rationem in eligendis cognominibus non est secutus chronographus, nam cum sexages ter in fastis Capitolinis exstent adhuc bina aut terna consulum cognomina, chronographus quinquies decies primum eorum refert, quinquages alterum, ter tertium.

Dein genealogicas quoque notas in illis, ex quibus hansit chronographus, fastis adscriptas fuisse inde cognoscitur, quod ei 'nepos ubicunq; plene scribitur, pro cognomine est' (Momm- sen l. l. p. 483).

Neque tandem solos consules enumeratos fuisse dico in fonte Chronographi, sed dictatores ¹⁾ quoque et magistratos equi-

1) Dictatores omnes enumeratos inuenisse in fonte suo chronographum inde cognoscimus, quod anno 453 — quo, non exstantibus apud auctorem consulibus, dictatores refert — utriusque iterati magistratus adscribit numerum. Praeterea ipse chronographus ad annum 705 adnotat: 'hoc usque dictatores fuerunt'.

tum, ut in fastis Capitoliniis. Quod cuim falsos saepe nominibus legimus adscriptos numeros repetiti magistratus apud Chronographum, eo uidetur ortum esse, quod nonnumquam reliquos quoque eiusdem hominis praeter consulatum magistratus, dictaturam aut magisterium equitum, perperam complectitur numeris. Sic A. Cornelio Cosso, consuli primum auuo 411 numerum aduocat 'III' atque ea quidem de causa, ut opinor, quia idem Cossus magister equitum exhibitus erat in foute Chronographi auuis 401 et 405. Certissimum huius erroris exemplum est Appii Claudii, quem cum fuerit consul annis 283 et 303 illie quidem 'Ireligieuse' et 'Sabino II', decemuirum autem anni 304 dicit Chronographus 'Sabino III'. Idem factum est in hisce:

- C. Iunius Brutus: consnl 437 'Bruto'
 consul 441 'Bruto II'
 (magister equitum 442)
 consul 443 'Bruto IIII'.
- C. Seruilius: tribun. cons. 346 (Structo); cf. 347 et 352
 (magister equitum 346)
 tribun. cons. 347 'Structo III'.
- Q. Fabius Maximus Rullianus:
 consul 432 'Rulliano'
 [dictator 439]
 consul 444 'Tulliano IIII'.
- L. Papirius Cursor: [magister equitum 414]
 consul 428 'Cursore II'
 idem postea consul iterum anno 434 'Cursore II'
 [magister equitum 434]
 consul 439 'Cursore IIII'.

Alio loco L. Papirii Crassi et M'. Papirii Crassi magistratus una continua serie numerat chronographus:

- L. Papirius Crassus consul 418 'Crasso'.
 [M'. Papirius Crassus dictator 421]
 L. Papirius Crassus consul 424 'Crasso IIII'.

Postremo quam fuerint Capitolinorum similes illi fasti, ex quibus excerptus est iudex Chronographi, mirus quem commisit Chronographus in nominibus consulum anni 631 docet error. Ubi enim quod legitur 'Metello et Appellate' pro 'Metello

et Flaminiuo¹ sine dubio ab imperitissimo epitomae auctore corruptum est ex uerbis: 'Q. Caecilius . f. . n. Metellus qui postea Balearicus appellat. e.', quales notas multis locis nidemus adscriptas nominibus in tabulis Capitolinis. Itaque iam pro certo posse statui pnto, quod affirmat Mommsen, eiusdem recensione, cuius habemus fastos Capitolinos, alterum exemplum esse fastos Chronographi. In eo quoque adstipnlor uiro illustrissimo, quod ex ipsis, quae seruata adhuc snnt, marmoribus flnxisse eos negat, sed petitos esse ex pleniore aliquo exemplo dicit. Cuius rei testes profert cognomina aliquot, quae cum desint in laterculo Capitolino, exhibentur a chronographo¹). Eadem ratione quaedam a tabularum Capitolinarum lapicida falso incisa, recte reddit Chronographus; neque enim casu accidit, ut, cum in marmore legamus nomen P. Volumnii consulis 293 'Amintin.', apud Chronographum exstet 'Amentino', quam formam confirmat Diodorus, consulem dicens Πούπλιος Ούολούμνιος 'Αμεντινος.

Descriptos igitur arbitror fastos Chronographi ex ipsarum Capitolinarum tabularum fonte, ita ut, ubi perierunt marmora Capitolina, ex Chronographo, quae illa tradiderint nomina, cognoscamus.

CAPUT SEPTIMUM

De recensione Capitolinae auctore

Cum eis, quae hucusque disserui, ostenderim qua ratione ortos esse putem fastos Capitolinos atque a docto homine aetate liberae reipublicae extrema ex duabus, quae circumferebantur, fastorum recensioneibus in unum esse coactos statuerim,

1) Quibus addo cognomen Rufi, quod exstat apud Chronographum consulis Ser. Cornelii Lentuli anni 451; nam quamquam Henzen et Mommsen (C. I. L. I p. 433, 445, 516) in fragmento Capitolino post LENTVLVS suppleunt 'Rufus', tamen in lapide ne nram quidem litteram praeterea scriptam fuisse eo loco, et Romae, cum describerem fastos, adnotari in margine et nunc ex ectypo chartaceo cognosco.

iam operae uidetur pretium explorare, quisnam ille fuerit reductor Capitoliius. Priusquam tamen ad ipsam adgrediar quaestionem, paucis, quid de consilio atque genere fastorum Capitolinorum sentiam, iuuabit enarrare.

Post egregiam Mommseni disputationem, quae continetur altero uolumine operis inscripti '*Röm. Forsch.*' p. 58—85, non iam potest dubitari, quin quos habemus marmorum Capitolinorum fastos consulares, incisi sint inter annos nrbis conditae 718 et 724. Neque tamen auctorum ueterum ullus de extractis illis quidquam refert neque omnino mentio fit eorum in libris historicis. Quod eo magis uidetur mirandum, cum fuerint collocatae tabulae in parietibus regiae ad forum sitae loco frequentissimo, ubi non potuerint latere homines curiosos. Tum uix sunt putandi fasti, cum multo pleniora exhiberent consulum nomina quam reliqui indices, tam fuisse ignoti aut neglecti, ut plane praeterirentur silentio a scriptoribus. Neque nomen illius prorsus potuit sileri, qui composuit opus tam doctum specie atque diligens, ea potissimum aetate, cuius multa norimus nomina auctorum longe leniorum. Quam fastorum Capitolinorum obliuionem aliter expediri nego, nisi statuamus, non esse recensionem Capitolinam tum primum institutam, cum regiae adfigerentur tabulae, sed descriptam tantum aut excerptam esse in commodiorem ciuium usum ex libro aliquo omnibus notissimo, praeter quem neminem uidelicet marmoreum illud exemplar laudare, non sit cur miremur. Quibuscum conuenit, quod supra nidimus non archetypum seruatum esse fastorum Capitolinorum, sed ex pleniore exemplo et nostros esse descriptos et eos, quos praebet Chronographus. Praeterea aliunde esse haustos fastos Capitolinos hac quoque de causa licet conicere, quod nonnullis annis uerbosioris quondam textus appareat uestigia, adnotata bella aliaeque res illustres. Sed cum multa eorum desiderentur, ut bellum Numantinum, bellum ciuile, bellum Mithridaticum omniaque bella ante sextum urbis saeculum gesta, non possunt in his tabulis primum esse adscripta.

Ut uero librum illum, unde fluxerunt fasti Capitolini, efficiamus, ea notanda esse existimo, quibus differunt a ceteris,

antea adhibitis fastorum recensionibus, quibusque priores eas superant. Ac superiore quidem tempore haud dubie innotuerunt fasti consulares, fasti censorii alique, neque tamen ante Capitolinam recensionem uarios illos magistratus, tempore minime inter se consentientes, in unum esse redactos corpus continua annorum serie, certum exstat indicium. Nam apud omnes auctores antiquiores — Linium quoque dico et Dionysium Diodorumque, quippe qui integram fere annalium reddant memoriam — constanti ordine soli consules enumerantur, cum censores, dictatores, magistri equitum non appareant nisi praeclare quid ab eis gestum narratur. Contra primi fasti Capitolini ea ratione magistratus ordinauisse uidentur, ut consulum indici dictatores, magistrus equitum, censores intexerent, atque censores quidem, quorum magistratus ad binos annos pertinebat, eis annis, quibus inirent magistratus.

Deinde multo pleniora singulorum hominum nomina legi in Capitolinis fastis quam in ceteris, binis uel ternis additis cognominibus, iam accuratius exposui.

Alterum, quod nonum atque ignotum antiquioribus exhibet Capitolinus laterculus, notae sunt genealogicae, patres et auos magistratum euentiantes. Ex quibus quae ad antiquissima tempora pertinent, eas docti alicuius uiri debere studiis, quinto mihi uideor comprobasse capite. Neque enim studia ea ante Ciceronis aetatem Romae colebantur. Pari modo eae notae, quibus cognomina nonnulla in fastis Capitolinis explicantur aut significantur, ut 'qui in hoc honore Venox (442), Censorin. (489), Messalla (491) appellatus est' et 'qui postea Censorinus (444 et 460), African. (549), Asiaticus (564), Callaicus (615), Felix (666), Isauricus (675) appellatus est', a docto litterato additae esse intelleguntur.¹⁾

Tertium deinde quod proprium sit Capitolinis fastis dico breuiter adscriptas quibusdam annis res, bella potissimum, scilicet 489 'bellum Punicum primum', 528 'bellum Gallicum Cisalpinum',

1) Illud quoque, quod legitur in fastis Capitolinis anno 575 'hei fratres germani fuerunt' auctori tribuo, qui gentium nobilium res genealogicas perscrutabatur, neque in fastis primariis exstitisse arbitror.

553 'bellum Philippicum', 562 'bellum Antiochinum', 582 'bellum Persicum', 604 'bellum Punicum tertium', 663 'bellum Marsicum'. Ad eius modi adnotatum redire illud quoque puto, quod habet Chronographus anno 475 'Saberno et Pirrico', pro 'Sauerrione et Mure'. Ubi subesse 'Pyrrhicum' recte animaduertit Bröcker ('Untersuch. über d. Glaubw. d. altröm. Gesch.' p. 333), tamen quod ortum esse sibi persuasit errorem occiso altero consule in bello Pyrrhico, non probo, sed potius refero ad 'bellum Pyrrhicum' notatum in fonte Chronographi tribus annis ante.¹⁾ Quae adnotationes cum alienae sint a ueris fastis, qui praeter magistratum nomina res non exhibent enarratas, non ex simplici nominum indice transcripti sunt fasti Capitolini et Chronographus, sed ad pleniorum librum redeunt. Annales autem aut ueriores historiam fontem illum fuisse nego. Immo forma concisa, qua singulae referuntur res, potius indicat tabulam chronologicam, ubi suo quaeque anno breuiter notatae erant res illustres historiae Romanae. Atque ex tabula tali excerptos esse fastos Capitolinos ac Chronographi, comprobant praeter bella adscripta reliqua pauca, quae nonnullis annis breuiter referuntur, facta clariora, ut anno 381 dissensionem inter patres et plebem de consulibus plebeiis creandis enarratam legimus sic: '(consules e pl)ebe primum creati coepti', ubi omissum uerbum 'sunt' prorsus tabularum redolet genus scribendi. Eadem breuiloquentia ad annum 386 adnotant fasti Capitolini de primo plebeio creato magistro equitum 'primus e plebe' et de primo plebeio consulum collegio ad annum 582 'ambo primi de plebe'. Clarissima P. Decii Muris consulis mors duobus uerbis enarratur ad annum 459 '(s)e deuouit'.

Chronologiam uero sequuntur fasti Capitolini eam, quam constituerunt circa annum urbis septingentesimum Atticus atque Tarutius (cf. prae ceteris Matzat *Röm. Chron.* I p. 345), ita ut intra uiginti quinque fere annorum spatium ortam esse recen-

1) Secunda codicis Vindobonensis manus ad annum 512 adnotat: 'f. belli p.' (finis belli Punici); quod cum desit in reliquis libris manuscriptis, non licet affirmare, fines quoque bellorum in communi Chronographi et fastorum Capitolinorum fonte fuisse relatos.

sionem Capitolinam possimus affirmare, scilicet post annum fere 700 n. c. et ante annum 724, quo iam fuisse insculptum illud, cuius exstant fragmenta, exemplar Mommsen demonstravit.

Atque historica et chronologica illius aetatis perlustrantes opuscula, unum invenimus, quod ab auctoribus veteribus describitur simillimum fastorum Capitolinorum: ipsius Attici librum annalem. Itaque iam Pighius (Annal. tom. I pag. 13 sqn.) — ut comperio ex Hullemanni Diatribe in T. Pomponium Atticum Trai. 1838 p. 189 — et Vossius (De hist. lat. p. 50) ex Attici annali fluxisse censuerunt fastos Capitolinos. Nuper idem sensit — Pighii et Vossii opinionis ignarus — Matzat (*Röm. Chron.* I p. 353 adn. 2), qui nunc eorum, quos illi, comparat locum Cornelii Nepotis. Ego quoque iam pridem, priusquam eam apud illos viros doctos legissem sententiam, in eandem coniecturam incideram atque diligentius disquisita re non solum omnia ea, quae propria indici Capitolino enumeravi, cadere in annalem videbimus, sed etiam consulto ficta quaedam, quae exstant in fastis Capitolinis, ad Attici redire auctoritatem.

Prodit autem de annali illo Nepos (Att. cap. 18) haec: '(Atticus) moris etiam maiorum summus imitator fuit antiquitatisque amator, quam adeo diligenter habuit cognitam, ut eam totam in eo nolimine exposnerit, quo magistratus ordinavit. Nulla enim lex nulla pax neque bellum neque res illustris est populi Romani, quae non in eo suo tempore sit notata; et quod difficillimum fuit, sic familiarum originem subtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines possimus cognoscere'. Praeterea conferendi sunt loci Ciceronis, Brut. 3, 14: '(libro) quo iste (sc. Atticus) omnem rerum memoriam brevitè et, ut mihi quidem visum est, per diligentem complexus est.', ibidem 3, 15 'eam utilitatem . . . ut explicatis ordinibus temporum uno in conspectu omnia viderem'; denique orat. 34, 120: 'cognoscat etiam rerum gestarum et memoriae veteris ordinem, maxime scilicet nostrae civitatis, sed etiam imperiosorum populorum et regnum illustrum. Quem laborem nobis Attici nostri lenavit labor, qui conservatis notatisque temporibus, nihil enim illustre

praetermitteret, annorum septingentorum ¹⁾ memoriam nō libro colligauit.

Quibus locis cunctis et diligens plenitudo et breuiloquentia praedicatur, qua res Romanas inde ab urbe condita uno libro retulit Atticus ('uno libro' Cic. orat. — 'liber, quo' id. Brut.) Quod aliter uix potuit consequi, nisi tam concisis formulis singulas res significauit, quales hic illic adnotatae sunt in fastis Capitolinis, ut 'bellum Punicum primum', '(consules e pl)ebe primum creati coepti', aliae.

Annalem Attici, quem inter annos 700 u. c. et 708 editum esse constat, cum septingentorum annorum memoriam continuerit, exorsum esse apparet ab urbe condita, id est ex tertio sextae olympiadis anno (= 753 a. Chr. n.), quo urbis initium statuisse Atticum scribit Solinus (1, 27). Sed etiam Capitolini fasti, exorsi ex eodem anno a. Chr. u. 753, regum aetatem respexerunt, cum triumphales tabulae exhibeant triumphos Romuli, Tarquini Prisci, Ser. Tullii, Tarquini Superbi, et in consularibus quoque lapidibus nomina regum enumerata fuisse ex spatii deperditi ratione comprobauit Henzen (C. I. L. I. p. 420).

Summis efferuntur laudibus a ueteribus merita libri illius de rebus chronologicis ('explicatis ordinibus temporum' Cic. Brut.; 'conseruatis notatisque temporibus' id. orat.). Quod fecisse nideatur Atticus compositis olympiadibus cum annis urbis Romae consulumque collegiis, nam omnes ei anni ex auali preferuntur a scriptoribus, olympias a Solino l. l., anni urbis conditae a Cicerone (Brut. 18, 72), anni consulares ab eodem Cicerone (ad Att. 12, 23, 2) et Cornelio Nepote (Hann. 13). Plane eadem ratione fasti Capitolini in indice magistratum eponymorum decimo quoque anno adscribunt numerum anni ab urbe condita, ut DL, DLX, DLXX, 'notatis temporibus' perinde atque Attici liber: cf. Cic. orat. 120. Denique ut in marmoribus Capitolinis, ita in annali quoque anni cuiusque consulibus fuisse adiunctas res gestas, diserte dicit Nepos l. l.: 'nulla lex . . . nulla res . . . quae nou in eo suo tempore sit notata.'

1) Utrum reuera septingenti anni libro eo contenti fuerint, an praeterpropter dicat Cicero numerum, ex ipsius uerbis non elucet.

Cum igitur compositionem, dispositionem, ordinem eundem comprehenderimus annalis Pomponiani atque fastorum Capitolinorum, omnia illa, quibus ultra antiquiorum fontium modum progressam demonstraui recensioem Capitolinam, ab Attico quoque in annali fuisse posita apparebit.

Quorum primum supra dixi uariorum magistratuum fastos in unum redactos corpus. Id ipsum autem ab Attico factum esse indicat Nepos (Att. 18), cum scribat 'in eo libro, quo magistratus ordinauit'. Neque enim Nepos dicit: 'consules ordinauit', unde alios quoque magistratus ab Attico enumeratos fuisse intellegimus. In quibus non fuisse praetores tribunosque plebis ex duobus Ciceronis locis, ad Att. 13, 30, 3—32, 3 et 16, 3 effecit Mommsen (*Röm. Chron.* p. 145 adn. 274), atque eos ipsos ne in Capitolinis quidem fastis referri, recte monet Matzat l. l. (*Chron.* I p. 353 adn. 2). In ordinandis magistratibus Atticum praeterea existimo esse amplexum suffectos consules, quos antiquioris quidem aetatis ignorant annalium scriptores et qui eos secuti sunt Liuius, Dionysius, Diodorus, tum abdicaciones causasque earum, mortes magistratuum ('i. m. m. e.' uel 'i. pr. occ. e.'), causas dicti dictatoris (rei gerundae, comitorum habendorum, clauis figendi, seditionis sedandae causa) alia eius modi, quae fere adnotare solent fasti Capitolini.

Alterum idque maximum, quo ab omni memoria priore differunt fasti Capitolini, statui plenos quos exhibent inde ab antiquissimis temporibus consulum indices genealogicos. Quos, cum ex fontibus superioribus non uideantur hausti esse, sero compositos esse uidimus. Atque his potissimum studiis Atticum prae ceteris operam dedisse locus demonstrat Nepotis iam antea laudatus. Nam singulares libros scripsit de gentibus Iunia, Claudia, (Cornelia? cf. p. 237 adn. 1), Fabia, Aemilia neque in imaginibus neglexisse putandus est genealogiam. Quam diligentissime autem in eam inquisiuit ipso annali, ubi secundum Nepotem l. l. 'quod difficillimum fuit, sic familiarum originem subtexit, ut ex eo clarorum uirorum propagines possimus cognoscere'. Quodsi quaerimus, quo modo 'subtexit' propagines eas Atticus, plena gentis cuiusque stemmata eum exhibi-

bnisse neque Nepos significat neque in breui tabula chronologica probabiliter statuitur. Accedit quod non omnium gentilium dicit Nepos cognosci potuisse propagines ex annali, sed clarorum tantum uirorum, quos consules dictatores aliosque magistratus maiores esse facile intellegitur. Immo magis artificiosa ratione usum esse Atticum, quam per stemmata enumerando homines, ex uerbis Nepotis apparet 'et quod difficillimum fuit'. Qui cum dicat 'subtexuit', rationem eam docet; subtexere enim idem ualet atque 'innectere, immiscere', neque quo alio modo genealogicae consulum origines fastis potuerint immisceri uideo, nisi eo, quo in Capitolinis tabulis adduntur uel subtexuntur nominibus genealogicae adnotationes. Nam ex eis quoque ut ex annali Attici 'clarorum uirorum propagines possumus cognoscere', nempe compositis comparatisque inter se notis uariorum eiusdem gentis hominum. Itaque Atticum quoque in chronologico indice notas suspicor adscripsisse ad consulum nomina, patrum atque auorum referentes praenomina. Libros enim, quibus separatim tractauit Atticus genealogiam plane diuersos atque annalem describit Nepos: 'familiam a stirpe ad hanc aetatem ordine enumerant; notans qui a quo ortus quos honores quibusque temporibus cepisset', ita ut in eis omnes enumeratos fuisse gentiles, etiam illos, qui non peruenerint ad magistratus curules, eluceat, cum in annali non nisi clarorum uirorum fuerit habita ratio.

Tertio loco de quibus mihi est disputandum, quae exstant in fastis Capitolinis adnotata nonnullis locis bella aliaeque res clariores, quam maximam demonstrant similitudinem intercedentem inter laterculum Capitolinum et annalem Attici. Namque apud Atticum enarratas fuisse tradit Nepos: leges, paces, bella, res illustres populi Romani. Atque bellorum quidem haud ita pauca inueniuntur in Capitolinis fastis nestigia (ut 'bellum Punicum primum', 'bellum Gallicum Cisalpinum' alia). Sed etiam res illustres quaedam in fonte suo adscriptas casu potius quam consilio retinuit lapicida marmorum Capitolinorum, ut mortem deuotionemque P. Decii Muris, consulis 459, primum consulem plebeium anno 387 creatum e. c. Res illustres

Matzat l. l. putat dici triumphos neque habeo quod contra hanc uiri doctissimi proferam sententiam. Qua accepta alteram esse epitomam propriamque ex Attici annali postea factam indices triumphales Capitolinos, statuendum est et explicantur fortasse hac ratione discrimina quaedam, quae inter utrumque laterculum intercedunt¹⁾. Itaque his quoque consentire uidentur fasti Capitolini cum annali Attici.

Latius autem patere cognationem factorum Capitolinorum librique Pomponiani certis argumentis probabo.

Extrema liberae reipublicae aetate multi originem familiarum suarum referre solebant ad claros antiquissimorum saeculorum uiros, ad reges, ad Aeneae socios Troianos; ad deos, ut progeniem sese putabant Numae Pompilii regis gentes Aemilia Calpurnia Pomponia Pompilia, Anci Marcii gens Marcia, Iuli filii Aeneae gens Iulia. Aliae, plebeiae potissimum familiae, quae sero commemorantur in fastis et a scriptoribus, originem suam referebant ad cognomines tertii aut quarti saeculi homines patricios, ut Mucii a notissimo Scaeuola, qui Porsennam fuerat percussurus, oriundos sese gloriantur, Cassii Longini a Sp. Cassio Vecellino. Pari modo ei, quos nouimus plebeios consules inde a quinto urbis saeculo, Iunii Bruti auctorem familiae suae iactant L. Iunium Brutum, a quo expulsos reges constitutamque libertatem populi Romani fabulae ac poetae narrabant. Quod cum esse uerum suo iure negarent et ueteres nonnulli (ut Cassius Dio 44, 12 atque οἱ τὰ *Ῥωμαίων σαφέστατα ἐξήτακότες* Dion. 5, 18) et recentiores pluri, inde quoque fictum cognoscitur, quod prorsus diuersis

1) Triumphales tabulas anno 742 u. c. incisae esse cum Mommseno (*Röm. Forsch.* II p. 79) recte demonstratum censeo ab Hirschfeldio (*Hermes* IX et XI). Praeter litterarum formam, qua ab alio esse insculptos lapida triumphales, ab alio consulares fastos intellegitur, in minoribus quibusdam rebus inter se differunt; L. Anicius L. f. Gallus in consularibus fastis dicitur 'L. n.' anno 594, in triumphalibus 'M. n.' 587; P. Licinium Crassum triumphales tabulae anno 661 nominant: 'M. f. P. n.', consulares anno 665 'L. f. P. n.'. Tum fasti consulares usque scribunt 'Aimilios', cum in triumphalibus actis bis (annis 443 et 639) legatur 'Aemilius': cf. Mommsen C. I. L. I p. 623.

utuntur praeuominibus plebeii Iunii atque patricii, quorum praeuomina Titus, Tiberius (cf. Liu. 2, 4, Dion. 5, 6) postea nunquam redeunt in gente. Hand tamen est mirum, ipsos Iunios propter uomina congruentia se posteros existimasse L. Bruti. Quam rem iam Posidonius tradidit (Plut. Brut. 1), primus antea docta disputatione et stemmate Inniorum constituto plebeios Brutos rettulisse uidetur ad primum consulem ipse Atticus, de quo Nepos (Att. 18): 'fecit hoc idem, inquit, separatim in aliis libris, ut M. Bruti rogatu Inniam familiam a stirpe ad hanc aetatem ordine ennumerauerit, notans qui a quoque ortus, quos honores quibusque temporibus cepisset.' Indicem igitur Iuniorum genealogicam composuit Atticus usque ad M. Brutum Caesaris interfectorem; 'wozu aber viel Erfindung erforderlich war', rectissime adnotat Tenffel (*Röm. Literaturg.* 171, 2 c). Neque tamen unum tyrannicidam auum statuere M. Bruti satis habuerunt aequales illius, sed alterum etiam maternas gentis posuerunt C. Sernilium Ahalam, qui Sp. Maelinum regni adfectatorem, ut uocabatur, necauerat. Ab eo enim matrem Bruti Seruiliam oriundam esse dixerunt (cf. Plut. Brut. 1 et saepius: locos enumerat Drumann *Gesch. Roms* uol. IV, p. 15 adn. 5. Atque hoc quoque per genealogicam rationem demonstratum esse ab Attico, colligo ex loco quodam Ciceronis. Qui cum compluribus (Brut. 14, 53 et 97, 331; Phil. 2, 11 et 10, 6) originem Bruti ex ipsis illis gentibus, Iunia et Sernilia, praediceret ad Atticum scribit quadragesima libri tertii decimi epistula: 'ubi igitur φιλοτέχνημα illud tuum, quod nidi in Parthenone, Ahalam et Brutum?' Ubi non potest φιλοτέχνημα, ut nonnulli uoluerunt, reddi 'deliciae', neque subesse signum marmoreum, et Bruti et Ahalae simulacrum continens, cum hac notione post Platonem non legatur uocabulum illud apud auctores ueteres. Neque Atticus tam ardentis libertatis studio Caesaris, que inimicitia flagrauit, ut tale monumentum faciendum sibi curasse sit putandus. Immo φιλοτέχνημα secundum locos, quos laudat Stephanus, significare potius uidetur: 'artificiose et diligenter aliquod confectum opus.' Hac sententia exstat apud Diodorum, aequalem fere Ciceronis (3, 37), dictum de artifi-

ciose iuuenta corbi, qua anguem iugentem caperent uenatores; eodem capite hac notione etiam usurpatur *πεφιλοτεχνημένον* atque una referuntur *φιλοτεχνία τε καὶ δόληρ*. Cum autem Atticum stemmate ad regum expulsorem reduxisse M. Brutum constet atque in epistula illa sermo sit de Bruto et Caesare, mihi quidem non iam est dubium, quin dicat Cicero stemmata artificiose ab Attico composita, quibus Bruti maiores et Seruilios et Iuuios usque ad Abalam et ad L. Brutum ennumererit, et utrumque ostenderit esse auum M. Bruti. Ciceronem igitur stemmata ea uidisse conicio picta in tabula uel pariete Parthenonis Attici, scilicet in bibliotheca eius. Nam ab ipso Attico *φιλοτέχνημα* illud esse confectum, ex addito uocabulo 'tuum' intellegitur.

Quodsi Attici esse eam propagationis tabulam statuimus, miro euenit casu, ut in Capitolinis fastis duo comprehendantur corruptae memoriae uestigia, quae ad ipsam eam Bruti originationem fulciendam uidentur esse conficta.

Primum enim ut p. 242 exposui Eduardus Lübbert dissertatione De gentis Quinctiae commentariis domesticis (Kil. 1876) p. 17 egregie ostendit, Sp. Seruilio Structo, tribuno consulari anni 386 falsam adscriptam esse in fastis Capitolinis notam genealogicam 'C. f. C. n.' pro 'C. f. P. n.' et ea quidem de causa, ut a C. Seruilio Ahala, Sp. Maelii interfectore, qui progeniem nou uidetur reliquisse, originem possent ducere posterioris aetatis Seruillii. Quamquam autem stemma Seruilliorum, deperdita ea laterculi Capitolini parte, inde per integrum fere saeculum ignoramus, tamen Caepiones, quorum ex familia oriunda erat Seruilia M. Bruti mater, ad Sp. Seruillum Structum illum redire, hac de causa est uerisimile, quod una omnino gentis Seruilliae stirps ad posteriora saecula permansit, nempe ea qua continentur Seruillii Caepiones et Seruillii Gemini.¹⁾ Cum tamen ex Plutarchi loco laudato Caepiones ab Ahala duxisse origi-

1) Primum enim, quem nouimus Caepionem, consulem anni 501, primumque Geminum, consulem 502 ex uno eodemque auo, Cn. Seruilio ortos esse, notae genealogicae docent, quas iam sinceras ad eos annos adnotant fasti Capitolini.

nem sciamus, horum ipsorum causa Sp. Structo alium iudicatum esse in fastis Capitolinis auum arbitror.

Simile quid, mea quidem sententia, apparet in Iuniis, quos commemorant marmora Capitolina. Nam si M. Brutus ceterique qui sexto septimoque saeculo fuerunt Iunii Bruti orti esse dicebantur ex L. Iunio Bruto consule anni 245, omnes qui medii ponerentur Iunii necesse erat et ipsi cognomen gererent Bruti. Faciunt autem contra C. Iunius consul annorum 437 sq. et C. Iunius consul 463, 477. Utrumque enim C. Iunium Bbulcum appellant antiquiores fontes, Idatius, Chronicon Paschale illique quos sequitur Linius nono et decimo libro scriptores annalium. At Capitolini fasti, ubicunque illi leguntur C. Iunii (sc. annis 437, 441, 442, 443, 445, 447, 452 et triumph. 443, 452, 477) cognomini Bbulci alterum adnectunt Bruti, quod alicubi eis non adscribitur atque uno eo consilio videtur esse additum, ut continua Brutorum series inde a L. Bruto, libertatis iudice efficiatur ad Brutos sexti saeculi eorumque posteros. Quoniam autem primum eam seriem descripsisse vidimus Atticum, haud mihi uideor facere audacius, quod et Brutorum additum cognomen et falsam Sp. Structi notam genealogicam ad illum refero, quippe qui eo studio, quod utroque comprehendimus loco, et Seruiliorum et Iuniorum redegerit stemma. Eo autem, quod utrumque redit in fastis Capitolinis, quam maxime confirmatur illa, quam exposui, sententia mea de fastorum Capitolinorum cum Attici annali coniunctione atque iam certo illos esse excerptos ex annali credo.

Unum tamen restat, quod sententia ea accepta sit expediendum. Neque enim, si ex libro Pomponiano reuera fluxerunt fasti Capitolini, toti inde possunt esse petiti; nam cum editus sit annalis ante annum u. c. 708, quo Cicero emisit Brutum suum de claris oratoribus, auctor tabularum Capitolinarum, quas exstructas in regia esse intra annos 718 et 724 constat, uiginti fere extremorum annorum consules aliunde sumpsisse est arbitrandum. Atticus annalem scripsit post editos libros Ciceronis de re publica, i. e. post annum 703 (cf. Mommsen *Röm. Chron.* p. 141 c. adn. 273 et Drumann *Gesch. Roms* vol. VI


p. 83sq.); nam ipsum facit dicentem Atticum Cicero in Bruto (5, 19): 'eisque (sc. libris de republica) nosmet ipsi ad ueterum rerum nostrarum memoriam comprehendendam impulsus atque iucensi sumus'. Cum igitur inter annum 703 et 708¹⁾ composuerit librum Atticus et hucusque produxerit seriem consulum, quam dignissimum est notatu, quod Chronographus anni 354, quem pendere ex Attici annali ex eis quae disserui sequitur, adnotat ad annum 705 (Mommsen '*Ueber den Chronographen v. J. 354*' p. 618): 'hoc usque dictatores fuerunt'²⁾. Sed fuerunt etiam postea dictatores annis 705, 706—8, 709, 710; itaque nota illa chronographus aliud quid uidetur significare. Quodsi meminerimus, in fonte Chronographi fuisse enumeratos dictatores quoque (cf. supra p. 244), sic explicandam censeo notam, ut eum fontem pertinuisse dicamus usque ad ipsum annum 705 et pronuntiare chronographum uerbis illis, se hucusque sequi auctorem dictatores exhibentem, aliunde autem inde ab anno 706 se petere consules.

Annalem igitur Attici substituisse puto in consulibus anni 705, quo bellum exarsit ciuile, atque annos 706 ad 718—24 tum, cum inciderentur fasti Capitolini ex memoria esse additos. Quibus fauet, quod inde ab anno 705 in ipsis fastis Capitolinis inueniuntur quaedam aliter expressa atque in priore parte. Nam cum ante eum annum, quibus annis dictatores fuerunt, nomina eorum statim ponantur post consules, adscripta tantum nota 'dict.', inde ab anno 705 ubique dictatoris nomini (cf. 705, 707, 709 bis) praemittitur singulis uersibus nota 'eodem anno', addita ut opinor ab homine, qui — diu intermissa dictatura — non iam ueram eius naturam nouerat³⁾.

1) Atticus, anno 704 ex Epiro Romam redux, ibi commoratus est annis sequentibus (cf. Drumann l. l. uol. V p. 25 sq.); atqui librum cum non nisi in urbe scribi potuisse sit manifestum, annis 705—708 studiis illis uidetur Atticus operam dedisse annalemque paullo ante annum 708 emisisse.

2) Vix casus est tribuendum, quod inde ab anno 706 usque ad 715 desiderantur apud Chronographum et dierum anni incipientis et epactarum significationes.

3) Quibus annis penes singulos consules summa erat potestas, apud



Iam perueni ad finem disputationis, cuius summa capita breuiter liceat comprehendere.

Fasti igitur consulares antiquissimi sine cognominibus enumerabant priorum saeculorum magistratus atque hos fastos antiquiores omnes receperunt scriptores. Quem tamen indicem postea, profecti a ternis nominibus, quae legebantur consulum aetatis posterioris, singulis additis cognominibus suppleuerunt duo uiri docti, suo uterque coniciens Marte. Qua ratione duae ortae sunt fastorum recensiones, quarum alteram exhibent Idatius et Chronicon Paschale, ac certae Liuii Dionysiique operum partes; et huius quidem auctor putandus est Licinius Macer. Alterius recensionis particulam habemus (per Castorem suppeditatam) in Diodori fastis ubique referuntur consules cognominibus adscriptis. Ex utraque tertiam effecit recensionem aetatis Ciceronianae homo doctus, quem esse Atticum, libri annalis auctorem, multis indiciis proditur. Eum esse fontem et fastorum Capitolinorum et Chronographi anni 354 probabiliter statuitur, ita ut Capitolina recensio composita sit ex duobus prioribus fastorum exemplis.

Quodsi, quae legimus consulum antiquissimorum cognomina, non nisi coniecturis debentur antiquariorum, qui infima liberae reipublicae aetate fuerunt, omni ea carere fide apparet; atque inde iam sequitur omnem aetatis antiquissimae memoriam, petitam et coactam ex cognominibus, nullius esse auctoritatis, sed sera coniectura effectam. Neque tribuenda est fides nisi binis prioribus nominibus, gentilicio ac praenomini. Sic neglectis cognominibus satis multae resoluuntur et explicantur controuersiae, inde natae, quod idem factum in diuersis

Atticum nomen eorum uidetur fuisse scriptum addita nota: 'solus magistratum gessit', ut legimus in fastis Capitolinis ad annum 670; idem apparet apud Chronographum annis 379 ('Baccho solo') et 702 ('Magno III solo') et eadem ratione postea quoque anno 708 'Caesare IIII et solo (!)'; fasti autem Capitolini in illis, quae non iam ad annalem redire dixi, anno 709 aliter atque in priore parte habent 'C. Iulius C. f. C. n. Caesar IIII sine c (onlega)', ita ut post annum 705 neque iam plane consentiant inter se Chronographus et fasti Capitolini, neque prior posteriorque laterculi Capitolini pars.

fontibus diuersis eiusdem gentis hominibus adscribebatur, nempe ob diuersa ab auctoribus posita cognomina ¹⁾).

1) Quod cum accuratius exponere hoc loco sit longum, uno exemplo quae posui conabor comprobare. Iteratam esse narrationem de seruato consule Romano et a T. Quinctio Capitolino et a L. Quinctio Cincinnato, luculenter ostendit Lübbert (De gent. Quinct. comm. dom. p. 20 et De gent. Fur. comm. dom. p. 9). Primum enim Liuius (3, 4) et Dionysius (9, 63) — quem utrumque propter addita cognomina consulum hausisse arbitrator ex Macro — S. Furium Fusum consulem obsessum ab hostibus liberasse tradunt T. Quinctium Capitolinum. Tum paullo post (anno 296 u. c.) eidem auctores (Liu. 3, 36, Dion. 10, 25 — ubi apud neutrum scriptorem legi cognomina notandum est, quia aliunde illa uidentur esse desumpta —) plane eadem ratione L. Minucium consulem seruatum esse narrant a L. Quinctio Cincinnato dictatore anni 296. Neque tamen in eo consentio cum uiro illustrissimo mihiq̄ue carissimo, quod inde putat fabulam esse iteratam, quia gloriae cupidi et Quinctii Capitolini et Quinctii Cincinnati suo quique auctore factum illud postea uindicassent. Immo eam fuisse repetitionis originem arbitrator, ut in antiquissimis annalibus, qui consulum nomina in rebus enarrandis non solebant referre (Nep. Cat. 3, 4) id tantum extitisse scriptum, 'consulem Romanum ab hostibus circumuentum obsessione liberatum esse a Quinctio'. Iam cum illa aetate duo putarentur uixisse clari Quinctii, alter T. Capitolinus, alter L. Cincinnatus, postea alios quidem ad Capitolinum rettulisse factum illud existimo eiusque adscripsisse cognomen, alios autem auctores Cincinnatum dici sibi persuasisse atque ideo eum nominasse. Unde factum est, ut alio alii anno prodiderint rem gestam, posteriores autem scriptores, ut Liuius et Dionysius, cum non uiderent, eandem rem mutatis nominibus bis narrari, utroque anno eam reciperent. Uter autem Quinctius reuera rem illam gesserit, nos iam non possumus diiudicare, quamquam libere confiteor, uehementer me dubitare de toto L. Cincinnato, cum nomen eius non exstiterit in fastis consularibus, quos antiquissimum uerissimumque fontem esse disserui. Nam quod consul suffectus dicitur anni 294 apud auctores recentiores Dionysium fastosque Capitolinos — neque Diodorus neque Liuius suffectum eum commemorant —, etiam augeat suspicionem. Antiquissimis enim temporibus fuisse magistratus suffectos iam supra negaui. Praeter consulatum illum spurium duas dictaturas Cincinnato tribuunt auctores, quas tamen ipsas sero demum inuentas esse existimo. Mihi cum parum sit probabile, tam clarum, qualem describunt auctores, uirum omnino non consulem esse creatum, totum Cincinnatum nil nisi umbram esse iudico T. Quinctii Capitolini, quem sexies exhibent consulem fasti.

CONSPECTUS

	pagina
Caput I. De fastis consularibus antiquissimis	173
Caput II. De fastis Idatii Chronicque Paschalis	189
Caput III. De fastis Diodori	208
Caput IV. De prioribus fastorum recensionibus	219
Caput V. De fastis Capitolinis	226
Caput VI. De fastis Chronographi anni 354	242
Caput VII. De recensionis Capitolinae auctore	245

INDEX RERUM

<p>Post. Aebutius Elua (Corniceu) cos. 312 p. 200. agnomina 229. annales maximi 173; 225, 1. annus consulum nominibus significatus 173. Attici liber annalis 249sq., quando editus 256, studia genealogica 251. Angurini 223. Brutorum ex L. Bruto origo 253. Bruti Bnbulci 256. Q. Caedicius cos. 498 p. 193sq. Cassius Hemina 183. Castor chronographus 216sq., Castoris fontes 225, 1. Cato 183.</p>	<p>Chronographus anni 354 p. 242, fontes eius 243sq. Claudiorum cognomina Regillensis ac Sabinus 224. Ap. Claudius Caecus 175. 179, 2. 223 et filii 227. Claudius Quadrigarius 184. cognominum primordia 177. cognomina mutata 222. 227, c. antiquissima Augusti aetate repetita 222, c. errore praetermissa in fastis Capitolinis 231, c. Graeca 223, c. geminata 227sq. 230. collegia consularia anni 275 p. 231; 276 p. 197. 234; 278 p. 190; 288 p. 196. 199. 230; 290 p. 230; 293</p>
--	--

- p. 320; 295 p. 320; 297 p. 215, 2; 298 p. 231; 299 p. 230; 300 p. 230; 301 p. 230; 302 p. 232; 303 p. 231; 305 p. 231; 320 p. 198; 327 p. 239; 326 p. 216, 1; 355 et 356 p. 233; 361 p. 197; 363 p. 210; 395 p. 231; 498 p. 193.
- commentarii domestici 236.
- Corneliorum stemma 240.
- Diodori corruptelae unde ortae 197, 1, interpolata apud Diod. cognomina 209, 3, cognomina deperdita apud Diodorum 215, 1.
- Dionysii fontes 206 squ.
- C. Sergius Esquilius 198.
- K. Fabius Dorsuo 180, 1.
- Fabius Pictor 183.
- Q. Fabius Rullus (Rullianus) cos. 432 squ. p. 196.
- Fidenas — Fidenates 213, 1.
- foedus Latinum 173.
- Cn. Gellius 183.
- genealogicae notae 235 squ.
- Idatii auctor 205.
- Larclii, Rufi aut Flaul 225.
- Licinius Macer 185 squ. 205 squ. 233 squ.
- Mamercus 223.
- nomina antiquissima 226 squ., nom. cumulata 226.
- Papirii — Papisii 174 squ.
- L. Piso 183.
- Piutarchi Poplicoa 184, Camillus 187, 1.
- Pobilii Vulscus et Philones 234.
- Sp. Postumius Regillianus cos. 288 p. 199, 1.
- praenomina 221, 1, pr. pro cognominibus habita 223.
- L. Furius Purpureo cos. 558 p. 193.
- Quinctii T. Capitolinus ac L. Cincinnatus 259, 1.
- Regillensis — Regilianus 196.
- rhotacismus 174 squ.
- sacerdotes antiquissimi 180 squ.
- Seruilliorum stemma examinatum 238 et 239, Seru. ex Abala origo 255.
- P. Sestius Capitolinus (Vaticanus?) 232.
- Siculus 221.
- P. Sempronius Sophus cos. 486 p. 191, 193.
- stemmata ex Capitolinis fastis effecta 238.
- suffecti consules 234.
- Sp. Tarpeius Montanus Capitolinus 224.
- tituli antiquissimi 173. 178 squ.
- tribunorum consularium collegia 210, 1 squ.
- Trigeminus 221.
- Vaierius Antias 184.
- T. Romilius Vaticanus 224.
- Veturii — Vetusii 175.
- Veturii Gemini, Cicurini, Crassi 233.
- vetus *ῥέτος* 176.
- Vulso 229.
- φιλοτέχνημα* 254.

INDEX LOCORUM

Capitolini fasti	ann. 276 p. 198, 1,	Cicero ad fam. 9, 21 p. 174 squ.
	ann. 302 p. 232,	ad Att. 13, 40 p. 254.
	ann. 451 p. 245.	Diodorus 11, 52 p. 197, 1.
Chronographus	anni 354 p. Chr.	Dionysius 9, 60 p. 199, 1.
	ann. 631 p. 244	Idatius ann. 290 p. 203, 1.
	ann. 705 p. 257.	Nepos Att. 18 p. 235, 1.
		Varro l. l. 6, 49 p. 176, 1.

DE REBUS TEGEATICIS

SCRIPSIT

GEORGIUS IMMANUEL SCHWEDLER.

Exponendas res Arcadum iam ueterum nonnulli susce-
pere, in quos Pausania excepto infeliciter saeuit temporum
iniquitas. Etenim admodum pauca frustula supersunt ex Ar-
cadicis ab Ariaetho Tegeate, Architimo, Nicia, Aristippo,
Hellanico, Staphylo Naucratica conscriptis. In primis quod
Aristotelis scripta de singulis aliquot Arcadum ciuitatibus et
communi eorum re publica interierunt uehementer lugendum.
Inter recentiores de Arcadiae historia satis amplo libro egit
Georgius Augustus de Breitenbauch quem anno 1791 Franco-
furti ad Moenum siti edidit. Qui quamuis diligenter conges-
serit materiam, congestam tamen parum sollerter disposuit
atque examinauit, nec stilus operis eam prae se fert elegan-
tiam ut huic aetati sufficere possit. Schwabii libellus cui Ar-
cadia inscribitur anno 1852 publici iuris factus naturam terrae
qualis hodie est respectis antiquorum testimoniis exhibet. Nos
aliam uiam ingrediendam rati in publica gentis facta et insti-
tuta inquirebamus. Quod cum super uniuersa Arcadum natione
disputare a re fore iudicaremus, particulam potius quandam
elegimus et Tegeam sumpsimus describendam, quae quidem
domi militiaeque ciues gesserint, qua ducti legum et morum
consuetudine uitam degerint. Praeiiit hanc uiam Guilielmus
Koner dissertatione Berolinensi anno 1843 scripta, quae quam
non exhausit rem uel titulus docet: De rebus Tegeatarum
capita priora. Nos hercle omnia allaturos esse non pollice-
mur; si grauissima erunt memorata contenti simus. Haec
praefati subinde accingimur ad mediam causam.

CAPUT I.

De pagis.

Vox *Τεγέα* componeuda uidetur cum *τέγη* (u. Hesych.) et *στέγη*, *τέγος* et *στέγος*, ut id quod tegit, arcem significet. Quod a Tegeate Lycaonis filio¹⁾ sibi nomen inditum esse Tegeatae dicitabant²⁾, id nimirum commentum est. Tegeatae potius nomen ab oppidi nomine ciues formauere. Secundum Pausaniam (l. l.) initio pagatim se habitasse aiebant, scilicet Gareatas, Phylacenses, Caryatas, Corythenses, Potachidas, Oeatas, Manthurenses, Echenethenses. Sub Aphidantis regno nonum accessisse pagum Aphidantes. Urbem autem ipsam Aleus rex Aphidante natus teste Periegeta condidit. Quod cum Strabo quoque (VIII p. 337) e nouem uicis eam effectam esse adfirmet, nou est cur dubitemus, quin Tegea ut aliae urbes Graecorum synoecismo orta sit. Neque uero ei qui hoc perpetravit nomen Aleo erat, quippe quod Mineruae Aleae causa inueutum sit.

Belli discriminibus Tegeatidis incolas passim habitantes per uicos moenibus non defensos permotos esse suspicamur, ut unius regno sese subderent, qui rusticos congregatos arcis supposuit praesidio murisque cinxit domicilia. Ita urbe aedificata nihilo secius ueteres uici conseruati sunt. Quamquam illa sedes rei publicae facta est, ad cuius auctoritatem singuli pagi quouis momento carentes sese applicabant.

Ordo uicorum a Pausania plane confusus est, qui caeli regionem in eis enarrandis parum respexerit. Corythenses enim iuxta Gareatas, Oeatas nou procul a Caryatis incoluisse constat. A solis ortu incipientibus Tegeatarum fines peragraré primus Corythensium (i. e. galeatorum) pagus obuiam fiebat. Hic in uia quae Tegea Argos ducit Parthenio monti, quo su-

1) Sepulcra herois et Maerae uxoris Atlantis filiae in foro uisebantur. Paus. VIII 48, 6. Verum in Mantinensium quoque finibus Maera sepulta esse existimabatur, quo loco uicus eiusdem nominis exstabat. Paus. VIII 12, 7.

2) Paus. VIII 45, 1.

perato in Argiuorum fines perueniebatur, suppositus fuit, quouiam ibi Pausanias (VIII 54, 3) sacrum fuisse quercetum ait cum templo Cereris Corythensis (*ἐν Κορυθαῖσι καλουμένης*). Etiam Alei temporibus — id enim incognito synoecistae interim nomen relinquere liceat — rex pago praefuit, cui Corythum nomen confinxerunt. Is Telephum infantem, quem Auge Minervae sacerdos et filia Alei ab Hercule nitiata pepererat, in Parthenio expositum, cum pastores eum attulissent educandum curavit¹⁾. Regnum Corythi illius qui fertur aut synoecismum Tegeatarum praecessit aut minoris potentiae Aleoque subditum erat. Magis ad meridiem couersi in ualle Gareatis²⁾ amnis, qui rectam uiam in Thyreatarum agros ducentem praeterfluit³⁾, alter pagus Gareatae habitasse uidentur, tertius Phylacensium supra plautiē in meridionali Tegeatide, scilicet in angulo illo et Thyreatidis et Laconiae parte incluso⁴⁾. Est enim manifestum Phylaceu ad Alpei caput⁵⁾, cuius summus cursus Lacedaemoniorum agros et Tegeatarum Pausaniae aetate limitabat, sedem fuisse Phylacensium. Qui cum Caryis occupatis proximi essent Lacedaemoniis eorumque iucursionibus maximo opere premerentur, castellum uidentur exstruxisse quo se recipere possent; unde nomen accepisse uicū coiciendum.

A Phylace meridiem uersus euentem et in Oenuntis uallem descendentem pagus excipit Caryatarum cum celeberrimo Diauae fano, haud procul a uia situs quae Thyrea Spartam ducit⁶⁾. Caryae⁷⁾ uicū antiquis temporibus Tegeatis ereptus et Laconiae fluuius adiectus est⁸⁾. Quod Pausanias (IV 16, 9) iam ante

1) Apollod. III 9, 1, 4. Diod. IV 33.

2) Formam *Γαρεάτης* cum Sylburgio pro librorum *Γαράτης* reponimus, nisi pagi nomen *Γαρεάται* in *Γαράται* mutare praeplacet; nam fluuii nomen et paganorum nihil inter se differre apertum est.

3) Paus. VIII 54, 4.

4) Bursiani Geogr. Graec. II p. 216 sq.

5) Paus. VIII 54, 1. 6) Paus. III 10, 8.

7) Singularem numerum (Carya) Vitruuius, Ptolomaeus, Stephanus Byzantius auctore ut uidetur Theopompo (Philipp. I. LV) s. u. *Καρία* usurpant.

8) Vide Photii lexicon: *Καρνάτια· ἑορτὴ Ἀρτέμιδος· τὰς δὲ Καρίας Ἀρκάδων οὐσας ἀπετέμνοντο Λακεδαιμόνιοι.*

bellum Messeniacum alterum factum esse uult. Dissentit Od. Mueller: Dor. II p. 65 n. 2. Iniuria credo; nam Aegys quae et ipsa fuit Arcadiae pars Archelao et Charilao ¹⁾ Spartae regnantibus, ergo Lycurgi aetate expugnata esse traditur ²⁾. Licet Sciritidem et Caryas postea Spartani adripnerint, uix post proelium ad Hysias anno a. Chr. 669/68 ³⁾ commissum id accidit, quoniam tum uia Tegea Argos ducens et Tegeatis ipsa in Lacedaemoniorum potestate uidentur fuisse ⁴⁾. Etiam si mox inde expulsi esse merito putantur, quid tamen facilius nobis persuadeamus, quam ex illo tempore Sciritidem et Caryas Lacedaemoniae partes fuisse, quae extra montium iuga Tegeatidem cingentia sitae et angustiis faucium praesidiisque firmatae aegre a Tegeatis recuperari possent?

Postero aeuo Caryarum ciues cum Persis contra Graeciam fecisse belloque confecto communi uictorum consilio eorum oppidum excisum esse singulari testimonio Vitruuii (I 1, 5) accepimus, qui Caryatidum nomen in hunc modum explicat: 'Carya ciuitas Peloponnensis cum Persis hostibus contra Graeciam consensit; postea Graeci per uictoriam gloriose bello liberati communi consilio Caryatibus bellum indixerunt. Itaque oppido capto niris interfectis cinitate deleta matronas eorum in seruitutem abduxerunt, nec sunt passi stolas neque ornatus matronas deponere, uti non uno triumpho ducerentur, sed aeterno seruitutis exemplo graui contumelia pressae poenas pendere uiderentur pro ciuitate. Ideo qui tunc architecti fuerunt, aedificiis publicis designauerunt earum imagines onerifera colloccatas, ut etiam posteris nota poena peccati Caryatium memoriae traderetur.' Apud neminem praeterea ueterum scriptorum tale quid inuenias; etenim quod Herodotus (VIII 26) Arcades quosdam refert transfugas ad Xerxem uenisse, ea minime conspiratio est totius populi.

1) Forma *Χαρίλαος*, Dorice *Χαρίλας*, alteri quae est *Χάριλλος*; ob titulorum testimonia praestare uidetur; item *Περίλαος* (*Περίλας*) antiquioris notae est quam *Πέριλλος*. Cf. Boeckhium: C. I. Gr. I p. 49.

2) Paus. III 2, 5. 3) Paus. II 24, 8.

4) V. Busolti Lacedaem. p. 132.

Prellero in 'electis disputationibus' de Caryatidum nomine disserenti (p. 136 sqq.) Vitruvius errasse paululum et factum haud longo spatio a Persicis bellis remotum ad eorum aetatem reuocasse uidetur. Atque illud quidem et Herodotus (IX 35) et eum secutus Pausanias (III 11, 7) tradunt: intra Plataeensem pugnam et tertium bellum Messeniacum Lacedaemonii duobus proeliis cum Arcadibus decertare, altero cum Argiuis et Tegeatis apud Tegeam, altero cum ceteris praeter Mantinenses Arcadibus apud Dipaeam in Maenalia agro¹⁾. Tum uir doctus defecisse Caryas suspicatur et cum hostibus conspirasse. Dein Arcadibus uictis Caryas euersas, ciues occisos, matronas in seruitutem abductas esse. Spartaem autem ferme eodem tempore, quo porticus illa Persica cuius tectum Persarum simulacra sustinebant²⁾, aliud aedificium exstructum esse, in quo Caryatarum mulieres matronali habitu conspicuae pro columnis statuerentur. Equidem Vitruuii fidem ita uindicare nolim neque, si quidem Caryatae haud multo post Leuctricam pugnam ad Arcades defecerunt ideoque ab Archidamo rege oppido expugnato trucidati sunt³⁾ prius uici excidium concedere queo. Quid enim Spartanos semel perfidia perspecta et crudelissime punita, ut restituerent oppidum relictis ex caede, commoturum fuisse credamus? Immo colonos spectatiore fide in regionem incertis sociis obiectam deduxissent.

Nec summus Scaliger feliciter de Caryis uico septentrionalis Arcadiae cogitauit, quem Pausanias (VIII 13, 6 et 14, 1) commemorat, alius nemo. Plus ualeret, nisi saepius in historiam Vitruuius peccasset. In ipsis quae illum de quo agitur locum insecuntur Pausaniam uictorem Mardonii filium Agesipolidis appellat, cum Cleombroto natus fuerit; in praefatione autem libri VI inter priscae comoediae poetas Eucratem nominat aliunde non notum, ubi non recte quidam Cratetem reponere uoluerunt.

1) Adde Paus. VIII 8, 6. 45, 2. Isocr. VI 99.

2) Vitr. I 1, 6. Paus. III 11, 3.

3) Xen. Hist. Gr. VI 5, 25 sqq. VII 1, 28.

Quocirca ad alteram Caryatidum explicationem a Prellero monstratam confugio: easdem uirgines Spartanas, quae choreas ducerent Caryis in Dianae honorem, antequam saltarent sollemni in pompa Canephororum uicibus functas esse. Vitruuii uero fabula meo quidem arbitrato, si non ab ipso, at certe a Graeco quodam scriptore quem Romanus secutus est, inuenta uel ut mitius iudicemus confusione aliqua rerum producta est. Ille quidem cum Caryas quondam dirutas esse rescuisset simulque Herodotei loci meminisset, inepta coniectura utrumque factum in unum conglomerando causam cur matronae columnarum uice positae Caryatides uocarentur commentus est. Neque quisquam dicat Caryas ab Archidamo nequam deletas esse, cum captae tantum uirique inquilini caesi esse a Xenophonte traderentur. Huius enim ut Lacedaemoniorum amici eorum crudelius facta quam maxime attenuare intererat. Alios autem scriptores de excisis Caryis uerba fecisse Polyaei discimus narratiuncula (I 41, 4) ex Ephoro fortasse hausta.

Euerso uico propter cladem quam breui post ad Medeam ¹⁾ Arcades ab Archidamo acceperunt et exitum fatalem proelii ad Mantineam commissi ut pagum Caryatarum sibi repararent Tegeatis non contigit. Philippi demum aetate haec spes uidentur expleta esse; qui proelio apud Chaeroneam commisso ab Arcadibus in Peloponnesum aduocatus partem Lacedaemoniorum terrae, fortasse Sciritidem et Caryas, Tegeatarum agris adiecit ²⁾. Tum uicum esse restitutum haud male coiciamus. Deinde diu Caryae ad Tegeatidem pertinuisse uidentur, si qua aetate Cleomenes tertius, Spartanorum dignitatis in breue tempus restitutor, Laconiae fines amplificauit excipias. Namque cum T. Quinctius Flaminius deuicto Philippo ut Achaeorum socius et tutor anno a. Chr. n. 195 aduersus Nabim crudelissimum Spartaе tyrannum expeditionem suscepisset, ad Caryas posuit castra ibique priusquam hostium intraret agrum sociorum auxilia exspectauit.

1) Xen. Hist. Gr. VII 1, 28 sqq. Diod. XV 72, 3. Plut. Ages. 33.

2) Polyb. IX 28, 7. XVIII 14, 7.

Tametsi idem uicus, quem hic (XXXIV 26) Linius extra Laconicam esse ponit, alio loco (XXXV 27) a scriptore pars huius terrae habetur: '(Philopoemen) ad Caryas primum in hostium terra posuit castra'. Agitur iuitium redintegrati Achaeorum cum Nabide belli anno 192. Priore loco errasse Lium quod olim Tegeatarum fuissent Caryae cogitare nequeo, quoniam contrarium peccare promptius erat, ut si ad Arcades uicus pertineret, peruerse in Lacedaemoniorum finibus collocaretur, ubi et Pausaniae et Augusti aetate uidetur situs fuisse. Iam qui utrobique Patauni fidem defendendam suscepit, Romanorum imperatoris interfuisse dicet tyrauum inter populi Romani amicos recipi. Quod ut efficeretur nec tamen Achaei nimium indignarentur, pace anno 195 cum Nabide composita eripuisse illi quidem Flaminium Argos maritimasque Lacouiae regiones, coudouasse uero Sciritidem et Caryatidem quae tum in Achaeorum ditione essent, nempe fines Lacedaemoniorum accuratius definiendi usum praetextu, quia ipsa natura haec loca Laconiae potius quam Arcadiae attribuerentur. Ei opinioni Pausaniae locus (VII 13, 4—5) adaptari potest, ubi haec fere proferuntur: Diaeus Achaeorum praetor anno a. Chr. n. 147 renuntiatus, quaecumque oppida in orbem Spartae finitima erant, ad Achaeorum amicitiam pellecta praesidiis firmavit, ut unde Spartanos uexare posset castella haberent Achaei. Qua re indignatus Meualcidas dux Lacedaemoniorum uiolata indutiarum fide Iasum oppidum Lacouiae terrae, sed Achaeorum ditionis subito impetu captum diripuit. — Iasum E. Curtius (Pelopoun. II p. 322 n. 58) et unum ex illis castellis a Diaeo Spartanis demptis et Sciritidis oppidulum fuisse neque ab Oeo Xenophouti et Stephano Byzantio memorata diuersum opinatur.

Quae si ita fuerint, Sciritarum agri autem Diaei expeditionem intra Lacedaemoniorum fines fuisse uideantur nec minus Caryatarum pagus, cuius fortuna cum Sciritide fere coniuucta esset. At certis argumentis Curtii coniectura de qua ipse dubitat non potest euinci. Dein satis mirum sit non prius Achaeos plagas adeptas sibi restituisse, qui iterum ac saepius post bellum a Flamiuino cum Nabide gestum Spartam penitus ad-

fligerent agrumque Belbinatem iniuria a tyrannis Lacedaemoniorum possessum anno 192 Philopoemene duce recuperarent ex decreto uetere Achaeorum, quod factum erat Philippo Amyntae filio regnante ¹⁾. Talia respicienti nihil sperest nisi ut posteriore loco (XXXV 27) neglegentius egisse Liuium credat Caryasque inde a Philippi aetate usque ad annum 146, quo societate Achaeorum soluta Graecia in prouinciae formam redacta est, Tegeatidis partem fuisse statuat. Tunc autem termini natura inter Arcadium et Laconiam positi ciuitatibus etiam disingendis ita a Romanis uidentur obseruati esse, ut Belbina, Sciritae, Caryae Lacedaemoniis redderentur, quibus sub imperatoribus Romanis subdita fuerunt.²⁾

At relictis Caryis iam ad Oeatarum uicium ueniamus in Sciritide situm ³⁾. Sciritarum fines Parrhasiis uicini erant ⁴⁾, qui ad superiorem Alpheum prope eam regionem ubi postmodo Megalopolis aedificata est habitasse uidentur ⁵⁾. Hinc Oeatas consentaneum est non multum a Caryis afuisse occidentem uersus et montanas regiones inter Eurotae et Oenuntis summi conualles incoluisse. Apud Pausaniam ubi pagos Tegeatarum enumerat librariorum inscitia nomen Oeatarum oblitteratum est. Exhibentur οἱ τὰς Μανθουρεῖς nec defuere qui octo tantum uicos Periegetam iudicare arbitrati ut Strabonis numerum complerent Tegeam ipsam mente adderent nonam ⁶⁾. Iam uero cum apud Stephanum legamus: *Ολον* ⁷⁾, *πολίχτισον Τεγέας. Αισχύλος Μυσοῖς* ⁸⁾, de emendanda Pausaniae corruptela nulla dubitatio remanet.

1) Liu. XXXVIII 34. 2) Paus. III 10, s. 21, 3.

3) Xen. Hist. Gr. VI 5, 24. 4) Thuc. V 33.

5) Confer fragmentum e Niciae Arcadicis seruatum apud Athen. XIII p. 609 e. Respiciendus etiam Steph. Byz. *Σκληρός Ἀρχαδίας κατοικία πλῆθειον Μαιναλέων καὶ Παρῆσίων*.

6) V. Muelléri Dor. II p. 65, G. Konerum: De reb. Tegeat. capp. pr. p. 13

7) Formam *Ολός* quam Xenophontis codices praebent utique praefarendam iudico, cum in pagis Atheniensium homonymis ab Arcadio (p. 37, 13) et schol. II. λ 24 commendetur.

8) De Mysis Aeschylí, quae fabula Telephi fata tractabat, confer Nauckii Fragm. trag. p. 35.

Quod anno 369 sub Epamiuondae inruptionem in Laconiam factam Oeus Spartanorum erat castellum in agrorum confinio contra Arcades exstructum ¹⁾, E. Curtium (Pelop. II p. 322) inducere non debebat, ut duos uicos eius nominis fuisse sumeret, alterum Tegeatarum alterum Laconum, non magis quam binas Caryas. Sciritae enim perinde atque Caryatae mature a gentilibus abscissi in Lacedaemoniorum dicionem peruenere. In exercitu Spartanorum cohors erant peculiaris pedatum leuis armaturae, numero aetate belli Peloponnesiaci sescentorum, quibus regum custodia et periculosae stationes permittebantur; uelut frontem faciebant in itinere et cornu laeuum in proelii tenebant ²⁾. Nimirum hac praecipua praeter ceteris perioecis condicione propter fortitudinem dignabantur, qua bello diurno sedes suas contra Spartanos defendisse uidentur. Memores tamen pristinae patriae, cum Thebani et Arcades post Leutricam pugnam Laconiam ingressi essent ³⁾, statim ad eos defecerunt cuius rei postea poenas dederunt Archidamo rege Sciritidem depopulante ⁴⁾. Ceterum quae Caryatis acciderent Oeatas communicasse reor.

Tegeatidis regionem et ad meridiem et ad solis occasum uergentem *Μαγδορείς* siue *Μαγδορείς* tenebant. Ibi enim sub Boreo monte ad dextram Aggeris (*Χῶμα*), qui Pallantensium et Tegeatarum fines terminabat, Manthurica iacebat planities eaque quinquaginta stadia ab oppido Tegea aberat ⁵⁾. Vici rudera Bursianus (Geogr. II p. 217) se uidisse autumat.

1) Xen. Hist. Gr. VI 5, 24. Diod. XV 64.

2) Thuc. V 67 sq. Xen. Res publ. Lac. 12, 3. 13, 6. Cyr. IV 2, 1. Diod. XV 32.

3) Oeum tunc temporis Ischolaus Laco cum praesidio neodamodum et innioribus Tegeatarum exsulantium fere quadringentis tenebat. Qui ab Arcadibus hac uia Laconiam intrantibus uincitur et undique circumuentus cum maxima exercitus parte perit. Xen. Hist. Gr. VI 5, 24—26. Diodorus (XV 64) eundem Ischolaum dicit, qui fore, ut superioribus hostium copiis succumberet, prospiciens Leonidam imitatus dimissis innioribus ipse cum senioribus in aditus angustiis pro patria morti se deuenerit. Quin Polyeni (II 22) Ischolaus ab illo non diuersus sit, nemo dubitabit.

4) Xen. Hist. Gr. VII 4, 21.

5) Paus. VIII 44, 7.

Signum Mineruae Aleae, quod Pausaniae aetate Tegeae conspiciebatur, ex Manturensium pago deportauerant, ubi Hippiae cognomine dea culta erat ¹⁾. Itidem cognominatae alibi etiam Palladi sacra reddebantur, uelut in Colono Atheniensium.

Qua in regione *Πωταχίδαι* siue *Βωταχίδαι* uicus fuerit non habeo exploratum. Suspiciari autem licet in occidentali uel septentrionali Tegeatarum agro ei sedes fuisse constitutas. Praeter Pausaniam Stephanus Byzantius pagi mentionem inicit, apud quem haec inueniuntur: *Βωταχίδαι, τόπος Ἀρκαδίας, ἀπὸ Βωτάχου. Νικόλαος ἐ' Ἰοκρίτου δὲ τοῦ Ἀνχοῦργου Βωταχός, ἀφ' οὗ ὃ τόπος Βωταχίδαι ἐν Τεγέῃ ἐκλήθη*. Nicolaus igitur Damascenus cum Iocritum Lycurgi fuisse filium dicit, et a Pausania et a bibliothecae auctore quae Apollodori fertur nomine discrepat. Ille enim (VIII 4, 10) Ancaeam ²⁾ et Epochum solos Lycurgo natos nouit, hic (III 9, 2, 1) quattuor ³⁾ nominat: Ancaeam et Epochum, Amphidamantem ⁴⁾ et Iasum ⁵⁾. Diuersam uici scripturam — Pausanias *Πωταχίδαι* exhibet — non tam librorum errori tribuendam censeo, ut Koner (p. 13 n. 3) qui apud Pausaniam π in β mutatam uult, quam uarietati elocutionis.

1) Paus. VIII 47, 1. 2) Ancaeus nepos etiam Lycurgi dicebatur, ut Hyginus (Fab. 14 a) narrat.

3) Quod idem (I 8, 2, 4) e Lycurgi liberis Cepheum pro Epocho (Paus. VIII 45, 7) iuxta Ancaeam uenationi Calydoniae interfuisse tradit, ea culpa siue compilatoria qui auctor est bibliothecae siue librorum ducenda uidetur. Verus Apollodorus, si modo ex hoc deductum est illud opusculum, haud dubie Epochum nominauerat. Cui opinioni refragari non potest schol. Apoll. Rhod. I 162, ubi alterius Cephei Hellanicus mentionem fecisse indicatur. Is nimirum Cepheum Neptuno genitum intellexerat, quod cuiusque mihi uideor conlato schol. Eur. Phoen. 150.

4) Neque uero inter Alei liberos Amphidamantem enumerat. Cf. III 9, 1, 2.

5) Hic Iasus Atalantae pater apud Aelianum (Var. hist. XIII 1) Iasius, apud reliquos Iasius appellatur. Neque alius ni fallor est Iasius, qui Olympiae equo uicerat ideoque statua in foro Tegeatarum posita honoratus erat. Paus. V 8, 4. VIII 48, 1. Item de uxore Lycurgi dissentiunt scriptores, quam schol. Apoll. Rhod. I 164 Antinoam, Apollodorus l. l. Cleophilam siue Eurynomam fuisse aiunt. Antinoam Pausanias (VIII 8, 4 et 9, 5, ubi suo iure Siebelis *Ἀντρονόη* librorum correxit) Cephei filiam, neptem Alei uocat.

Crebrius in hunc modum formae uominum propriorum uariant; exstiterunt scripturae *Κάνωπος* et *Κάνωβος*, quarum illam rectiorem esse Herodianus auctor est (II p. 530) nec tamen hanc usurpari negat (I p. 189), *Βρεντέσιον* et *Βρενδέσιον* ita rarissime (schol. Hom. Od. α 184), ut frequentissime uel semper apud Latinos Brundisium adhibita, *Ἀμπρακία* et *Ἀμβρακία*, *Κνωσός* fere usque, *Γνωσίων* tamen in duobus nummis imperatoriis (Eckhelii Doctr. Numm. II p. 309) — aliter in Latino sermone forma Cnosus inuenitur illa quidem, sed usitatior est Gnosus¹⁾ — denique *Κνίδος*, Latine Cnidus etiam, frequentior uero Gnidus²⁾. Insuper uide G. Curtium: Elem. Graec. Etym. p. 533 sqq. et O. Immischii dissertationem: De glossis lexi Hesychiani Italicis, Studd. Lips. uol. VIII insertam, p. 309. Saepe alia aetas aliam nominis formam praestat; nonnumquam, ut etiam nunc fit idque maxime in pusillis uicis quorum uomina raro litteris mandantur, isdem temporibus incerta est scriptura, donec magistratum auctoritate stabilitur. Sic uindicata Pausaniae memoria nihilo minus dubitare nolim quin rectius scribatur *Βωταχίδαί*, quippe quod nomen a radice *βου* quae inest in uoce *βούς* deriuandum uideatur³⁾.

Restant duo Tegeatarum pagi, Echeuthenses et Aphidauetes, quorum illos haud procul a Botachidis habitasse probabile est, quamquam de sedibus eorum certius nihil discimus. De Aphidantibus initio sequentis capituli disseremus.

CAPUT II.

De tribubus.

Quo loco postmodum Tegea urbs nouem pagis agrestibus coniuuctis effloruit, iam antea pars populi habitasse uidetur, cum in media Tegeatide situs collibusque pluribus qui muni-

1) Terent. Maur. 890 (Gr. L. VI).

2) Adde nomina *Μηκύνβερνα* et *Μηκύνπερνα*, *Βρεττανία* et *Πρεττανία*, *Ἰτουατικοί* Cassii Dionis (XXXIX 4), qui sunt Aduatuci Romanorum, *Ἐπίδαυρος* et *Ἐπίταυρος*.

3) Cf. Lobeckii Path. p. 335.

rentur idoneis distinctus ad incolendum homines inuitaret. Neque ipsae fabulae de antiquissimis Arcadiae temporibus circumlatae aduersantur quippe quae tribus saeculis, postquam Tegeates Lycaonis filius conditor Tegeae exstiterit, synoecismum per Alenn Aphidante natum fieri memorent ¹⁾. Ante eam igitur Tegea ipsa e numero nouem pagorum fuit. Quod si quaerimus quoniam fuerit, nemo non de Aphidantibus cogitabit, quos ultimos sub Aphidantis regno ad ciuitatem accessisse Pansanias (VIII 45, 1) testatur. Quo modo id accidere potuit? Aphidas, unus de tribus Arcadis liberis genuinis quos cum Eratone Dryade procreauerat ²⁾ sortitione facta a patre Tegeam et quae adiacent (*Ἀφειδάντειον κληρον*) ³⁾ acceperat. Quem quoniam Lycosorae prisca Arcadicorum regum sedes conlocata fuit, extrinsecus cum manu suorum quos Aphidantes nuucupabant Tegeam aduenisse et in media terra arce opportuno loco aedificata domicilia sibi suisque constituisse facile coicias.

1) Paus. VIII 3, 4. 45, 1.

2) Paus. VIII 4, 2 (conl. X 9, 5), ubi *Ἐπιμηλίδα*s cum Siebell scribo; sequentia uerba *τὰς ἐαντων ἐκάλον Ναιδας* sic mihi restituisse uideo, ut post *ἐκάλον* inseram *νύμφας καλ.* Ante sequentem *καλ* coniunctionem quae 'etiam' significet fortius interpungendum. — Apud alios aliter coniunt Arcadis andit: Leauira, Meganira, apud Eumelum Chrysopelia nympha. Apollod. III 9, 1, 1. Schol. Enr. Orest. 1647. Nomen Prosopeliae, quod Tzetzes ad Lycophr. 450 nymphae uindicat, corruptum esse mihi persuasi. Quo loco uix recte ad Apollonium quendam prouocatur; immo Apollodorum laudare debebat grammaticus. Leanira eadem uidetur esse atque Laodamia, quae et ipsa Amyclae Lacedaemonii filia uocatur. Cum ea Triphyliam genuisse Arcadem Pausanias (X 9, 5) tradidit. — Enarrator ad u. 1647 Orestae Pherecydem paulo supra laudatum exscripsit; quod nollem neglexisset C. Mneller in Fragm. hist. Unus enim Pherecydes Apollodoro testante (III 8, 2, 2) Ceteo genitam fecit Callisto matrem Arcadis. De patre consentit Ariaethus in Arcadicis secundum Hygini Poet. astron. II 1, nisi quod nomen e prima ut ita dicam declinatione flectit; genetricem uero Megisto appellat. Eandem pro nepte Lycaonis ducit, non pro filia quae uulgo existimatur Callisto. Aliter rursus Pherecydes plura genera inter hanc et Lycaonem intercedere uult. Tertium nomen Themistus ab Istro impositum esse matri Arcadis Stephanus Byzantius prodidit s. u. *Ἀρκαδία*. Adsentitur Enstathius ad Il. p. 300, 30.

3) Paus. VIII 4, 3. Apoll. Rh. I 162.

Scilicet cum Aleus huic recentiori uico ex octo prioribus homines agrestes adgregasset, ut Tegea urbs inter cetera regionis oppidula haud mediocriter praemineret, haec quidem stare non desiere; Aphidantium uero memoria oblitterata est neque quidquam nisi uestigia eorum in urbe remanserunt.

Minime enim in nouo oppido uetus terrae distributio in nouem partes eorumque nomina tenebantur, sed quattuor tribus Pausania auctore (VIII 53, 6) discernebantur his nominibus inditis: Clareotis, Hippothoitis, Apolloneatis, Athaneatis; quarum singulae singula Apollini Agyieo (uicarum custodi)¹⁾ signa dedicarant, in media nimirum urbe prope theatrum nec longe a foro²⁾. Appellari eas dicit Pausanias ab agri sorte quam liberis Arcas proposuerit suis simulque ab Hippothoo Cercyonis filio. *Τεγάταις δὲ τοῦ Ἀγυῖως τὰ ἀγάλματα τέσσαρά εἰσιν ἀριθμὸν, ὑπὸ φυλῆς ἐν ἐκάστης ἰδρυμένον· ὀνόματα δὲ αἱ φυλαὶ παρέχονται Κλαρεῶτις, Ἴπποθοῖτις, Ἀπολλωνεᾶτις, Ἀθανεᾶτις· καλοῦνται δὲ ἀπὸ τοῦ κλήρου ὃν τοῖς παισὶν Ἀρκᾶς ἐποίησεν ὑπὲρ τῆς χώρας καὶ ἀπὸ Ἰππόθου τοῦ Κερκύονος.* Quae explicatio ad duas tantum tribus primo loco nominatas spectare potest; nec tamen Periegeta is est, apud quem in tali locutione offendendum sit.

Cum quattuor illarum tribuum apud nullum alium scriptorem mentio fiat, bene accidit quod tituli Tegeatici in eisque

1) Initium cultus Agyiei Pausanias (VIII 53, 1—3) a Scephri caede Tegeatae et Maerae filii repetit, quam Limo frater perpetrarit. Huic enim in suspicionem Scephrus uenerat propter conloquium, quod cum Apolline habuerat cum sorore in Tegeatidem aduenienti ut Latonam a mortalibus contemptam ulcisceretur. Limo Dianae spiculis statim interemptus est. Ad expiandum illius facinus oraculo Delphico parentes Scephrum lugere iussi sunt, quae religio in festis Agyiei diebus ex illo tempore conseruata est.

2) Haec non in eadem regione omnia stetit, sed terminos quattuor urbis partium fecisse Bursianus (Geogr. II p. 320 n. 2) mihi non persuasit. Quis nescit Athenarum heroes eponymos in uno foro conlocatos? Theatrum quod Pausanias (VIII 49, 1) memorat non diuersum fuisse ab eo uidetur, quod priore dimidio secundi ante Chr. n. saeculi magnificum e marmore facere instituit Antiochus Epiphanes Syriae rex. V. Liu. XXXI 20.

praecipue notissimus ille (Boeckhii C. I. Gr. I 1513, Lebasii II 338 b, Caueri Del. 454) Pansaniae indicium magna e parte confirmant. Ennumerantur ibi tributim ciues et inquilini Tegeatici, qui per nonnullos annos uictores Indorum facti coronas pro praemiis acceptas numini cui ludi celebrabantur deuouerant. Quodnam fuerit numen haec docent superscripta: Ἐν ἀγῶσι τοῖς Ὀλυμπικοῖς τῷ μεγίστῳ καὶ κεραυνοβόλῳ Διὶ ἀνατεθειμένοις ἐκομισάντο τοὺς στεφάνους. Erat igitur Iuppiter Olympius siue Fulminans, de quo aliunde nihil comperit habemus. Hoc certum est Iouem uariis adoratum cognominibus complura templa Tegeae habuisse. Ab Ioue Clario niens ille excelsior Pansaniae, in quo multas Tegeatae aras habebant, cognominatus erat. Praeterea in foro ara et signum quadrangulum Iouis Telei (*Τελείου* i. e. perficientis) exstabant, ad laenam autem uiae a Tegea in Laconiam ducentis Lycaei Ionis ara et delubrum, cuius tantum modo rudera Pansaniae aetate conspiciebantur¹⁾. Titulo denique II 337 Lebasii de Ioue *Μελίχτι* i. e. exorabili docemur.

Ludos Ioni Olympio celebratos Pausanias ipse quoque attingit, ubi de colle Iouis Clarii loquitur (VIII 53, 9): *Τὸ δὲ χωρίον τὸ ὑψηλόν, ἐφ' οὗ καὶ οἱ βωμοὶ Τεγεαταῖς εἰσὶν οἱ πολλοί, καλεῖται μὲν Διὸς Κλαρίου, δῆλα δὲ ὡς ἐγένετο ἡ ἐπικλησις τῷ θεῷ τοῦ κλήρου τῶν παιδῶν εἴνεκα τοῦ Ἀρκάδος. ἄγουσι δὲ ἑορτὴν αὐτόθι Τεγεᾶται κατ' ἔτος.* Anni ludi etiam in inscriptione illa intellegendi uidentur. Neque opus est sumere Pausaniam de festis diebus Clarii Iouis cogitasse, cum permulta in clino illo altaria essent posita, quorum nescio an unum ad Iouem Olympium pertinnerit. Namque ut in arce Atheniensium diuersa Mineruae nomina colebantur, ita Iouis cultus in colle Clario, qui non minus arcis uices explesse uidetur, complura loca habere potuit.

Sed reuertamur ad tribus Tegeatarum, quarum ordinem a Pausania peruerse redditum esse titulo illo comprobatur. Ibi enim quamquam ita mutatur ordo, ut quotannis per singula

1) Paus. VIII 48, 6. 53, 11.

quadriennia alia tribus initium faciat tabulae victorum, tamen numquam innersa series comparet, cum una quaeque tribus sequenti anno in locum proxime superiorem succedat praeter primam quae postremo loco ponitur. Sic igitur tribus sese excipiunt: I. Ἐπ' Ἀθαναίαν, Κραριῶται, Ἀπολλωνιάται, Ἴπποθοῖται. II. Κραριῶται, Ἀπολλωνιάται, Ἴπποθοῖται, ἐπ' Ἀθαναίαν etc. Nullo autem pacto Hippothoithae Crariotas insequi possunt, ut fit apud Pausaniam.

Ceterum hunc in scribendis tribuum nominibus neglegentius versatum esse negamus atque exitus in εἰς et εὖς, qui nullo in editionibus pro αἰῆται, ἰῶται, ἰᾶται lapide exhibitis leguntur, scribarum socordiae originem debere confidimus, quando reliquiae verae descriptionis in codicibus indagatae sunt. Nam forma Ἀθαναίᾳς Angelico, Ἀπολλωνιάᾳς Lugdunensi a et Vindobonensi b praestantur. Quapropter optimo iure P. Foucartus in commentario, quo collectionem titulorum Lebasianam instructam edidit, Ἀθαναίᾳς in Pausaniae verbis reponendum censuit, nec non laudandum quod Schubartus in minore editione scripturam Ἀπολλωνιάᾳς restituit. His probatis non granabimur etiam formam Κραριῶᾳς scriptori vindicare. Quid enim vocalis ε sibi velit in eiusmodi formis?)

Quod Pausanias descriptiones Κράριος, Κραριῶᾳς proprias dialecti Tegeaticae non conseruavit, id seriori eius aetati condonamus. Exempla commutationis liquidarum λ et ρ non desunt, etsi illud abiciendum est quod Boeckhius attulit: ναύκραρος ab Atticis pro ναύκλαρος (ναύκληρος) dictum esse. Namque G. Meyer in Curtii Stud. nol. VII magna cum specie veritatis hanc nocem e ναῦς et radice κραν quae subest uerbo κραίνειν compositam formamque ναύκλαρος, quae apud posteros raro occurrat, uel nitandae gratia similitudinis consonarum uel peruersa etymologia natam esse proposuit. Aptiora haec

1) Idem Pausaniae (VIII 53, 10) scripturam Κνακιάτιδος inuitis libris qui Κνακιάτιδος exhibent restituendam duco. Cf. κνηκίας (Babr. 122. 12) lupum significans Κνακίας (Paus. VI 10, 7) quod equi nomen est. Fortassis ad eandem stirpem referendum nomen Dianae Κναγίας, quam Spartae ueneratione prosequebantur (Paus. III 18, 4), ut rectius Κνακία scribatur.

sunt: *ἔρχομαι*, Aor. ἤλθον; *αἰρέω*, Aor. εἶλον: hic in Cretica dialecto λ etiam in formas praesentis et futuri temporis inrepsit ut *αἰλεῖν* etc. pro *αἰρεῖν* in titulo Gortynio recentissime in lucem retracto legatur, *ἀραιλίσεισθαι* in alia inscriptione eiusdem insulae. Exstabat Phocensium oppidulum, cui nomen erat et *Ἀνεμόλεια* et *Ἀνεμώρεια*. Porro quin radices *ἀλκ* et *ἀρκ* (cf. *ἀλκή*, *ἀρκέω* etc.) eandem notionem includant nemo in dubium uocabit. Litteras κλ et κρ inter se fluctuantes deprehendi in nominibus *κρίβανος* (*κλίβανος*) i. e. furnus, *κρίβανίτης* (*κλιβανίτης*) reliquisque eiusdem stirpis, ubi Phrynichus p. 179 (Lob.) scriptionem per ρ Atticam et unam ueram esse praecipit. Altera scriptura cum in Doriensium maxime usu fuerit, non minus apud Herodotum passimque apud posteriores legitur ¹⁾).

Sed tandem accedamus ad soluendam eam quaestionem, unde tribus Tegeatarum nomina indita esse uideantur. Atque localem fuisse earum rationem neminem debet effugere, quod significatione tribulum Minerualium οἱ ἐπ' Ἀθηναίαν (scil. ἐπωκημένοι) luculentissime cognoscatur. Hac nimirum ii intelleguntur qui circa aedem Mineruae incolebant, itemque *Κραμῶται*, *Ἀπολλωνιάται*, *Ἴπποθοῖται* propter delubra Iouis Clarii, Apollinis, Hippothoi habitabant. Minerua autem, Iuppiter, Apollo tanto opere Tegeae praeter ceteros caelestes in honore fuerunt, ut tamquam patroni ciuitatis singulis quisque tribus nomina imponerent. Atque haec tres tribus quin iam a conditore oppidi, cum congregatio facta esset nouem pagorum, constitutae fuerint nihil est cur dubitemus, quamquam pristinis temporibus magis ad religionem quam ad rem publicam uidentur spectasse.

Quarta Hippothoitis uel idcirco posteriore aetate accessisse putanda est, quod Hippothous a quo nomen duxit multo post Aleum regnasse fertur. Ergo in tres potissimum partes qui

1) κλ et κρ praeterea mixtim habes in *κλωμαξ* i. e. aceruus saxorum (cf. *glomus*), *κλωμακός* (*saxosus*) et *κρόμαξ*, *κρωμακίσκος* deminutio, *κρωμακωτός* idem ualentibus. Cf. etiam uerba *κλάζειν* et *κράζειν* olim significato aegre diuersa.

antiquitus Tegeam iucolebatur secundum cultum ac religionem distincti fuerunt. Uua pars ex occidentali et meridionali terrae regione conueuerat et Mineruam in praecipuo honore habebat; altera ex orientali plaga Argiuis finitima Apollinis cultum secum asportauerat. Ioui denique iam ante synoecismum in colle Clario arce Aphidantium sacra facta esse coicio; cuius accolae tertiam ciuitatis partem efficiebant.

Iuppiter apud maiores Aphidantis iude a Lycaone qui in honorem eius ludos Lycaeos instituerat summa ueneratione colebatur, unde facile suspicamur illum cum Lycosora iu regnum sorte acceptum proficisceretur sacra summi deorum Tegeam attulisse. Quod ibi inter alia epitheta cognomen *Κράριος* (*Κλάριος*) Iouis proprium erat, id parum probabiliter a sortitione Arcadis filiorum repetit Pausanias; immo Clarius attributum Iouis est ab Aeschylō quoque usurpatum, cuius in Suppl. u. 360 exstant: *Ἰεσία Θέμις Διὸς κλαρίον*, ad quae scholiasta adnotat: *παντάσῃσι* (Weil. *πάντα πᾶσι κληροῦντος καὶ κραίνοντος*); ita Iuppiter sorte (*κλήρω*) distribuens intelligitur, atque uel summum uicium caeco fato subiectum fuisse iudicatur.

Aliter Boeckhius in commentario, quem ei quem tractamus titulo subiecit, hunc Iouem tutorem sortitorum agrorum (*κλήρων*) interpretari uidetur. *Κραριώτας* enim eos fuisse qui fundos certis legibus exercebant, inferioris quondam conditionis homines quales essent Cretensium Clarotae ab agri sortibus appellati ¹⁾. Insuper Hilotas Spartanorum et Peuestas Thessalorum coufert. Arcades enim Hilotis similes *προσπελάτας* habuisse Theopompo auctore apud Athenaeum (VI p. 271 e). Denique Tegeaticos Clarotas principio eadem fuisse conditione qua Creticos iude couligit, quod insignes Cretae urbes Cydonia, Gortys, Catre a Tegeatae filiis dictae feruntur. Sed Tegeae illos posthac ciues fuisse.

Quae coniectura cum partim falsis fundamentis uitatur uunc stare uequit. Athenaei loco haec leguntur: *ἔτι Θεόπομ-*

1) V. Muellcri Dor. II p. 53.

πος ἐν τῇ δευτέρῃ τῶν Φιλιππικῶν Ἀρχαδίους φησὶ κεκτῆσθαι προσπελατῶν ὡσπερ Ἑλλώτων τριάκοντα μυριάδας. Primum miri quiddam habet forma Ἀρχαδίοι nullibi de Arcadiae incolis adhibita. Deinde prorsus idem in decimo Athenaei libro (p. 443 b) redit ex eiusdem auctoris secundo libro Philippticorum desumptum nisi quod de Ariaeis dicitur, et hoc nomen ex Ἀρχαδίοι corruptum esse aegre quisquam contendet. Quamquam ne Ariaei quidem inuotuerunt. Quod cum altero loco commonstretur Theopompum libro secundo res Illyriorum tractasse, equidem nullus cunctor Casauboni emendationem amplecti utrobique Ἀρδιαῖοι reponentis. Hic Illyriae populus fuit per alios scriptores sat notus¹⁾. Maximum autem seruorum numerum aequae Dardanis fuisse, quae et ipsa gens Illyrica erat, idem Athenaeus (VI p. 272 d) Agatharchide Gnidio auctore narrat. Ceteroqui nusquam de parte Arcadiae incolarum alteri parti ita subiecta ut seruiret proditur. Immo Arcades semet indigenas esse omnesque extrinsecus in ipsorum terram irumpentes uelut Dorienses reppulisse adserebant. Prinorum hominum serui apud eos procul dubio extiterunt²⁾, etiamsi pauciores fuerint quam in maritimis Graeciae regionibus³⁾.

De coloniis Tegea in Cretam deductis haec sunt Pausanise (VIII 53, 4) uerba: *Λέγουσι δὲ καὶ ὅσοι τοῦ Τεγεάτου τῶν παίδων ἐλείποντο μετοικῆσαι σφᾶς ἑκουσίως ἐς Κρήτην, Κίδανα καὶ Ἀρχήδιον καὶ Γόρτυνα· καὶ ἀπὸ τούτων φασὶν ὀνομασθῆναι τὰς πόλεις Κυδωνίαν καὶ Γόρτυνὰ τε καὶ Κατρία. Κρήτες δὲ οὐχ ὁμολογοῦντες τῷ τῶν Τεγεατῶν λόγῳ Κίδανα μὲν Ἀκαλλίδος θυγατρὸς Μίνω καὶ Ἐρμού, Κατρία δὲ φασὶν εἶναι Μίνω, τὸν δὲ Γόρτυνα Ῥαδαμάνθου⁴⁾.*

1) Polyb. II 11, 12. Strab. VII p. 314 sqq., Arist. de mir. aud. 138, App. III. 3 et 10 (Ἀρδαῖοι), Cass. Dio fr. 49, 2—3 (Σαρδιαῖοι), Steph. Byz. Ἀρδια.

2) Qui tamen condicione solita meliore gaudebant, ut Athenaeus (IV 149 cd) ostendit Theopompi locum laudans e libro XXXXVI Philippticorum. Inspice etiam titulum Lebasianum 341 b.

3) Ipse Boeckhiius in Addendis primi uol. C. I. Gr. suam de Prospelatis Arcadum sententiam ualere iussit.

4) Ut saepius apud Pausaniam, mira deprauationis pestilentia nominum memoria inuasit. Numquam nomen Ἀρχήδιος in Graecorum usu

Praeterea legis apud Stephanum s. u. Ἀρκάδες· πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων ἐν Κρητικοῖς· οἱ πολῖται ὁμοίως Ἀρκάδες. Δημήτριος ¹⁾ δὲ οὐκ Ἀρκάδας τὴν πόλιν ἀλλ' Ἀρκαδίαν φησιν. εἰκότως οὖν καὶ τὸ ἔθνικόν ταύτης Ἀρκάδες. His uerba s. u. (Ἀρκαδία) adiunguntor: ἔστι καὶ Ἀρκαδία παραθαλάσσιος πόλις ²⁾. Nec dedecet Vellei Paterculi (I 1, 2) et Stephani s. u. Τεγέα addi testimonia, quibus Tegea Cretae oppidum ab Agamemnone Troia redeunti siue a caduceatore eius Talthybio condita refertur; nam Arcades facile poterant inter conditores uersari, qui naues ab Agamemnone accepisse atque quodam modo sub huius imperio ante Troiam pugnasse tradantur ³⁾.

At licet Tegea et ex aliis Arcadiae oppidis homines in Cretam immigrauerint, non tot fuerunt tantaque auctoritate, ut uestigia morum Arcadicorum in publicis insulae institutis mansisse uideantur. Artiorem fuisse cognationem inter Arcades et Cretenses id quod alterutri negabant inscriptionibus refellitur. In titulo quidem aedificiali (Lebasii II 340 e, Caueri 457) et in iure Gortynio nuperrime inuento, ubi proprietates sermonis utriusque gentis purissime seruatae comparent, fere nihil deprehendi unde maior similitudo dialectorum possit constitui. Per Dorienses igitur factum esse iudicabimus, ut classis Clarotarum apud Cretenses exsisteret, hominum bello domitorum et in seruitutem detrusorum.

Supra posuimus cliuum Clarium arcem fuisse Aphidantium nec non postea acropolim Tegeatarum inde euasisse arbitramur. Nam collis iste, han dubie merito a uiris doctis is agnitus qui

fuit, quod quam inepte hoc loco se habeat penitus liquet. Utique pro eo Κατρεία cum Siebeli rescribendum est quo carere nequeamus. Oppidum autem a Catreo conditum non item Κατρεύς nominabatur, sed Κάτρον Herodiano teste apud Stephanum, eamque formam restituendam esse censeo, cum facillimo errore oscitantia librariorum conditoris nomen repetere potuerit.

1) Demetrius intellegitur Magnesia Thessalica oriundus, Ciceronis aequalis qui περὶ ὁμωνύμων scripsit.

2) Cuius cinitatis duo decreta publica foedera cum Tels continentia exstant apud Lebasium (V 1, 71 et 80).

3) Hom. II. β 612.

hodie uocatur Hagios Sostis, cum maxime emineat e planitie amplumque prospectum praebeat, aptissimus erat struendis munitionibus. Non plus semel apud neteres arcis Tegeae urbis mentio fit. Polybio auctore (V 17, 2) Lycurgus Spartanorum tyrannus capto oppido arcem quo ciues recesserant frustra oppugnauit; quod cadit in annum a. Chr. n. 218. Ab acropoli discernendum existimo tumulum, quem sua aetate Phylactridem nuncupari Periegeta (VIII 48, 4) perhibet. Sub eo feminae Tegeatides in insidiis conlocatae Lacedaemonios Charilao daecum cum nris decertantes oppressisse et uictoriam confecisse narrantur. Quod si hunc quoque Clarium collem Pausanias dixisset, certe aliquid addidisset. Itaque Phylactridem nomen a castello praesidioque Macedonum siue Romanorum nanctam esse suspicor. Ceterum Hagios Sostis magis ad septentriones et occidentem solem uergit quam ceterae urbis reliquiae, unde de situ arcis et tribus Clariotidis concludere in promptu est.

In eodem nico prytaneum stetisse uidetur, quod a Xenophonte (Hist. Gr. VII 4, 36: *δημοσία οίκια*) intellegi existimo. Huc Pausaniae uerba (VIII 53, 9) spectant: *Καλοῦσι δὲ οἱ Τεγεᾶται καὶ ἔστιαν Ἀργείων κοινήν*, eis praemissa quae de elio Clario disseruntur. Ante ea necessario lacuna est statuenda, qua commemorationem prytanei intercidiisse putamus. Ille enim focus est publicus; ibi ignis sacer Vestae alitur. Eiusmodi autem lacunis scateret textum Pausaniae omnes prudentes concessere.

Apollini non Agyieo soli Tegeatae sacra faciebant; in urbe ipsa Pausanias (VIII 53, 7) aedem dei cum inaurato simulacro Chiriophi Cretensis opere conspexit. Quae utrum Agyiei fuerit an Apollinis aliter cognominati nescimus. Hoc pro certo adfirmes illud fanum quasi umbilicum fuisse tribus Apolloniatidis. Quod cum Pausanias per portam ad Mantuream conuersam, ergo ad meridiem et occidentem spectantem, Tegeam intrarit ac postremo in septentrionalem oppidi partem peruenerit, templum et tribum Apollinis a foro septentriones et orientem uersus eniti sese obtulisse non ueri dissimile. Cui rei situs reliquiarum theatri, quod in hoc uico aedificatum

fuisse uidetur, non repugnat ¹⁾. Quod ex orientali regione cultum Apollinis aduectum esse contendi id meo iure feci, quando Pausaniae quoque temporibus rudera aedis Apollinis Pythii relicta erant, quae stadium fere aquilonem uersus distabant a uia populari Tegea per Corytheusium pagum Argos ducenti ²⁾.

Uenimus ad Mineruae tribum. Cuius uenue antiquissima florebat religione apud Tegeatas et maiore reliquis deis honore. Scimus cum Poliatidi tum Aleae Palladi in oppido esse sacrificatum. Huic Aleus rex templum aedificasse fertur ³⁾. Vox *ἀλλέα* quam Attici dicebant *ἀλλέαν* aut teporem significat aut effugium, praesidium prout cum *ἥλιος, εἴλη* i. e. calor solaris ⁴⁾ aut cum *ἀλεωρή* componitur. Utroque significato iam apud Homerum exstat. Od. Muellero (Scripta min. II 175) et Welckero (Theol. I 309), ad quorum doctrinam adspirare non audet tirocinium meum, priorem uotionem praefereutibus ad stipulor. Huc enim aiunt Augem deam Luciuam Tegeatarum pertinere, quae filia Alei et sacerdos Mineruae Aleae fuisse dicitur cuiusque nomen splendor uerteudum est ⁵⁾, huc Maeram ⁶⁾ Tegeatae uxorem fulgorem et sidus fulgens Sirium iudicantem. Inde a Tegea sacra Aleae per totum *κλήρον Ἀφειδάντειον* peruulgata sunt, uelut de fauis eius in oppidis Mauteia et Alea quae nomen a uumie, nou ab Aleo adepta uidetur scimus ⁷⁾. Etiam in Lacouia aliqua ueneratione fruebatur, cum in uia Sparta Therapnam ducenti simulacrum Aleae

1) Cf. Bursiani Geogr. II p. 220. Non procul ab Agyiei stauis theatrum aberat, quas nix e tribu Apolloniatide remouere licet. Praeterea hic duo Liberi templa stabant; teatro ea propinqua fuisse haud in cassum iacto. Paus. VIII 53, 7.

2) Paus. VIII 54, 5. 3) Paus. VIII 4, 8. 45, 4.

4) Hesych., Suid., Etym. M. *ἀλλέα*.

5) Alcíd. Ulix. 14. Paus. VIII 4, 9. 48, 7, ubi ingeniose Auges nomen pro librorum *ἀντή* restituit Valckenaer (Diatr. p. 164). Templum signumque Lucinae in foro stabant. Cognomen eius sine Auges quod est *ἐν γόνασιν* in Ceteo redit Megistus — sic Callisto ibi cinct — patre. V. Ariaethum apud Hygin. Poet. astr. II 1.

6) Paus. VIII 12, 7. 48, 6. 53, 3.

7) Paus. VIII 9, 6. 23, 1.

conspiceretur ¹⁾. Sedes uero religiosissima huius cultus Tegeae mansit. Ibi templum magnum dignumque quod uiseretur multo post Alei tempora ciues erexerant. Quod cum anno a. Chr. 395/94 flammis deletum esset, nouum Scopas Parius aedificauit, longe pulcherrimam atque amplissimam quotquot in Peloponneso exstabant aedium ²⁾. Vetus deae signum, eburneum Endoei opus, simulque Calydonii apri dentes qui in templo adseruabantur Caesar Augustus uicto Antonio eiusque sociis, in quibus Arcades omnes praeter Mantinenses fuerant, Romam abduxerat ubi simulacrum in foro principis conlocatum est ³⁾. Rem diuinam Aleae puella nondum pubes facta curabat ⁴⁾. Praeterea inscriptionibus compertum habemus annum ei fuisse sacerdotem, a quo ut antistite numinis summa religione celebrati unus quisque annus denotabatur. Tituli incipere solent *ἐπὶ ἱερέως* etc. numinis nomine non addito; sed cum Mantineae sacerdos Neptuni *ἐπιώνυμος* fuerit, Tegeae hoc insigne antistitis Aleae fuisse iudicabimus ⁵⁾.

In honorem huius Mineruae ex antiquissimis temporibus Iudi agebantur Aleaea, quae uocis forma inscriptionibus et Polemonis loco (de Heracleis Thebanis) in scholiis ad Pindari Olymp. VII 153 probata apud Pausaniam (VIII 47, 4) refragantibus libris restituta est. In hoc conuentu sollempni non raro

1) Paus. III 19, 7. Xen. Hist. Gr. VI 5, 30.

2) Paus. VIII 45, 3—5. Cuius in fundamentis nunc ecclesia uicē Piali exstructa est.

3) Paus. VIII 46, 1 et 4. Posteriore loco memoriam grauitate laborare paret. Traduntur haec: *Ῥωμαίοις δὲ τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ἀγαλμα ἐς τὴν ἑρῶν τὴν ἐπὶ Ἀγούστου ποιηθεῖσαν, ἐς ταύτην ἐστὶν ἰόντι*. Haud propeperam Schubartus post *ἰόντι* lacunam adgnouit; at ante uerba *ἐς ταύτην* iterum excidit aliquid, scilicet uerbum sententiae *ἐχομισθη*; quare satis erit et hoc et quae ad participium *ἰόντι* requiruntur una lacuna post *ποιηθεῖσαν* statuenda putare absumpta esse.

4) Puellam intellego propter Augen hoc munere functam. Paus. VIII 47, 3.

5) Quae opinio titulo confirmatur in uico Piali, qui super ruinis Tegeae aedificatus est, ante hos tredecim annos a Deffnero inuento biennioque post ab H. Sauppio in Ind. scholl. Gotting. semestr. hib. anni 1876/77 iuris publici facto. Cuius in fine subscriptum legis: *ἱερεὺς τῆς Ἀθηνᾶς Ἐνάλκτος*

accidisse uidetur, ut praemia uirtutis ergo alicui decreta per caduceatorem pronuntiarentur, id quod de Isagene cognouimus titulo 341 b Lebasii, quem societas seniorum corona aurea statuaque honorari censuerat. Certamina in stadio non multum a templo deae distanti fiebant. Mirum quantum dignitas Mineruae exinde aucta est, cum denictis Lacedaemoniis qui Charilai ductu Tegeatidem inuaserant eius tutela efficacissima uidebatur. Tum Marpessae armatura ducis in illo proelio feminarum Tegeatidum in aede Aleae consecrata est, tum compedes quibus uincti Lacedaemonii captiui hostibus in campo fodiendo seruierant ibidem suspensae, ita ut uel Herodotus et Pausanias eas conspicarentur, tum Aleaeis ludis Halotia (cf. *ἀλλισχομαι*) addita, quod magnam partem hostium in eis regem uinos ceperant¹⁾. Postea aliae quoque praeclarissimae belli manubiae in fano illo adseruabantur. Velut e pugna Plataensi, in qua primi Tegeatae in Persica castra inruebant ac Mardonii tentorium expilabant, huius praesaepe equorum aeneum spectatuque dignissimum Tegeam auectum Aleae consecrauerunt²⁾.

Ceterum, si Frontino (Strat. III 2, 8) fides habenda est, olim festo die Mineruae Tegea ab Aristippo Lacedaemonio capta est. Exscribo uerba scriptoris: 'Aristippus Lacedaemonius festo die Tegeatarum, quo omnis multitudo ad celebrandum Mineruae sacrum urbe egressa erat, iumenta saccis frumentariis palea refertis onusta Tegeam misit, agentibus ea militibus, qui negotiatorum specie inobseruati portas aperuerunt suis.' Tempus rei inquirentes frustra tenebras temptabimus.

1) Her. I 66. Paus. VIII 47, 2. In eodem capite paulo infra sic exhibetur oratio: *Τοῦ ναοῦ δὲ οὐ πόρρω στάδιον χωμα γῆς ἐστὶ, καὶ ἀγῶσιν ἀγῶνας ἐνταῦθα, Ἀλεαῖα ὀνομάζοντες ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς, τὸν δὲ Ἀλώτια, ὅτι e. q. s.* Quia desiderari patet quod respondeat uerbis *τὸν δέ*, iure in maiore Schubarti editione insertas reor uoculas *τὸν μὲν* ante *Ἀλεαῖα*. Quam emendationem cur in editionem Teubnerianam non receperit ego non adsequor.

2) Her. IX 70.

Unum hucusque non tetigimus quod praecipuam Mineruae Aleae auctoritatem suppeditavit: dico asylum in fano constitutum ac perfugis etiam exterarum civitatum apertum. Quod reputans facile quis eo inclinet, ut alteram viam explicandi Aleae nominis praeferat; hanc vero seriore aetate propter increbrescentem asyli famam munitam esse veri similis duco. De perfugio illo Pausanias (III 5, 6) consulendus est, ubi de secundo Pausania rege Lacedaemoniorum qui cunctando calamitatis ad Haliartum acceptae anno a. Chr. 395 mortisque Lysandri auctor exstitisse putabatur haec refert: *Τότε δὲ ἐκ αἰτίας ποιουμένων τῶν πολιτῶν τὴν βραδυτῆτα αὐτοῦ τὴν ἐς Βοιωτίαν οὐχ ὑπέμεινεν ἐσελθεῖν ἐς δικαστήριον, Τεγεᾶται δὲ αὐτὸν ἰκέτην ἐδέξαντο τῆς Ἀλέας. ἦν δὲ ἄρα τὸ ἱερὸν τοῦτο ἐκ παλαιοῦ Πελοποννησίοις πᾶσιν ἀδέσμιον καὶ τοῖς αὐτοῦ ἰκετεύουσιν ἀσφάλειαν μάλιστα παρείχετο. ἐδήλωσάν τε οἱ τὴν Λακεδαιμόνιοι τὸν Πανσανίαν καὶ ἔτι πρότερον τοῦτου Λεοτυχιδῆν καὶ Ἀργεῖοι Χρυσίδα καθεζομένους ἐνταῦθα ἰκέτας οὐδὲ ἀρχὴν ἐξαιτῆσαι θελήσαντες.* Fugam Pausaniae similiter narrat Xenophon (Hist. Gr. III 5, 25), nisi quod eum Spartaecapitis esse damnatum Tegeaeque morbo perisse addit¹⁾. Usque ad annum 385 quo ab Agesipolide filio expeditio in Martineam suscepta est pater in viuis fuisse videtur²⁾. Leotychildem Tegeam aufugisse ibique mortuum esse ab Herodoto (VI 72) et Pausania (III 7, 10) proditur; regno abdicatus est anno 469³⁾. De Chryside sacerdote Iunonis Arginae, cuius negligentia templum conflagratum erat, historia apud Periegetam (II 17, 7) exponitur⁴⁾.

1) Cf. Plut. Ag. 3. 2) Xen. Hist. Gr. V 2, 3.

3) Quod Diodori potissimum indicis conligitur (XI 48. XII 35): Archidamum qui Leotychildi successit quadraginta duos regnasse annos; huius enim annum fatalem novimus.

4) Ibi nomen *Χρυσίδης* scriptum est, quod minus rectum esse inde demonstratur, quod Thucydides aetate suppar *Χρυσίδα* eam bis appellat (II 2. IV 133), aliter nusquam. Per hunc et annus incendii aedis fugaeque sacerdotis constat — est a. Chr. 423 —, et natalicium Chrysidis annum propemodum licet diuinare. Etenim cum incunte bello Peloponnesiaco per duodequingaginta annos Iunonis antistita fuisset, omnino plus

At non supplices soli, uerum quicumque male tractati in patria exsulabant aut peregre adueniebant sedes suas commutaturi comiter excipiebantur; quo factum est ut haud pauci inquilini in oppido uersarentur, qui per cunctas tribus distributi¹⁾ eximia prae metoecis ceterae Graeciae condicione utebantur, uelut ludis urbanis nullo discrimine inter ipsos et ciues facto intererant. In eo numero rex quidam fuit Argiuorum²⁾. Huic populares succensusse narrantur, quod postquam multa bello contra Lacedaemonios gesto perpersi Arcadibus patriam restituisset, agros exsulibus reddidisset neque inter ipsos diuisisset. Idcirco cum uis ei pararetur, rex Tegeam profugit ibique honoratus ab eis quos beneficio adfecerat uitam degit. Quem priore saeculi septimi dimidio regnasse alibi ostendam. Item Herodoti (VIII 170) aliorumque testimoniis Micythus Choeri filius Tegeae aeuum finiuit. Seruus is fuerat Anaxilae Regionum et Zancleorum tyranni, cui tanta fides a domino habebatur, ut post mortem eius anno a. Chr. 476 tutor filiorum in tyrannide succederet. Cum uero nouem annis post rationes ei reddendae fuissent, siue sua sponte siue pulsus patria discessit³⁾. Denique huc Leonidam secundum referimus, Cleonymo natum et regem Spartanorum, qui anno 242 regno priuatus Tegeam petiuit unde sequenti anno Spartam rediit iniurias inlatas crudeliter ultus est⁴⁾.

Nec defuerunt qui hospitalitate ciuium absterentur, ut de Sthenippo Spartano Polyaeus (II 26) narrat. Ille ab ephoris se multatum simulans Tegeam confugit et benigne a ciuibus exceptus est. Iam corruptis eius aduersariis Aristoclem archontem in pompa sacrificare parantem interficiendum curauit.

quinquaginta sex annos ministerio functa est, ut seni mulieri ueniam peccati dare possimus. Ceterum Thucydides eam Phliuntem facit abeuntem; quare nescio an exclusa a Phlasiis posthac in Tegeatarum tutelam peruenit.

1) Aliter Athenis tribubus exclusi erant.

2) Diod. VII 14 b. 3) Cf. Diod. XI 48 et 66.

4) Plut. Ag. 12 et 16. In temporibus constituendis Droyseni (Hellenism. III 1 p. 435—37) uestigia pressi a quo dissidet Pausanias (III 6, 7—8).

Quae res, si narratiunculas paulo praecedentes apud Polyae-
num respicis, ei aptissime tribuetur aetati quae inter pacem
Antalcideam et pugnam Leucetricam intercessit. De Lichae
fraudulenta apud Tegeatas commoratione infra agemus.

Cultus Minervae Poliatidis hoc erat proprium, ut quotannis
non plus semel sacerdoti concessum esset in fanum introire.
Propugnaculi templum (*ἐρύματος ἱερὸν*) appellabatur, cum cir-
rus ibi seruaretur quem dea de Medusae capite desectum
tamquam custodem Tegeae Cepheo filio Alei dedisse fereba-
tur, numquam expugnatum iri oppidum promittens. Quam
fabulam accuratius Pausania (VIII 47, 5)¹⁾ Apollodorus (II 7, 3,
5 sqq.) expedit. Herculem Pylo capta Spartam proficisci in
animo habuisse Hippocoontis filios ulturum. Ita cum Cepheum
eiusque prolem uiginti adulescentes in auxilium uocasset²⁾,
hunc Argiuorum metu perculsum se suppetias iturum negasse.
Tum Herculem Gorgus ciuicinnum a Minerva in amphora aenea
acceptum Steropae Cepheo genitae hoc monitu tradidisse, ut
in aduentu hostium in muros adscenderet terque douum auerso
uultu tolleret. Quod in fugam aduersarios esse acturum. Sic
participes factos Herculeae expeditionis Cepheum filiosque
interisse³⁾; Herculem uero occiso Hippocoonte cum stirpe po-
titum Lacedaemone Tyndareo expulso regnum reddidisse⁴⁾.
Praeterea tres scriptores conferendi sunt: Photii lexicon s. u.
πλόκιον Γοργάδος, Suidas s. eadem u. qui fere nihil differt
a Photio, Apostolius (XIV 38) qui cum Apollodoro formam
Λακεδαιμονίαν pro *Λακεδαίμονα* communicat, cum Photio et
Suida Asteropam Cephei filiam appellat, in ceteris non dis-
sentit. Non potest non de communi fonte fabulae cogitari,

1) Pausaniae loco cum Schubarto codicis Lugd. a probo lectionem:
τοῦτο δὲ ἐρύματος ἱερὸν . . .

2) Cepheus iam antea erga Herculem amice se gesserat. V. Valer.
Flacc. I 374 sqq.: Erymanthei sudantem pondere monstri, Amphitryoniaden
Tegeaeo limine Cepheus, iuuit.

3) Diodorus (IV 33) tres Cephei filios superstites fuisse memorat.

4) Pausanias (III 15, 5) bis contra Hippocoontem filiosque dimicasse
Herculem, sed e prioro pugna sauciatum clam aufugisse indicat.

quem tragicum quendam fuisse poetam Naber ad Photium coniecit. Quod nomen puellae non sibi constat, corruptelae suspicionem mouet. Videntur enim ut iam Heynius perspexit et Sterope et Asterope ex eo nomine depranata esse, quod una de Cephei filiabus tulit Pausania (VIII 45, 7) teste, nempe ex *Ἀερόπη*. Quae labes compilatorum socordiae deberi uideatur, nec scio an merito C. Mneller num nomen Aerope in Apollodori textu restituendum esset dubitarit.

Restat tribus Hippothoitarnm, cuius posteriorem fuisse originem supra diximus. Hippothous a quo nomen accepisse narratur Agapenori, cum Troia domum non redisset, in regno Tegeatico successit; quem nihil aliud memoratu dignum patrantem facit Pausanias (VIII 5, 4), nisi quod domicilium regni Trapezuntem transtulerit. Talem causam exstitisse ut uni tribui nomen ab eo imponeretur nemo credet. Iam id unus quisque debet mirari, quod rex ille non filius Agapenoris nominatur, quod omnino non ex Aphidante et Aleo prognatus audit, sed Stymphali pronepos filii Elati ¹⁾. Hippothous igitur cum princeps fuerit nouae stirpis regiae, per uim hanc dignitatem obtinuisse uidetur, scilicet Alei gente regno pulsa. Quae cum reputaueris, uide num quid mea coniectura proficiatur: illum non sedem regiam Trapezuntem mouisse, sed regem in hoc fuisse oppido unde profectus Tegeatidem sibi subiceret. Ita noua pars incolarum, dico manum Hippothoi, huc adducta est quae seorsim habitasse nomenque a duce uidetur tulisse, nisi forte hic potius ab equitibus secum adnectis, quoniam *Ἴπποδοίται* fere ei intelleguntur quos Romani Celeres uocabant. Quamuis autem uictores Tegeam intrassent, quamuis sacra cum indigenis haud communicarent, tamen eos pari iure nti passi sunt. Mortuo quidem Hippothoo dininos prope honores memor militum turba tribuit et sacellum dedicauit, quod sensim quarti nici euasit umbilicus. Mythici etiam artiore eum uinculo cum prisca gente regia coniunxerunt, ut commilito fieret Ancaei et Epochi filiorum Lycurgi in uenando

1) Elati gentem aliquamdiu Tegeatis imperasse simulacro eius significatur in foro posito. Paus. VIII 48, 8.

apro Calydonio interque socios expeditionis in fastigio templi Aleae fingeretur¹⁾.

Distinguendus ab hoc is est Hippothous, quem Hyginus (Fab. 187) Alopae et Neptuni filium, nepotem Cercyonis facit latronis saena sceptrata Eleusine gerentis donec a Theseo interficitur. Hic enim a reliquis scriptoribus Hippothoo nominatur et ipse unius tribus heros esse *ἐπώνυμος* putabatur, nimirum Atheniensium. In promptu erat eum cum Arcade commiscere, quando alterius patri et auctori alterius idem nomen erat; hic uero Neptuno sine Volcano natus et frater Triptolomi, ille Agamedis filius habebatur²⁾. Insuper Thesei aduersarius a Plutarcho (Thes. 11) Arcas appellatur. Item Charax in quarto libro historiae Graecae Callimacho auctore Cercyonem ex Arcadia in Atticam uenisse uoluit, ut scholio ad Arist. Nub. 508 luculenter apparet. De Trophonio ibi agitur, qui cum Agamede patre et Cercyone fratre Augeae thesaurum Elide compilasse narratur. Capto autem patri Daedali laqueis filios ne adgnoscerentur caput desecuisse et Orchomenum fugisse. Tum his Characis uerbis pergit scholiasta: *Ἀγγεῖον δὲ κατὰ κέλυσιν Λαϊδάλου πρὸς τὴν τῶν αἱμάτων ἔκλυσιν ἐπιδιώκοντος καταφεύγουσιν ὁ μὲν Κερκῶν³⁾ εἰς Ἀθήνας, ὡς Καλλιμαχος (fr. 143)⁴⁾· ὅς ῥ' ἔφυγεν μὲν*

Ἀρκαδίην, ἡμῖν δὲ κακὸς παρενάσσατο γείτων,
 ὁ δὲ ἕτερος εἰς Λαβάρειαν e. q. s. Illud quempiam potest offendere quod Trapezuntis regem Hippothoum facio, cuius auus Agamedes secundum scholium laudatum Stymphali regnarit. At posteros huius emigrasse nouasque regias constituisse ipsa fabula uidetur docere Trophonii et Cercyonis fugam referens⁵⁾.

1) Paus. VIII 45, 7. Ouid. Met. VIII 307. Hyg. Fab. 173.

2) Paus. I 43, 3. Hyg. Fab. 38.

3) *Κερκῶν*, ὄνοσ rectius scribi quam *Κερκῶν*, ὄνοσ quod plerisque locis libri manuscripti tradunt Arcadius praecipit p. 15, 27.

4) Fragmentum esse Hecalae uidit Rubnkenius.

5) Iam Aepytyus filius Elati maximus natu ad Alpheum regnauerat, cuius stirpe emortua nescio an pars gentis Agamedeae eo se conuerterit. Pind. Ol. VI 34 et schol. Ipse Elatus regionem Cyllenae propinquam Orchomenumque caput sortitus erat.

De situ quartae tribus nihil certi scitur. Ne delubri quidem herois Pausanias mentionem inicit, unde liceret fortasse coniecturam facere. Ideo Bursiani opinio (l. l.) qua tribus media fuit inter Minerualem et Apolloniatidem omni fundamento caret. Facilius Pausaniam Hippothoi vicum aut prorsus non intrasse aut pauxillam partem tetigisse iudicauerim.

Hactenus de origine ac situ trium. Lubrica est quaestio, qua tempestate hanc urbis diuisionem ad religiones quondam maxime spectantem in usum rei publicae receptam esse reamur. Qua de re cum clara testimonia deficiant, ex analogia quam dicunt ceterarum ciuitatum ueri similia magis quam uera concludas. Ne nomina quidem auctorum nouae ciuium distributionis liberaeque inquilinorum condicionis constant; certe ii inter quattuor legum latores quorum statuae in foro oppidi conspiciantur ¹⁾, Antiphanem et Crisum ²⁾ dico, Tyronidam et Pyrrhiam ³⁾, quaereudi erunt.

CAPUT III.

De regno.

Primam rei publicae formam in omnibus Graeciae ciuitatibus regnum fuisse abunde constat. Reges igitur antiquissimis temporibus in Arcadiae quoque pagis scepra tenuerunt. Errarit tamen si quis singulos plerumque toti terrae imperasse Pausaniae credat. Nam si ne in aliis quidem Graeciae terris, quae mature legibus omnium uicorum communiibus adstrictae erant, uelut in Attica hic rerum status pristinus est indicandus, de Arcadibus qui nec bellis Persicis nec posteris aetatibus ante pugnam Leuetricam umquam uiam effecerint ciuitatem hoc statuere absurdum est. *Karà κόμμας* enim initio Graeci

1) Paus. VIII 49, 1.

2) Sic recte nomen Meinekius (Diar. antiq. a. 1845 p. 1067) e librorum *Κροίσος* restituisse uidetur.

3) *Ἰνυήλας* pro *Ἰνυλας* codicibus exhibito Dindorfius reposuit. Cf. Xen. Exped. Cyr. VI 5, 11.

habitabant, ut Kuhnii libro de origine oppidorum ueterum inscripto exposnit; inde complures pagi in oppida singula coniungebantur, quae postmodo uinculis quibusdam inter se conexas delato ad urbem praepollentem imperio in unam terram atque ciuitatem coalescebant. Quod in Arcadia seris saeculis effectum est nec in longum tempus conseruatum; permagna pars terrae etiam tum cum fastiginm potentiae Graeci conscenderant oppidis carebat dispersosque in multos uicos homines alebat. Aliter Tegeatidis incolae iam uetustissimis aeuis unam urbem sibi constitnerunt, unde uicinas regiones facile in dicionem redigere potuerunt. Numquam uero totam Arcadiam sub sua inra cogere nalebant.

Primum synoecismo nondum facto Aphidantem¹⁾ Tegeae gessisse imperium memorauimus. Is cum Azane et Elato fratribus quartus est a Pelasgo, principe seriei regum Arcadicorum per Pansaniam proditae. De partitione Arcadiae inter tres Arcadis filios praeter Periegetam (VIII 4, 3sq.) landator Eustathius (ad Dionys. 415): *μετὰ τὸν Ἀρχάδος θάνατον οἱ παῖδες αὐτοῦ τρεῖς ὄντες ἐνείμαντο τὴν ἀρχήν· Ἐλατος μὲν ἔλαχε μοῖραν Ὀρχομενόν, Μαντίνειαν καὶ τὴν Κυνορικὴν* e. q. s.²⁾, *Ἀρείδας δὲ Τεγέαν καὶ τὰ περὶ μὲν ἄλλης* (Meinekius Anal. Alex. p. 160: *τὰ περὶ Μαίναλον*), *Ἀζάν³⁾* δὲ καὶ τὴν ἀφ' ἑαυτοῦ Ἀζανίαν etc.

Aliter Apollodorus (III 9, 1, 1) duos Arcadis filios Elatum et Aphidantem recipit⁴⁾, cum Clitorem qui Azanis suboles a

1) Schol. Ven. a Il. β 603 Amphidamas pater Alei et filius Arcadis perhibetur. Cf. Eustath. ad Il. p. 300, 34.

2) Apud Pausaniam Cyllenen montem accipit, quod non nimis abhorret.

3) Azanem gentis Azanum gratia commentum esse apparet, quae olim potentissima fuisse Arcadum uidetur. — Posteriore tempore septentrionalis Arcadia circa Clitorem, Pheneum, Psophidem Azania nuncupabatur; olim Parrhasiam quoque ad inferiorem Alphenm adiacentem Azanes obtinuisse existimantur, cum Clitor Azanis filius Lycosorae regnarit (Paus. VIII 4, 5) et Phigalenses oraculo illo a Pausania allato (VIII 42, 6) Azanes appellentur. Cf. Muelléri Dor. II p. 436, Busolti Laced. p. 117 sqq., Schubringii de Cypselo dissert. Gotting. a. 1862¹ p. 18.

4) Cf. Charouem Lampsac. apud Tzetzam ad Lycophr. 480.

Pausania uocatur Lycaone natum dicat (III 8, 1, 4). Hoc inde explicamus quod opes gentis Azauum breui ita sunt imminutae, ut rarissime in Graecorum annalibus redeant. Quod apte fabulis Arcadum significatur, si quidem Clitor nullis relictis liberis mortuus fertur ¹⁾.

Post Azanis mortem Pausanias (VIII 4, 5—8) Clitorem ²⁾ ceteris principibus praecellentem facit; quo mortuo Aepyrum ³⁾ Elati prolem Phaesanae in oppido prope Alpheum sito dominantem Arcadiae regnum esse adeptum; dein Aleum, iam prius patris heredem, in principatu secutum regiam Tegeae conlocasse. Hinc nihil licet conligere, nisi primis aetatibus modo aliud modo aliud Arcadiae oppidum cum rege suo maiore ceteris auctoritate floruisse. Tantum tamen concessum est sumere, belli temporibus et in expeditionibus communiter susceptis omnes uel multas Arcadum ciuitates regem uiuis oppidi dignitate praeualem ducem secutas esse ⁴⁾, praesertim cum uincula quaedam communionis exstiterint, quo in numero antiquissimi ludi Lycaei Iouis, cultus Dianae Hymniae cui templum sanctissimum in finibus Orchomeniorum Mautineam uersus stabat, *ἑστία Ἀρκάδων κοινή* Tegeae aedificata referuntur ⁵⁾. Quo fieri potuit ut haud paruae Arcadum copiae Agapenoris ductu Troiano bello interessent, si quis hanc poetarum fabulam pro historia uelit accipere.

1) V. Hoehlium: Arcadia ante aetatem bellorum Persicorum, Meeranae a. 1863^o, p. 33.

2) Clitor rex oppidi homonymi causa inuentus est, cuius conditor exstitisse narratur apud Pausaniam (VIII 4, 5), ubi uocabulum *ἄνομασμένον* post *ᾤκισεν* uidetur excidisse.

3) Hic in uenando ad Sepiam montem qui paulum abest a Cyllene, in patrio igitur regno, morsu anguis paruuli *σῆψ* nuncupati mortem obisse dicitur, ibidemque tumulus eius monstrabatnr iam auctori nauium catalogi (II. β 604) cognitus. Paus. VIII 4, 7. 16, 3. — Ceterum Tegeae Aepyrtus cognomen erat Mercurii; rex inde fingi potuit. Paus. VIII 47, 4.

4) Non ita absurde Busoltus (Laced. p. 141 sqq.) Thirwallo (Hist. Gr. I p. 430) praeunte cum Thessalorum dignitate quae est *ταγεία* regnum comparat Arcadicum.

5) Paus. VIII 2, 1. 5, 11. 53, 9.

Iam duobus saeculis ante maior Arcadum exercitus exisse dicitur, cum apud Pheam ad Celadontem et Iardanum flumina cum Pylis de dicionis finibus decertaretur ¹⁾. Bis in *Iliade* (δ 319 et η 133 sqq.) Nestor hac pugna gloriatur in qua ipse adulescens Ereuthalionem filium Hippomedontis siue Aphidantis (Amphidamantis) siue Xanthippi insignem hostium propugnatores ad certamen singulare prouocatum occiderit. Quamquam si Ariaetho fidem habemus, Pylis non nimis felici euentu adiuti sunt. Arcades enim, quod leges pugnae Nestor uollasset, neglecto foedere adgressi aduersarios fuderunt ²⁾. Hoc bello oppida Arcadiae Pylis uicina et Lycurgum Tegeae regem et alias terrae ciuitates auxilio uocasse non temere coiciamus. Lycurgus autem cum ipse senio confectus suppetias ire non posset, Ereuthalionem familiarem cum manu suorum miserat, qui propter praemiuentem dignitatem regni Tegeatici summum imperium tenuisse uidetur.

Ad extremum neglegi nolim quod indicium societatis Arcadicae ex Herodoto (VI 74) compertum habemus. Cleomenes enim, cum malignae eius machinationes in Demaratum alterum Lacedaemoniorum regem Spartaе innotuissent, metuens in Thesaliam secessit unde in Arcadiam reuersus Arcades aduersus patriam sollicitauit cum aliis iuramentis adstringens ut se quicumque duceret sequerentur, tum principes (τοὺς προεστῶτας) in Nonacrim oppidum ductos iure iurando per Stygis aquam adigere paratus. Non nimium distat a probabilitate hunc sollemnem fuisse locum, ubi conuentus agerent proceres Arcadum resque grauioris momenti deliberarent. Quod factum ad aetatem Persicis bellis paulo superiorem pertinet.

1) Ubi conflixissent ne inter neteres quidem geographos constabat. Iardanus Pausaniae (V 5, 9) idem est atque Acidus (Strabonis Acido). Alii Celadontem amnem postea Acidontem dictum esse putabant, oppidi autem Pheae nomen in Chaam mutatum. Didymus Pherecydem secutus *Φηραῖς* apud Homerum pro *Φειᾶς* legi uoluit, non optime. Schol. Ven. a II. η 135. Inter amnes cum Alpheo aquas miscentes a Pausania (VIII 35, 9) Celadus nominatur fortasse non diuersus a Celadonte Callimachi (Hymn. III 107). *Ἀγκαίων ὄρος* uix recte legitur in scholio.

2) Schol. II. δ 319.

Sed redeamus ad priora tempora! Aleo¹⁾ testibus Apollonio Rhodio (I 161 sqq.) et Pausania (VIII 4, 8) tres filii Lycurgus, Amphidamas, Cepheus unaque filia Auge nati sunt. Alteram Diodorus (IV 68) addit Alcivicam. Quorum matrem Apollodorus (III 9, 1, 2) Neaeram Pereo genitam et neptem Elati nuncupat, quamquam Pausanias (VIII 4, 6) hanc Antolyco Mercurii sine Daedalionis proli nupsisse tradit²⁾. Per Augen Aleus Telephi avus factus est³⁾, per Alcivicam Salmonei socer. Ipse grandaeus fuit, cum Amphidamas et Cepheus filii et Ancaeus nepos in numero Argonautarum in Colchidem profecti sunt. Domus Alei etiam Pausaniae aetate Tegeae visebatur⁴⁾.

Hunc Lycurgus filiorum maximus natu⁵⁾ in principatu exceperit, cuius persona minus caeca caligine oblecta latet, cum uel Homero cognita sit. Quem Iliadis uu. η 137 sqq. Areithoum in angustiis uiae ubi clauus huic usui non esset dolo interfecisse legimus. Armis uiri a Marte donatis dehinc ipsum sese ornasse in pugnam iturum, donec senectute oppressus Ereuthalioni ea concederet. Causam caedis scholiasta Ven. a Il. η 8 e Pherecyde accersitam promit: Boeotos cum Arcadibus de finibus terrae certasse. Quod cum Areithous maximam ex Arcadia praedam abduxisset, Lycurgum multa parte hosti-

1) Ἀλεός Arcadius (p. 38, 18, ubi Μαλεός praeue exhibetur) scribendum docet, quod alibi etiam libri manu scripti conseruarunt. Praeterea Ἄλεος et Ἄλεως leguntur.

2) Rectius Hyginus (Fab. 14) Cleobulen uidetur matrem perhibere.

3) Paus. VIII 4, 9. 47, 4. 48, 7. Primo loco Hecataeum recoquit. Alcidi. Ulix. 14 sqq. Varias fabulae formas quam pulpitis aptare ueteres tragici adamabant Koner p. 32 sq. enarrat.

4) Paus. VIII 53, 10.

5) Auctor bibliothecae (III 9, 1, 2 conl. II 7, 3, 4 sqq.) Cepheum ut uidetur primum esse genitum ac tenuisse regnum sumit; a quo Caphyae septentrionalis Arcadiae oppidum nominatae esse dicuntur; Paus. VIII 23, 3. Nec uero defuerunt qui Romanorum rebus maiorem operam nauantes Cypri Aeneae comiti hunc honorem uindicarent. Dion. Hal. Arch. I 49, Steph. Byz. Καφύαι. Interim id fauet Apollodoro, quod Pausanias (VIII 5, 1) Lycurgo non eius ipsius nepotem, sed Cephei in regno successisse tradit. — Schol. Ven. b Il. β 609 Amphidamas Lycurgi pater dicitur.

lis exercitus ad defectionem commota insidiis aduersarium perdidisse, praedam recepit.

In uersu ad quem pertinet scholium de Menesthio agitar incola Arnae oppidi et Areithoi filio. Quia utroque Homeri loco epitheton *καρυνήτης* redit, uesanum sit cum scholio Il. 7 138¹⁾ conlato scholio u. 9 et 10 Areithoum Arcadem et Boeotum distinguere. Simul elucet non recte scholiastam de certamine *περὶ γῆς ὄρων* uerba fecisse, quoniam nec uicinae terrae sunt Boeotia et Arcadia nec omnino de regno Areithoi constat²⁾. Hic potius, si non grassator, — *ἄριστος* enim *τῶν κατ' αὐτὸν ἀνθρώπων* uocatur — at certe homo nouarum rerum cupidus et inquietissimus fuit, ut dux manus cuiusdam audaciorum praedationibus pacatas ciuitates uexare non ueretur. Ceteroqui Pausanias (VIII 4, 10) idem facinus infame Lycurgi criminatur, quod ab aeuo heroum quam maxime abhorrebat. Locus ubi rem accidisse existimabant in finibus Mantinensium apud Phoezonem monstrabatur³⁾ cum angusto tramite et tumulo Areithoi. Scholiasta teste Apoll. Rhod. I 164⁴⁾ in memoriam facti ab Arcadibus *Μώλεια* festum celebrabatur, quod nomen acceperit ab Homericâ uoce *μῶλος* (cf. l. l.) pugnam significanti.

Lycurgi senectus propter immaturam liberorum mortem ingrata fuit. Epochus enim morbo, Ancaeus apro Calydonio perierat⁵⁾. Vitam rex non in patria, sed Leprei in oppido Triphyliae uidetur finisse, si modo huius incolae uerum Lycurgi sepulcrum apud ipsos habuerant, quod Pausaniae temporibus iam non conspiciebatur⁶⁾. Quid eum illuc adduxerit haud liquet; de expeditione ab Arcadibus in Triphyliam Lycurgo duce facta non ariolantis sit cogitare.

1) Ibidem Areithous socius Arcadum uocatur, quem inuidia incensus Lycurgus e medio sustulerit.

2) Si re uera rex fuit, quod possit suadere epitheton *ἀναξ* (Iliad. 7⁸⁾ opes eius non ita magnae erant, cuius quidem filius Menesthios in numero ducum ante Troiam imperantium non referatur.

3) Paus. VIII 11, 4.

4) Falso hic Ereuthalio a Lycurgo occisus narratur.

5) Paus. VIII 4, 10.

6) Paus. V 5, 5.

Nunc ad Cephei stirpem fratris Lycurgi regnum transit. Echemus Aeropo genitus Cephei ¹⁾ filio succedit, cuius pater Spartae vitam posuisse uidetur. Ipsorum sane Tegeatarum memoratu ²⁾ Aerope Cephei filia a Marte uitata Aeropum peperit, ut Echemus abnepos esset Cephei, quod minus pulchre cum temporum rationibus congrueret. Qui Timandram filiam Tyudarei et Ledae in matrimonium duxit ³⁾. Arte luctaudi aequalibus antecellens Olympiae exstitit, ubi in certaminibus primum ab Hercule institutis palmam tulit ⁴⁾.

Summam gloriam et sibi et ciuitati eo acquisiuit, quod Heraclidas a Peloponneso arcuit Hylloque in Isthmo occiso impetum ingruentem retardauit; unde et nomen Ἐχέμος (h. e. is qui tenet, conseruat) conformatum uidetur. Cuius rei duplex potissimum exstat memoria Herodoti (IX 26 conl. 27) et Diodori (IV 58 conl. 57) qua haec conliguntur. Ceyx Trachiuorum rex post Herculis obitum ab Eurystheo Mycenis regnanti Herculis et Licymnii liberos simulque Arcadum manum Alcidae comitum ⁵⁾ e finibus suis expellere iussus erat. Quos cum sponte emigrassent incertique per Graeciam uagarentur praeter Athenienses ulla ciuitas recipere noluit; ab his in Tetrapoli Ionica sedes Heraclidis adsignatae sunt. At ne hic quidem Eurystheus eos sollicitare desiit; immo bello persecutus est contemptis Atheniensibus, qui societatem cum exsulibus inierunt. Proelio ad Marathonem commisso ⁶⁾ Eurysthei exercitus a sociis quibus Iolaus, Theseus ⁷⁾, Hyllus praeerant plane funditur; ipse in fuga apud Scironia saxa ⁸⁾ ab Hyllo occiditur.

1) Quod apud Herodotum (IX 26) Phegeus auus Echemi nominatur, id aut scriptoris negligentia aut scribarum error peccauit.

2) Paus. VIII 44, 7—8.

3) Paus. VIII 5, 1, Apollod. III 10, 6, schol. Pind. Ol. X 79. Timandra Hesiodo auctore (fr. 164b) postea relicto Echemo ad Phyleum se contulit.

4) Pind. Ol. X 79.

5) Apollod. II 7, 2, 1. II 7, 7, 7.

6) Strab. VIII p. 377.

7) Alii ut Euripides in Heraclidis, Anton. Liber. 33 tunc Demophonem Thesei progeniem Atheniensibus imperasse uolunt.

8) Apollod. II 8, 1, 3.

Qua freti uictoria paulo post Heraclidae Hyllō duce Peloponnesum subigere temptant. Atreus uero ad quem populi scito ¹⁾ regnum Persidarum transierat, postquam Achiuos, Iones, Tegeatas foedere coniunxit in Isthmo cum hostibus congressus est, ubi Hyllus uno ex aduersariis ad singularem pugnam provocato ab Echemo interficitur ²⁾; is e compluribus ultro se offerentibus electus erat. Atque hunc in modum inter se erant pacti, ut si Hyllus uicisset Eurysthei regnum Heraclidis redderetur, sin occubisset ne intra centum annos — Diodorus de quinquaginta annis loquitur — in Peloponnesum reuerterentur. Quod si rationes chronologicas respexerimus, ntiq̄ue Herodoti testimonium de temporis spatio maioris probabilitatis speciem quam Diodori prae se ferre iudicabimus. Etenim et Callimachus et Eratosthenes centum fere annos inter Hylli obitum et Heraclidarum in Peloponnesum reditum intercedere uoluerunt ³⁾.

Neminem offendet quod tunc Tegeatae ut aliae gentes Peloponnesi in ditione quadam regis Mycenaei uidentur fuisse. Scimus Arcades Agamemnonis imperio in expeditione Troiana obtemperasse, cuius nomine Menelaus ante bellum prope Caphyas uersatus erat copias coacturus ⁴⁾, et posthac Orestem maximam terrae partem subiectam habuisse ⁵⁾. Antea autem Pelops cum Stymphalo Arcadum rege filio Elati bellum gessisse fertur; qui cum ui Arcadium expugnare non posset, amicitiam simulans imprudentem aduersarium occidit ⁶⁾. Propter Echemi uictoriam cum aliis honoribus Tegeatae in Peloponnesiorum societate digni habebantur tum in proeliis coram alterutrum ducebant; quod priuilegium in pugna Plataeensi contra Atheniensium postulata retinere studebant.

1) Thuc. I 9.

2) Hylli sepulcrum Megaris monstrabant. Paus. I 41, 3. Tegeae Echemi cum Hyllō pugna pilae insculpta Pausaniae aetate cernebatur. Paus. VIII 53, 10.

3) Cf. Clintonis Fast. Hell. I p. 140. Qui hoc certamen singulare neque in Isthmo et longe post factum malunt, eos satis esse refutatos ab Hoeblio p. 39 sq. existimo.

4) Paus. VIII 23, 4. 5) Paus. II 18, 5. 6) Apollod. III 12, 6, 9.

Alterum Echemi bellum aetate superius unns Dicaearchus apud Plutarchum (Thes. 32) commemorat. Ibi de Tyndaridarum in Atticam inuasionem ob raptam a Theseo et Pirithoo Helenam facta sermo est. Theseus forte a fuit in custodia retentus ab Aidoneo Molossorum rege¹⁾. Sororem Aphidnis occultari Dioscuri indicio Academi comperiunt²⁾; quapropter et uinum illum a Tyndaridis honoratum esse et mortuum a Lacedaemoniis, qui quotiens in Atticam incurrentes agros depopularentur semper Academia abstinerent Academi gratia. Dicaearchum uero tradere Echemum et Marathum illis temporibus ex Arcadia profectos una cum Tyndaridis in Atticam uenisse, quorum ab altero Echedemiam nomen accepisse quae nunc Academia appelletur, ab altero Marathonem uicium quod ultro ex oraculo quodam mactandum se ante aciem praebuisset.

Hunc locum temptare nequiquam plerique recentiorum editorum conati sunt, nescii nimirum quo pacto ab Echemo Echedemiae nomen ducere liceret. Proinde Xylandrum qui ex anonymi scriptura *Ἐχέμιον* correxerat in *Ἐχεδήμιον* secuti sunt. At hercle uereor ne in sano corpore ulcus deprenderint. Primum nihil de Echedemo Arcade seu aliunde orto exploratum est. Dein quae apud Stephanum Byzantium s. u. *Ἐκαδήμεια* legis plane refragantur: *Ἐκαδήμεια ἢ Ἀκαδήμεια, ἀπὸ Ἀκαδήμιον. καὶ Ἀθήνησι τόπος, ὁ Κεραμεικός. ὁ ἦρωσ δὲ διὰ τοῦ ε γράφεται, οἱ δ' ὅτι Ἐχεμος ὁ Ἀρκὰς σιστρατεύσας τοῖς Διοσκούροις ὑποχείριον ἔσχε τὴν Ἀττικὴν, ἐξ οὗ Ἐχεμήδειον φασιν. μὴ βουλόμενοι δὲ σώζεσθαι τὸ ὄνομα Ἀκαδήμειαν ἔφασαν. ὁ δημότης Ἀκαδημαϊκὸς τροπῆ καὶ τοῦ τελευταίου ε εἰς η.*

Equidem nullus dubito quin hic eadem Dicaearchi explicatio proferatur simulque ansa praebeat conexus inter Echemum uocemque *Ἐχεδημία* siue potius *Ἐχεδήμεια*³⁾ sta-

1) Plut. Thes. 31.

2) Dissentit Herodotus (IX 73) qui Deceleenses uel Decelum heroem eponymum de hac re Tyndaridas certiores fecisse tradit.

3) Praestat *Ἐχεδήμεια*, *Ἀκαδήμεια* per diphthongum *ει* scribere nec per breue *ε* propter correptam ultimam ut Buttmannus docuit (Gramm.

tuendi. Urgenda enim sunt uerba *ἔσχε τὴν Ἀττικὴν*, quibus ad nomen Arcadis alludi patet. Hic possessor erat terrae Atticae (ὁ ἔχων τὸν δῆμον) per illud bellum. Itaque Plutarchi *Ἐχέμου* ne amplius lacessamus, quod quasi nouo adminiculo Hesychii glossa fulcitur: *Ἐχεδημία· ἡ νῦν καλουμένη Ἀκαδημία*. Immo Stephani *Ἐχεμήδειον* cum Berkelio ex illis emendemus. Traditas uocis litterulas religioni habere dedecet; et enim eam aegrotare uel exitus in *εἰον* pro expectato *εἰω* clamat¹⁾. In ore hominum forma *Ἐχεδήμεια* aegre unquam fuit, sed eam Dicaearchus alucinatus est quia *Ἐκαδήμεια* difficilior erat interpretatu²⁾. Utrum ipse etymologiam parum

Gr. II p. 282). De accentu scholiasta Dem. XXIV 114a haec adnotat: *ὁ δὲ τόπος τῆς εὐθείας τῆς Ἀκαδημείας προπαροξύνεται*.

1) Stephani uerba non uno loco medicina indigent uel excerptoris uel scribarum socordia misere lacerata. Primum ante καὶ Ἀθήνησι hincam uideo orationem; uidentur olim post ἀπὸ Ἀκαδήμου haec fere stetisse: *γυμνάσιον Ἀθήνησι καὶ τόπος* etc. Cf. Steph. *Ἀκαδήμεια* et Hesych. *Ἀκαδημία*. In sequenti enuntiato ut καὶ post δέ inseratur sensus impense flagitat. Postremo Westermanns recte perspexit in fine huius expositionis sic restitui scriptoris manum: *τροπῇ καὶ τοῦ τελευταίου εἰς α*. Ceterum initio *Ἐκαδήμεια* aspero spiritu legendum.

2) E duabus quae restant formis netustior *Ἐκαδήμεια* putanda est, quod complura euincunt testimonia. Unum est Diogenis Laertii [III 9 (7)]: *Ἐπανελθὼν δ' εἰς Ἀθήνας (ὁ Πλάτων) διέτριβεν ἐν Ἀκαδημίᾳ. τὸ δ' ἐστὶ γυμνάσιον προάστειον ἀλωῶδες, ἀπὸ τίνος ἤρωος ὀνομασθὲν Ἐκαδήμου κατὰ καὶ Εὐπόλις ἐν Ἀστρατεύτοις φησὶν*.

Ἐν εὐσκόις δρόμοισιν Ἐκαδήμου θεοῦ.

Quicumque animum aduerterit ceterorum librorum *Ἀκαδήμου* in Euroῤῥίδι uersu pessimam esse scripturam sentiet; illud praestanti codice Burbonico offertur. Dehinc sic pergit: *ἀλλὰ καὶ ὁ Τιμων εἰς τὸν Πλάτωνα λέγων φησὶ*

Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατίστατος, ἄλλ' ἀγορήτης ἤδυσπῆς, τέττιξιν ἰσόγραφος, ὃς θ' Ἐκαδήμου δένδρον ἐφεζόμενοι ὅπα λειριόεσαν ἰᾶσιν.

πρότερον γὰρ διὰ τοῦ ε' Ἐκαδημία ἐκαλεῖτο.

Praeterea scholium Dem. XXIV 114 quod repetit Suidas haec habet: *Ἀκαδημία· γυμνάσιον ἐν Ἀθήναις προάστειον ἀλωῶδες, ἐν ᾧ διέτριβε Πλάτων, ἀπὸ Ἐκαδήμου τίνος ἤρωος ὀνομασθὲν τοῦ καθιερωσέντος αὐτό. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἐκαδημία, ὡς Ἀριστοφάνης· ἀλλ' εἰς Ἐκαδημίων κατιῶν. Laudatur hic uersus Nubium 1005, cuius scholium in lommate*

probabilem confinxerit an alio scriptore fretus propinauerit in medio relinquamus; originem autem fabulae de Echemi et Marathi expeditione in Atticam facta, cum tam singularis sit rei memoria, ad antiquiora tempora referre uelle absonum est¹⁾.

Echemo regnante prior expeditio septem uirorum contra Thebas uidetur accidisse eaque ante Hylli obitum, si ueterum computationibus credere licet²⁾. Inter duces Parthenopaens nominatur princeps Tegea oriundus. De parentibus eius ualde dissentiant scriptores; plerique tamen Melanione³⁾ et Atalanta eum progenitum esse censent⁴⁾. Patrem Meleagrum nominat

quidem *Ἀκαδημίαν* praebet, nomen uero ita explicat: ἦν δὲ γυμνάσιον ἀπὸ Ἐκαδήμιον τινὸς καταλείψαντος τὴν κτῆσιν ἐαυτοῦ πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ τόπου. Unde elucere arbitror ipsum commentatorem legisse *Ἐκαδημίαν*. Itaque cum pridem Casaubonus in nota doctissima ad Diogenis l. l. lectionem codicum Aristophaneorum quae est *Ἀκαδημίαν* mutandam esse censuisset, non tamen editores obsecuti sunt; nihilo setius uera ibi scriptura est *Ἐκαδήμειαν*. Extremo loco Etymologici Magni interpretationem uocis *Ἀκαδήμιον γυμνάσιον* arpono, ubi post alia haec adduntur: διττὴ δὲ ἡ ἀρχὴ τοῦ ὀνόματος. οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ α τὸν Ἀκάδημον, οἱ δὲ δια τοῦ ε τὸν Ἐκάδημον (scribe *Ἐκάδημον* secundum perspicuam etymologiam). οὕτως Ὠρίων.

1) Marathum quoque ex Arcadia in Atticam inuadentem Dicaearchi uel auctoris eius inuentum esse liquet. Eadem nominis forma ab uno Suida s. u. *Μαραθῶν* heroi Marathonio tribuitur, qui loco Callimacheae Hecalae niti uidetur et filium Apollinis Marathum facit. Alias heros cum pago homonymus est. Paus. I 15, 3. 32, 4, Philostr. u. soph. II 1, Nonn. Dion. XXVI 336. XXVIII 157. XXXXVII 340. Marathonem Epopei subolem, nepotem Aloei cum illo unam personam esse mea quidem opinione existimat Pausanias qui bis eum commemorat (II 1, 1. 6, 5). Quorum locorum priore Maratho patris iniquitatem et superbiam fugiens in Atticam immigrasse narratur.

2) V. Clintonis Fast. Hell. I p. 140.

3) *Μελανίων* rectior scriptura est quam et auctores pedestris orationis et poetae usurpant; dactyllici uero poetae metri causa *Μελανίων* dixere, quae forma in usum Latinorum elegiarum scriptorum recepta est mutata uidelicet diphthongo in i productam.

4) Hellanicus in schol. Eur. Phoen. 150. Melanio ibi ut apud Apollodorum (III 9, 2, 1) Amphidamantis filius uocatur; eius autem maiores Epochus, Argepus, Cepheus, Neptunus teste Hellanico cluent; quod fragmentum Phoronidis miror C. Muellerum fugisse. Haec Amphidamantis

Hyginus (Fab. 70, 99, 270), Martem Apollodorus (III 9, 2, 6), Servius ad Aen. VI 480, idem matrem Melanippam. Plane diversa de Parthenopaei origine memoria eum ab Argiio Talao et Lysimacha Cercyone nata Neptuni nepte procreatum esse tradit, ut frater fiat Adrasti qui summam imperii priore bello Thebano tenebat. Haec apud Antimachum in scholio Phoen. 150, Apollodorum (I 9, 13, 1), Pausaniam (II 20, 5. IX 18, 6), apud Aristarchum Tegeatam, Philoclem, Hecataeum Milesium in scholio Oed. Col. 1320 exstat. Mediam uiam ingressi sunt qui aetatem tulere tragicorum, puerum ex Arcadia uenisse ibique educatum esse narrantes¹⁾. Statio (Theb. XI 177) rex Tegeae uocatur quod poetae excogitasse uidentur.

Etymologia nominis dilucida est. In ludis Nemeaeis ab Adrasto sociisque iter ineuntibus in Opheltae honorem institutis primus Parthenopaeus aut arcu aut cursu uicisse fertur²⁾. Omnes de pulchritudine et immaturo adulescentis fato conspirant, quem Thebais cyclica, Euripides (Phoen. 1157), Aristodemus in Thebaicis a Periclymeno filio Neptuni saxo interfectum esse referunt, Staius (Theb. IX 841—874) a Dryante Tanagraeo Orionis nepote³⁾; ipse Thebani Asphodico⁴⁾ facinus uindicabant⁵⁾.

Felicior euentu posterius aduersus Thebas bellum fuit, quod epigoni qui uocantur filii septem priorum gesserunt. Hi quindecim annis post mortem patrum⁶⁾ expugnatis Thebis regnoque ciuitatis Thersandro Polynicis proli tradito poenas ab hostibus exegerunt. E numero epigonorum Parthenopaei progenies erat uulgo Promachus dicta. Neque uero constat de nomine, cum apud Hyginum (Fab. 71 a) Tlesimenes, apud origo et alter Cepheus Arcas propria sunt Mytilenaei. Apollod. III 6, 3, 2. 9, 2, 6. Paus. III 12, 9.

1) Aesch. Sept. 547, Eur. Suppl. 890.

2) Apollod. III 6, 4, 5, Stat. Theb. VI 528—623.

3) Stat. Theb. VII 256.

4) Quem Amphidicum uocat Apollodorus (III 6, 8, 2).

5) Paus. IX 18, 6, schol. Phoen. 150, 1156.

6) Euseb. Chron. II p. 48 et 52. Apollodorus (III 7, 2, 1) decennium inter duas expeditiones interfuisse indicat.

scholiastam Il. δ 404, Eustathium ad Il. p. 489, 39 qui nonem principes computant Stratolaus clueat. Hygini nomen non integrum exhiberi mira docet uocis compositio. Qui Pausaniam legerit de emendando loco non haesitabit. Is (III 12, 9) Spartae sacellum esse Aulonis Arcadis narrat Tlesimene nati quem alii fratrem, alii filium Parthenopaei dicitent. Tlesimenes igitur reponendus est ¹⁾. Sepulcrum Promachi et Argis exstare et in Boeotia prope Glisantem oppidum Pausanias (II 20, 5. IX 19, 2) memorat; quamquam quo modo hic interierit haud liquet.

Liberos Echemus procreasse non uidetur; singularis enim Seruui (ad Aen. VIII 130) notitia est: Euandrum quem Pallantio pulsum in Italiam immigrasse regionemque ubi postea Roma stabat incoluisse constat filium Echemi et Timandrae a quibusdam perhiberi ²⁾.

Postquam uita decessit Echemus ³⁾, regnum ad Lycurgi gentem rediit, scilicet ad Agapenorem Ancaei progeniem ⁴⁾. Is in Alcmaeonis fabula partis quasdam agit, cum Arsinoe Phegei filia, prior illius uxor, a fratribus quos ob necem mariti quamnis perfidi oderat in arca inclusa penes Agapenorem Tegeam aducta est, ubi obscura leti ratione perisse uidetur. Dein Callirrhoe Acheloo nata, altera coniunx Alcmaeonis, ut poenas a Phegei liberis repeteret proprios filios Amphoterum et Acarnanem quos Alcmaeoni pepererat precibus matris ilico puberes factos in Arcadiam emittit. Qui cum apud Agapenorem deuertissent, Phegei filios Pronoum et Agenorem in eodem hospitio deprehensos perimunt. Patrem uli Psophidem

1) In fine narratiunculae adiectiuum Nysius quo patria significatur Tlesimenes stare nequit; ni fallor hunc quoque sicut reliquos epigonos Argiuum Hyginus nominarat.

2) Quod Ladocea locus suburbanus Megalopolitanorum in honorem Ladoci Echemo geniti nominabantur sero incolarum commento debetur. Paus. VIII 44, 1.

3) Sepulcrum in patria cernebatur. Paus. VIII 53, 10.

4) Paus. VIII 5, 2. Schol. Ven. a Il. β 603 Aleum Agapenoris auum esse notat; nescio an Lycurgi nomen librariorum culpa interciderit sicut Alei in schol. Ven. b Il. β 609.

uenerunt ac Phegeum uxoremque necant. Hos ciues oppidi scelere exacerbati casso euentu usque ad Tegeatarum fines persecuntur, ubi Agapenor cum manu suorum et Argiuorum pars pulsos adiuuant, Psophidios in fugam uertunt. Talia apud Apollodorum (III 7, 5, 6—6, 3) prodita exstant¹⁾; quibus nouum continetur documentum Tegeatarum reges non toti Arcadiae imperasse, quamuis potentia ceteris terrae primoribus praecellerent.

Ut plerique aequalium procerum Graecorum Agapenor in numero Helenae procorum erat, cuius a patre Tyndareo ad fatale illud iusiurandum adactus est quo belli Troiani particeps fieri cogebatur²⁾. Attamen uno Homeri loco (Il. β 603—614) fabula de expeditione eius Troiana nititur, qui cum in nauium recensu legatur non ita antiquae est originis. Ibi accolae Cyl-lenae montis ciuesque Phenei, Orchomeni, Rhipae, Stratiae, Enispae³⁾, Tegeae, Mantineae, Stymphali, Parrhasiae ductu Agapenoris sexaginta nauibus in Phrygiam uecti esse dicuntur⁴⁾. Quod Agamemno rates eis praebuisse memoratur, hoc signum habetur iura quaedam Mycenarum principem in partem

1) Pausanias (VIII 24, 10) Temeno et Axioni item Phegei liberis culpam Alcmaeonis interfecti tribuit eosque impunitos post patrem Psophide tunc etiam Phegia appellata regnasse, bello autem Troiano non interfuisse ait propter facinus suum Argiuorum principibus quorum plurimi Alcmaeonis cognati essent inuisos.

2) Apollod. III 10, 8, 1. 9, 2, Hyg. Fab. 81. 97.

3) Oppida Rhipae, Stratiae, Enispe iam Strabonis aetate nullum sui uestigium ostendisse uidentur. Strab. VIII p. 388. Cf. Paus. VIII 25, 12, Eust. ad Il. p. 301 sqq.

4) Ciues Teuthidis oppidi separatim ductos a Teuthide quem alii Ornytum uocarent Aulidem exisse commemorat Pausanias (VIII 28, 4 sqq.). Ibi dux discordans cum Agamemnone domum reuerti maluit. Quem cum Minerua mortalem induens figuram prohibere uellet, uulnerato deae crure exercitum reduxit. Poena non diu eum remorata est. Ipse in reditu phantasmate numini uulnerato simili, ciuitas pestilentia et infecunditate agrorum uexata est, dum iram Palladis posito simulacro in quo uulnus conspicuum erat placauerunt. Sauciae ab Ornyto Mineruae meminit etiam Clemens Alexandrinus [Protr. 31 (P)] Polemone auctore. Uidetur haec fabula in Stasini Cyprii locum habuisse.

Arcadum exercuisse ¹⁾. Troia excisa rediens Agapenor Cyprum delatus Paphum coudidisse ²⁾ Uenerique fanum celeberrimum Palaepaphi aedificasse fertur, quae huc usque in Cypro insula Golgis sanctissimam uenerationis sedem obtinuerat. Aliquanto post Laodica e posteritate Agapenoris peplum Cypro Tegeam misit Miueruae Aleae douario, cui inscriptum erat epigramma a Pausania (VIII 5, 3) memoriae proditum ³⁾.

Praeter Periegetam testes de Agapeuoris colonia dantur hi: Strabo (XIII p. 683: *ἡ Πάφος κτίσμα Ἀγαπήνορος*), Aristoteles (Epigr. 30 in Bergkii Lyr. II p. 350), Herodotus (VII 90) ubi pars Cypriorum ex Arcadia oriundi dicuntur, Theopompus qui in libro duodecimo Philippicorum (Phot. Bibl. Cod. 176 p. 202 H.) Graecos Agamemnonem secutos Cyprum occupasse eiecto Cinyra cum suis tradidit. Denique Lycophrouis Alexandrae uersibus 479 sq. et scholiis eo pertinentibus Agapenorem metallifodinas insulae aperuisse noscitur.

De colonis ex Arcadia Cyprum deductis ulla dubitatio existere uequit, quia dialecti populorum inter se sunt simillimae, quod luculeter perspicias si locutionem tituli aedificialis Tegeatici et tabulae Idaliensis (Caueri Del. 472) contuleris ⁴⁾. Nec quidquam aduersatur quiu temporibus adeo uetustis id factum esse teueamus ficticiamque ad ipsam Arcadum et Cypriorum adfuitatem declaraudam Agapeuoris personam detrectemus. Alia quaestio est de eiusdem exitu ad bellum Troiauum, quod quoniam ne Homerus quidem Arcades in campo Iliensi puguantes memorat posteriorum figmeutum habebimus, quicum colonia Paphum deducta probe conciliari potuerit. Nostra igitur opinio est nou Troia reuertentem sed patria expulsum Agapeuorem Cyprum adueuisse Hippothoi scilicet impetu coactum.

1) Thuc. I 8, 3—4.

2) Olim Erythrae dicebatur posteriorum Paphus. Steph. Byz. *Ἐρυθραί*.

3) Idem scriptor ab eadem Laodica, quam Paphi regnum proau posse disse suspicamur, templum Paphiae Ueneris quod inter memorabilia Tegeae aedificia enumeratur exstructum narrat. Paus. VIII 53, 7.

4) Cf. Raoul—Rochetti Histor. deduction. coloniar. Graec. II p. 391 sq., Bergkium: De titulo Arcadico (Opp. II p. 324 sqq.).

Trapezuntiorum regi subacta pristino Tegea Arcadiae principatu destituta est, quem Parrhasiorum gens regnumque Elatidarum recuperavit. Quamquam hos per exiguum temporis spatium orientalem terrae partem in qua sita erat Tegea retinuisse probabile est, cum posthac proprii Tegeatarum principes compareant nec omnino facile propter locorum iniquitatem maiores in Arcadia domiunatus durare potuerint. Proin qui Trapezunte ex Elati stirpe Hippothi deinceps heredes exstiterunt, cum minus pertineant ad nostram causam paucis absoluere libet. Plurium nomina quippe quae nullibi exceptis Pausaniae Arcadicis (VIII 5, 4—13) obuiam fiant, pro seris commentis quibus saeculorum obscuritas tamquam pusillis facibus inluminaretur accipienda existimo.

Alter Aepytus Hippothi filius ut templum Neptuni Mantinea uisit, quod adire homines saucta lege prohiberentur, oculorum lumine priuatus esse narratur. Cypselo regnante Dorienses Pelopouuesum inuaserunt. Ne Arcadium quoque occuparent quod quin temptari dubitari nequit, uou tam Cypseli astutia qui Meropam filiam Cresphonti Heraclidae in matrimonium dedisse traditur quam uirtute Arcadum inhibitu uidetur¹⁾. Idem Basilim uouam imperii sedem prope Alpheum eoudidit²⁾. Holaeas qui Cypselo successit Aepyto sororis filio patrium regnum Messeniorum restituit. Secuntur Bucolio³⁾, Phialus per quem nomen in Phialiam mutasse fertur oppidum ante Phigalia a Phigalo Lycaouis filio siue homine iudigena aut a Phigalia nympha Dryade dictum⁴⁾. Iam Simus, Pompos, Aegiuetes sceptrum gessisse putantur; tertii nomen a commercio esse ductum quod illis temporibus cum Arcadiae

1) Paus. IV 3, 6, Nicol. Dam. fr. 39 (M.), Polyæn. I 7.

2) Paus. VIII 29, 5, Nicias ap. Ath. XIII p. 609.

3) Bucolio (Bucolium: Plin. N. H. IV 6, 20) uicus Arcadiae aut hunc aut uetustiore eisdem nominis Lycaone natum heroem eponymum coluisse uidetur. Thuc. IV 134, Apollod. III 8, 1, 3.

4) Paus. VIII 39, 2, 3, 1—2. Uidetur tum ad Phigalenses Arcadum principatus transisse. Cf. Steph. Byz. *Φιγάλλια*. Nominis forma recentior titulis nummisque confirmatur.

populis Aeginetae habuisse produntur consentaneum est. Quos Polymestor Charilai aequalis excepit; dein Aechmis qui priore bello Messeniaco Aristodemum Messeniae regem Arcadicis copiis adiuit. De quo Aristocrates natus est, uir indignus potentia sibi commissa. Is cum sacerdotem Dianae Hymniae ad ipsum deae signum stuprasset, lapidibus a populo obrutus digno fato perfunctus est.

Filium eius Hicetam et nepotem Aristocratem alterum ultimos Arcadiae reges fuisse Pausanias contendit. Hic enim altero bello Messeniaco donis a Lacedaemoniis corruptus bis Aristomeuem eiusque ciues quibuscum societatem iuerant Arcades prodidit, et in pugna ad magnam Fossam et post captam Iram, cum Messeniorum dux cum electa manu Spartam a ciuibus desertam opprimere uellet. Posterior autem perfidia detecta ab Arcadibus cousimilem ei atque auo parauit uicem: in conspectu Aristomenis aliorumque Messeniorum qui regis scelere patriam amiserant lapidatus est et corpus mortui siue exsequiis trans fines terrae portatum¹⁾. In sempiternam rei memoriam tabula cum epigrammate in Lycaeo monte ponitur, quam praeter Pausaniam (IV 22, 7) Polybius (IV 33) nouit e Callistheus Historia Graeca. Strabo (VIII p. 362) Aristocratem non Trapezunte ut Pausanias uerum Orchomeni regnasse indicat, cui maiorem nos fidem habebimus, etsi locorum uicinitas Trapezuntis cum Messeniis intercedens illi fauere uidetur. At quippii ipse rex aut maiorum aliquis Parrhasiam cum oppido Trapezunte Orchomeniis subiecerit?²⁾ Diogenis quidem Laertii (I 94) testimonio Heraclides Ponticus in libro de Imperio Aristocratem — ut posterior intellegatur tempora poscunt — filiumque toti ferme Arcadiae domiuatos esse aiebat. Quo simul immiuuitur Pausaniae auctoritas de regno Cypselidis una cum

1) Cf. Plut. de sera num. uind. 2.

2) Iam priori Aristocrati regnum Orchomeni uidetur conlocatum fuisse, ut locus suadet flagitii ab eo commissi. Neque illud caret specie probabilitatis, inde ab Aechmide aliam gentem regiam principatum Arcadiae adeptam esse, quoniam Aechmis non filius appellatur principis qui praecessit sed fratris filius; haec nescio an Orchomeni sedem habuerit.

morte Aristocratis adempto narrantis ¹⁾). Forsan hac in re aut Rhiani poemate aut Arcadum traditione ductus fuerit, quae aptiorem regni finiti occasionem pronuntiare non posset.

His de Pausaniae serie regum Arcadicorum praemissis nunc regni Tegeatici post Hippothoum uestigia indagare conabimur. Qua in quaestione subdifficili certa rerum tempora et conexus extricare uix continget in tanta testimoniorum paucitate et caligine. Iuuat quod principes illi nusquam separati memorantur ab incursionibus Lacedaemoniorum in agros Tegeaticos factis. Iam primum eos Charilao duce intrupisse Pausanias (VIII 5, 9) docet. Cuius quoniam patruus et tutor Lycurgus plerumque dicitur ²⁾, de aetate belli in uniuersum licet iudicare.

Rem duobus praeterea locis Pausanias tractat (VIII 48, 4—5, III 7, 3), illic accuratius exponens hic tangens magis ³⁾. Ac priore quidem nomen Martis Gynacothoenae declarat, cuius signum pilae insculptum in foro Tegeatarum cernebatur: *ἐπὶ γὰρ τὸν* ⁴⁾ *Λακωνικὸν πόλεμον καὶ Χαρίλλου τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως τὴν πρώτην ἐπιστρατείαν λαβοῦσαι αἱ γυναῖκες σφισιν ὄπλα ἐλόχων ὑπὸ τὸν λόφον ὃν Φυλακτιρίδα ἐφ' ἑμῶν ὀνομάζουσι· συνελθόντων δὲ τῶν στρατοπέδων καὶ τολμήματα ἀποδεικνυμένων ἐκατέρωθεν τῶν ἀνδρῶν πολλὰ τε καὶ ἄξια μνήμης οὕτω φασὶν ἐπιφανῆσαι σφισι τὰς γυναῖκας καὶ εἶναι τὰς ἐργασμένας ταύτας τῶν Λακεδαιμονίων τὴν τροπὴν, Μάρπησσαν δὲ τὴν Χήραν* ⁵⁾ *ἐπονομαζομένην ὑπερβαλέσθαι*

1) Cf. Muellerei Dor. I p. 150. Falsi Plutarchi (Parall. 32) historioli, qua uel aetate belli Peloponnesiaci reges fuisse Orchomeniorum appareret, ut hominis non nauci nihil tribuimus.

2) Charilai loco Herodotus (I 65) — cf. Paus. III 2, 3 — Labotam ponit.

3) Adde breuem rei commemorationem in Phocicis (9, 6).

4) Hic alii libri *τὸν* alii *γὰρ τὸν* omittunt, quae nisi maiorem lacunam statuimus quod opus esse non uidetur quam maxime requiruntur. Ita autem praeposito *ἐπὶ* non facit ad sequentia uerba; cum proxima legantur *ἐπὶ στήλῃ καὶ ἐπιστρατείαν*, error librario pronus erat cui medellam admouet Sylburgii coniectura *ὑπὸ*.

5) *Χήραν* quod significat mulierem uiduam non codicum nititur consensu, quorum nonnulli *χῶραν* uel *χώραν* exhibent. Inde Dindorfium

τῆ τόλμῃ τὰς ἄλλας γυναῖκας, ἀλῶναι δὲ ἐν τοῖς Σπαρτιάταις καὶ αὐτὸν Χάριλλον· καὶ τὸν μὲν ἀφεθέντα ἄνευ λύτρων καὶ ὄρκου Τεγεάταις δόντα μήποτε Λακεδαιμονίους στρατεύσειν ἔτι ἐπὶ τὴν Τεγέαν παραβῆναι τὸν ὄρκον, τὰς γυναῖκας δὲ τῷ Ἄρει Θῦσαι τε ἄνευ τῶν ἀνδρῶν ἰδιά τε¹⁾ ἐπινίκια καὶ τοῦ ἱερείου τῶν κρεῶν οὐ μεταδοῦναι σφᾶς τοῖς ἀνδράσιν· ἀντὶ τούτων μὲν τῷ Ἄρει γέγονεν ἐπὶ κλησις. Loco e Laconicis laudato id noui addiscimus, quod Lacedaemonii fallaci oraculo inducti Tegeatidem a reliqua Arcadia resectum iri sperauerant. Qua de re ampliorem doctrinam pater historiae (I 66) sup- peditat.

Is postquam de Lycurgi legibus disseruit, sic pergit in Spartanorum rebus enarrandis: Οἷα δὲ ἐν τε χώρῃ ἀγαθῇ καὶ πλήθει οὐκ ὀλίγων ἀνδρῶν ἀνά τε ἔδραμον αὐτίκα καὶ εὐθε- νήθησαν· καὶ δὴ σφι οὐκέτι ἀπέχρα ἤσυχὴν ἄγειν, ἀλλὰ κατα- φρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι ἐχρηστηριάζοντο ἐν Δελ- φοῖς ἐπὶ πάσῃ τῇ Ἀρκάδων χώρῃ. ἣ δὲ Πυθίῃ σφι χρῆ τάδε· Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς; μέγα μ' αἰτεῖς· οὐ τοι δώσω. πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανήφαγοι ἄνδρες ἔασιν, οἳ σ' ἀποκωλύσουσιν. ἐγὼ δὲ τοι οὔτι μεγαίρω. δώσω τοι Τεγέην ποσσίκροτον ὀρχήσασθαι καὶ καλὸν πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι.

Ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, Ἀρκάδων μὲν τῶν ἄλλων ἀπειχοντο, οἳ δὲ πέδας φερίμενοι ἐπὶ Τεγεή- τας ἰστρατεύοντο χρησιμῶ κιβδήλῳ πίσοννι, ὡς δὴ ἔξανδρο- ποδιούμενοι τοὺς Τεγεήτας. ἔσωθέντες δὲ τῇ συμβολῇ, ὅσοι αὐτῶν ἐζωγήθησαν, πέδας τε ἔχοντες τὰς ἐφέροντο αὐτοὶ καὶ σχοίνῳ διαμετρησάμενοι τὸ πεδίον τὸ Τεγεητέων ἐργάζοντο. αἱ δὲ πέδαι αὐταί, ἐν τῆσι ἐδεδέατο, ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἔσαν σοαί ἐν Τεγέῃ, περὶ τὸν νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης κρεμάμεναι²⁾.

(Praef. p. II) non falsum esse credo ex Herodianī loco mox adferendo re- stituentem Χοίραν.

1) Haud absone in minore editione Schubartus τε male idoneum in τὰ correxit mutato praegredientis uoculae accentu ut aduerbium ἰδίᾳ legeretur.

2) Cf. Diōd. IX 36, schol. Aristid. p. 561 (Dind.), Lepidum ap. Steph. Byz. Τεγέα, Eust. ad Il. p. 301, Dion. Chrys. XVII p. 469.

Dissidet ab his testimoniis Diniæ Argiui fragmentum Argolicorum apud Herodianum *περὶ μονήρ. λέξ. (II p. 913)* seruatum: *Λέγεται δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους, καθ' ὃν ἐν Τεγέᾳ χρόνον ἦσαν αἰχμάλωται, δεδεμένους ἐργάζεσθαι διὰ τοῦ πεδίου τὸν Λαχᾶν ποταμὸν, Περμηίδας ἐν Τεγέᾳ δυναστευούσης, ἣν οἱ πλείστοι καλοῦσι Χοίραν.*

Pausaniae, Herodoti, Diniæ narrationes ad idem spectare factum in propatulo est; quarum communia habentur clades Lacedaemoniorum et captiuitas. Periegetæ peculiare est feminas Marpessa duce uictoriam perfecisse, Herodoti et Diniæ captos hostes uinctos opus fecisse¹⁾, Argiui id actum esse Perimeda Tegeae regnante cuius cognomen in Pausaniae Marpessa redire uidetur. Porro proprium est Arcadicorum auctoris quod Charilaus rex Spartanorum gratis e captiuitate dimittitur; postquam iure iurando confirmauit numquam amplius se bellum Tegeatis inlaturum; nec tamen eum iuramento stetisse. Denique Diniæ negotium captiuis impositum certius terminat quos Lacham fluium per planitiem ducentes faciat²⁾. Tametsi aliunde nihil de Lacha Tegeatidem iriganti constat³⁾.

Quin Perimeda et Marpessa secerni nequeant nemo addubitauit. Quaeritur quem ad modum regiam dignitatem adsecuta esse uideatur. Namque id praeter consuetudinem propriae Graeciae, ut feminae regnum hereditate acceperint⁴⁾. Uerum edepol nihil obstat quin coniuge mortuo uiduam regnam pro liberis impuberibus principis officia exercuisse sta-

1) Quod tamen et ipse nouit Pausanias (VIII 47, 2).

2) Saepius in campis Arcadicis accidit ut riuus in cursu praepediti agros inundarent. Quod ne quando Tegeatis noceret, uadum fluuii tum muniri iussere.

3) Nescimus an idem fuerit cum Garate uel Gareate amne qui pagum Gar(e)atarum percurrit. Paus. VIII 54, 4. Potest uerius nomen fuisse Diniæ Lachas, cum accolae a regionis significatione amnem uocarent. Quid in uoce Λαχᾶς notionis insit Hesychii glossae ostendunt: *λαχαινεῖν ὄρισεῖν, σκάπτειν ἐτὸς καὶ εἴγειος· παρὰ τὸ λαχαινεῖσθαι, ὃ ἔστι σκάπτεσθαι πυκνῶς.* Cf. Konerum p. 11 n. 7.

4) Cf. Muelleri Dor. II p. 407.

tuamus ¹⁾. Quod eadem bellicosissima fuit et in proelio illo ipsos viros uirtute anteiuit, inde Pausaniae fabula traditioni oppidanorum debita feminas Tegeatidas plurimum contulisse ad consummandam uictoriam originem cepit. A sacris igitur gratulatoriis quae una mulier Marti obtulit deus cognominatus est. Marpessa autem Pausaniae agnomen est e populari sermocinatione adreptum et propter captos uel occisos hostis inuentum. Minus alterum agnomen Perimedam commendat quod est *Χοίρα* ²⁾.

Charilai calamitate haud quaquam Lacedaemonii deterriti sunt quo minus impetus in Tegeatarum oppidum redintegrarent; quin ipsum Charilaum iterum cum illis belligerasse feliciore ut uidetur euentu Pausanias testatur ³⁾. Et uaria quidem fortuna bellum acerrimum quo nonnumquam implicati sunt Argiui perdurauit. Libertatem uero nullo tempore fortissimae Arcadum genti eripere Spartani ualuerunt, etiamsi pluries iam in eo esset ut oppidum occuparent ueluti Elne regnante plane incerta aetate. De quo non nisi per Polyaeum (I 8) institui-mur: *Ἑλλης βασιλεὺς Ἀρχάδων Τεγέαν πορθούντων Λακεδαιμονίων ὅσοι μὲν ἐν ἀκμῇ κατὰ κορυφῆς ἔπεμψε τῶν πολεμίων ⁴⁾, νυκτὶ μέσῃ κελεύσας ἐπιθέσθαι ὅσοι δὲ γέροντες καὶ παῖδες, τοὺτους ἐκέλευσε πρὸ τῆς πόλεως τὴν ἴσην ὥραν φυλάξαντας πῦρ ἀνακαῦσαι μέγιστον. Οἱ πολέμιοι πρὸς τὴν τοῦ πυρὸς ὄψιν ἐκπλαγέντες ἐς τοῦτο ἀπεσκόπουν. οἱ δὲ κατὰ κορυφῆς ἐμπεσόντες τοὺς πλείστους αὐτῶν διέφθειραν, πολλοὺς δὲ ζωγρήσαντες ἔδησαν. Καὶ τὸ λόγιον ἐτελεύτησε·*
Δώσω τοι Τεγέην ποσεικροτον ὀρχήσασθαι.

1) Sic *Χήρα* quod attributum Marpessae plerique Pausaniae libri perperam exhibent e nota eruditioris cuiusdam magistri in uerborum ordinem inreperere potuit.

2) Vide Plassium de tyrannide I p. 167 sq.

3) Num Theopompus quem in custodia Tegeatarum retentum doloque Chilonidis uxoris in libertatem uindicatum Polyaeus (VIII 34) memorat rex ille celeberrimus Lacedaemoniorum fuerit necne ambiguum est.

4) Hic uerba *κατὰ κορυφῆς* sensu non differre remur a locutione usitatiore quae est *κατὰ νώτου*.

Eandem rem Pausanias (VIII 53, 10) intellegit, quamuis primo obtutu aliena esse uideatur huius uarratiuncula e Tegeatarum sermonibus hausta. Lacedaemonios festis Iouis Clari diebus ciues Tegeae adgressos esse. Cum uero ningeret caelum hostes frigore uexatos grauiter sub armis laborasse. Ipsos autem clam illis ignes accendisse nec iam gelu rigentes contra Spartanos exisse ac superiores discessisse. Uterque igitur scriptor igne aduersarios in fugam uersos facit, cuius figmenti fundamentum est asperitas caeli Arcadici quae mirum quantum Spartanorum conatibus obfuit. Cum multos hostes captos esse itaque oraculum ex Herodoto cognitum euentum suum habuisse Polyaeus adiungat, de confusione huius rei et uetustioris Charilai infortunii cogitare libeat, quod non opus est si quidem Pythiae responsum etiam in posterum ualere potuit.

Nec non Acuen ab eodem Polyaeo (I 11) laudatum Tegeae regem fuisse putamus licet non ita appelletur. Tempora eius prorsus ignota frustra uiri docti exuere tenebris conati sunt. Secundum Dunckerum (Hist. ant. V p. 435) in pugna Hysiana Argiuis imperauit quam persequens uictoriam libertatem reddiderit Tegeatis. Nititur fragmento Diodori (VII 14 b): *Ὅτι Ἀργεῖοι πολλὰ κακοπαθήσαντες ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους μετὰ τοῦ ἐαυτῶν βασιλέως καὶ τοῖς Ἀρκάσι τὰς πατρίδας ἀποκαταστήσαντες ἐμέμφοντο τὸν βασιλέα διὰ τὸ τὴν χώραν αὐτῶν ἀποδεωκέναι τοῖς φυγάσιν, ἀλλὰ μὴ σφίσι καταληρουῆσαι. συστάτος δ' ἐπ' αὐτὸν τοῦ δήμου καὶ τὰς χεῖρας ἀπονενομημένως προσφέροντος ἔφυγεν εἰς Τεγέαν κάκει διετέλεσε τιμώμενος ὑπὸ τῶν εὐπαθόντων.* Praeest uiam G. F. Unger (Phil. XXVI p. 369 sqq.) Polyaeui uerba: *Ἀκούης Λακεδαιμονίων Τεγέαν προδοσίᾳ νύκτωρ καταλαβόμενων τοῖς ἰδίοις ὀπλίταις ἔδωκε σύνθημα κτείνειν τοῖς τὸ σύνθημα ἔρωτῶντας. Οἱ μὲν δὴ Ἀρκάδες οὐκ ἐπηρώτων, οἱ δὲ Σπαρτιᾶται ὡς ἐν νυκτὶ ἀγνοοῦντες καὶ διὰ τούτων ἔρωτῶντες ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων ἀνηροῦντο* sic explicans: Lacedaemonios tum Tegeam obtinuisse; Acuae uero contigisse ut subito facta in oppidum inruptione hostile praesidium opprimeret. Iam offendit uirum doctum, quod de ratione qua Lacedaemonii

in urbem intrarint praeter necessitatem referatur, cum quo modo Acues Tegea potitus sit silentio praetermittatur; qua re scribi mauult: *Ἀκούης Λακεδαιμονίων κατεχόντων Τεγέαν πῆροδοσίᾳ νύκτωρ καταλαβόμενος* e. q. s.

Alteram difficultatem in eo deprehendit, quod Arcades primum oppressi sunt tum ipsi oppressores. Illic iure nomen poni, quoniam Tegeatae intellegantur qui symbolum uou percontando conseruati sint; contra hic Arcades dici Acuae milites incurrentes, qui si Arcades essent ab illis epitheto distingui debuerint. Proinde altero loco pro *Ἀρχάδων* scribit *Ἀργείων*. Arginorum autem regem Acnen in Ptolomaeorum maioribus quorum seriem Theophilus (ad Autol. II 7) ex Satyro prodidit repperisse sibi uidetur. Ibi cum quartus in Temeni stirpe *Ἀκοός* uocetur, nomina *Ἀκούης* et *Ἀκοός* nihil inter se differre contendit, quia passim *ος* et *ης* in suffixis substantiuorum commutentur.

Iam ratione temporum ad uetustiore[m] aetatem quam Duncker referre principem cogitur, ut Charilai fiat aequalis qui sane cum Arginis quoque bellum gessisse narratur¹⁾. At is non cepit Tegeam²⁾.

Neque omnino de Argiuo Acne qui Tegeam liberanit cogitare possum. Nolo premere quod Acnus apud unum Satyrum inter Argiuorum reges nominatur et siletur a Theopompo. Sed uerba Polyaeui quae Uger trifariam corrigit sanissima sunt. Quidni Acues dux sine rex Tegeatarum habeatur, qui patriam oppugnatam cum ciuibns defenderit? Noune potnit certior factus hostes per unam portam a proditoribns apertam introisse suos milites de moenibus et uallis in forum reuocare ubi inruentibus resisterent? Iam nocte fretus qua Lacedaemouii proelio comminus conserto aduersarios a suis distinguere prohiberentur hoc symbolum dedit, ut qui symbolum interrogasset occideretur. Tnm uimirum Arcades non sciscitantur, Spartani nero nescii et symbolum quaeritantes ab oppidauis agniti uocantur.

1) Paus. III 7, 3. Cf. Busolti Hist. Gr. I p. 162 n. 4.

2) Vide Dunckerum (V p. 228 n. 2).

Minus lubricum de aetate regis Argiuorum Tegeae exsultantis iudicium. Quem in proelio Hysiano anno a. Chr. 669/68 commisso¹⁾ Argiuis praefuisse censemus. Qui diuturna bella cum Argiuis et Arcadibus gesta praecesserint, quin autea pars Arcadiae ipsaque Tegea in dicionem Lacedaemoniorum redacta fuerint, uel propter situm Hysiarum dubitare nolim. Accepto iusigni illo detrimento quidquid bellando profecerant continuo Spartani amiserunt. Neque enim diutius Arcades iugum impositum tolerasse probabile est, in quo excutiendo ab Argiuorum rege acriter uidentur esse sublenati.

Eis quae alias de regno Temenidarum produntur hoc non repugnat. Principum seriem Muellero (Dor. II p. 104 n.) potissimum auctore sic constituimus: Temenus, Cisis, Medo, Thestius, Aenus, Aristodamidas, Eratus, Phido. Medonem sane nusquam legimus aut filium fuisse Cisi aut in regno ei successisse, quod corrupta mernit Pausaniae memoria. Nam cum haec exstent loco laudando (II 19, 2): *Ἀργεῖοι δὲ αἰετὶ ἰσχυροίαν καὶ τὸ αὐτόνομον ἀγαπῶντες ἐκ παλαιοτάτου τὴν τῆς ἔξουσίας τῶν βασιλέων ἐς ἐλάχιστον προήγαγον, ὡς μηδεὶ τῶν Κείσου καὶ τοῖς ἀπογόνοις ἢ τὸ ὄνομα λειψῆναι τῆς βασιλείας μόνον. Μέλταν δὲ τὸν Λακίδου(δεα) τὸν ἀπόγονον Μήδωνος τὸ παράπαν ἔλαυσεν ἀρχῆς καταγνοῦς ὁ δῆμος.* quorsum nominetur Medo plane nescimus. Qua re quoniam paulo supra id uomen scribarum socordia oblitteratum esse apparet, proua uidetur Musgrauii coniectura (Tract. p. 324) pro *μηδεὶ* scribentis *Μήδωνι*, pro *τῶν* quod sequitur *τῶν*, delentis denique ἢ cum aliquot libris.

Tum Medo non diuersus est a Satyri Marone et Theopompi²⁾ Merope. Eratum filium fuisse Aristodamidae fratremque Phidouis arbitror. Is circa iuitium olympiadum Dryopes, qui Nicandro post Charilaum Spartae regi fines Argiuorum denastanti auxilium tulerant, simulac domum reuertere Lacedaemonii ex oppido Asine eiecit³⁾. Quod si ille uel liberi a

1) PAUS. II 24, 8. 2) DIOD. VII 15.

3) PAUS. II 36, 4—5. IV 8, 3.

Phidone pulsi sunt regno, bene declaratur tyranni nomen quamvis reliqua eiusdem violentius facta eodem pertineant.

Ceterum nullibi adfirmatur quotquot maiores Carani enumerentur tot Argis regnasse; ergo magis probabilitatem quam veritatem adfectamus. Deinde cum Ephoro¹⁾ qui decimum a Temeno Phidone dicit haec disputatio pignat. Attamen neglegentiorum in eiusmodi rebus Cymaeum fuisse ac saepe ipsum numeros computasse nris doctis probatur.

Quando floruerit Phido inde cognominis quod anno a. Chr. 748 celebrandos Indos Olympicos curavit²⁾. Nempe perperam Weissenbornius (Hell. init.) apud Pausaniam olympiadis numerum mutavit, ut in medium saeculum septimum tyrannus praeberetur. Quod merito prostravit G. F. Unger largius de Phidone disputans (Phil. XXVIII p. 399 sqq., XXIX p. 245 sqq.), eademque cecidere ruina quae C. F. Hermannus de Doricis Argiuorum regibus composuit Weissenbornii insistens negligia³⁾.

Principes Phidone insecti per totos fere centum annos oblivione teguntur excepto anonymo, ad quem ingrata praemia victoriae Hysianae a civibus delata sunt. Quidni liceat tam sera hinc tempora adsignare? Neque enim recte adnotavit C. Mueller⁴⁾ nos multum descendere infra primam olympiadem vetari ut videretur sequenti fragmento Escorialensi quod necem Amulii tractat. Scilicet in describendis rebus vetustissimis non ita anxie Diodorus rationem chronologicam observavit, praesertim ubi tempora parum certa erant. 'In primis autem hunc morem secutus est, ut sub urbium initia brevi enarratione factarum exponeret.'⁵⁾

1) Strab. VIII p. 358.

2) Paus. VI 2, 2.

3) Tract. conu. phil. XIV p. 36 sqq.

4) Fr. hist. II p. VIII.

5) V. Heynium: de fontibus Diodori (edit. Dind. II p. XXII n. 3).

Exempla haec appono. Syncello teste (p. 194) septimo Diodori libro Romae conditae et originum gentis ab Aenea ductae memoria inerat (fr. 3—4 Dind.), ut necesse sit in historia Aeneae hac de re actum esse. In excerptis autem de Virt. et Vit. p. 547 (fr. 10 Dind.) rebus Spartanorum praecedat frustulum de Aristodemo Malaco Cymaeorum tyranno qui aequalis fuit Tarquinio Superbo. Quod eo loco Diodorus videtur adscripsisse quo de Cumarum principis egerat. Praeterea in Exc. Vat. p. 3 (fr. 17 Dind.) antequam Romuli

Citra medium saeculum septimum Damocratidas euersor Naupliae Argiuis imperasse uidetur, quoniam sub finem secundi belli Messeniaci quod ad tempora nimis prisca Pausanias relegat Nauplienses nuper e patria eiecti dicuntur ¹⁾. Inde circiter annum a. Chr. 600 alter Phido regnauit, ab Herodoto (VI 127) cum priore confusus loco illo clarissimo quo proci Agaristae Clisthenis Sicyonii filiae enumerantur: *Ἀπὸ δὲ Πελοποννήσου (ἤλαθε) Φείδωνος τοῦ Ἀργείων τυράννου παῖς Λευκήθης, Φείδωνος δὲ τοῦ τὰ μέτρα ποιήσαντος Πελοποννησίου καὶ ὑβρίσαντος μέγιστα δὴ Ἑλλήνων πάντων, ὃς ἔξαναστήσας τοὺς Ἕλλειων ἀγωνοθέτας αὐτὸς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγῶνα ἔθρε.*

Immerito opinor totam narrationem pro fictione poetica quidam duxerunt uelut nouissime Busoltus (Hist. Gr. I p. 140 n. 3). Populi memoriam Herodotus uidetur secutus esse, quae historiam petitionis Agaristae nitide commentis adornarat; sed nomina principum non inuenta sunt ab hominibus neque ex altioribus aenis repetita. Quod cum in fonte Halicarnassius Leocedam Phidone natum Argiuorum rege legisset, in hunc Phidone error chronologico transtulit quae de abauo homonymo compererat ²⁾. Alii inimicitias inter Clisthenem et Argiuos susceptas narrationi Herodoteae refragari dicunt. At e re fuit Clisthenis postquam Olympiae uicit talia discidia missa facere omnesque Graecos nobiliores ut proci fierent inuitare. Neque Argiui Heraclidae ei erant qui oblatam reconciliationem respuerent, cum natura quodam modo socii essent Spartaee inimicorum. Parum uero eos callere sermonem Herodoti censeo, qui male intellecta particula *δέ* ui quadam adnectenti repetitum nomen locum de quo agitur mendosum habuerint. Quos non tam exempla a Steinio (ad I 64, 10) laudata quam hic locus extremi libri (c. 73) refellunt: *ἐκ δὲ ἴμου Δεκελειῶθεν, Δεκελείων δὲ τῶν κοτε ἐργασαμένων . . .*

et Remi fiat mentio, de Perdicca Macedonum rege primo huius nominis qui multo post Romam conditam uitam degit narratur.

1) Paus. IV 24, 4. 35, 2.

2) Similiter paulo supra (c. 125) in temporum rationem peccauit, cum Alcmeonem circa annum a. Chr. 600 florentem ad Croesi aulam arcessat.

Lacedaee regnum posterioris Phidonis filii duobus testimoniis nititur, altero Pausaniae (l. l.) quo Meltae pater uocatur, altero Plutarchi (de cap. ex hoste util. 6) ubi paene nulla mutatione *Λακίδην* cum Od. Muellero scribimus. Hinc mollitie eum infamatum fuisse cognoscimus. Meltae si nis Pausaniae credere damnato a populo quantum maioribus relictum erat regiae potestatis demptum est. Plutarchus nero (de Alex. uirt. 8 conl. de Pyth. orac. 5) Heraclidarum gens Argis emortuum esse adserit; quo facto ad Aegonem principatum transisse, cuius domus aetate belli Persici hac dignitate insignis fuisse uidetur. Namque etiam tum Herodoto auctore (VII 149) regnum Argis durabat. Quem testium dissensum non possum non a pusilla Pausaniae industria deriuare; uimirum Meltam cum uetustiore rege — illum dico qui Tegeae exsultauit — peruerse commutauit ¹⁾.

Iam ut reditus fiat ad Tegeatas, quo tempore abolita sit regia potestas ne diuinando quidem adsequimur. Certe Croesi aetate cum Lacedaemonii Tegeam in societatem suam adsciuissent, mansisse regnum ueri dissimile est. Id enim impense illi operam dabant ut nobilium in oppidis sociis instituerent imperium. Quid? quod de regni genere omnis nos deserit memoria? In uniuersum tamen aegre Tegeatae a ceteris Graecis hac in re nimis recesserunt, ita ut de regibus senatus auctoritate ac populari iure in contionibus adsendendi cohercitis cogitare liceat. Videlicet ut alibi per saeculorum decursum pedetemptim potestas eorum est imminuta, donec liberam rei publicae formam ciues constituerunt.

1) Meltam extremum gentis fuisse coniectura textu scriptoris obtrudere studuit Unger (Phil. XXIX p. 267) ante *ἀπόγονον* inserens *ἔλατον*. Numerum enim ad uocem *ἀπόγονον* desiderat. Multo leniore medicina Schubartus in minore editione usus una adiecta litterula *δεα τόν* in *δέλατον* mutauit quod tamen cum temporum ratione pugnat. Mihi secus stat iudicium atque illis. Ipse Unger exempla omisi numeri attulit (Phil. XXIX p. 269) quod in membris familiae nimium a proauo distantibus accidisse profitetur. Id uero facit ad nostram causam. Vide igitur quam sana sit memoria, si modo deleuerimus litteras *δεα* dittographia haud dubie natas.

CAPUT IV.

De libera re publica.

Enarraturi sumus ultimo capitulo primum historiam liberae Tegeatarum ciuitatis quam maxime concisam; dehinc singula deinceps instituta rei publicae persequemur.

I. Grande et memoria dignissimum certamen montani Tegeatidis incolae per tantam seriem annorum non infeliceiter cum Lacedaemoniis pugnabant, quo tandem superati in societatem uictorum honeste recepti sunt. Quod medio fere euenit saeculo sexto. Ἐπὶ Λέοντος βασιλεύοντος καὶ Ἠγησικλέος ἐν Σπάρτῃ¹⁾ τοῖς ἄλλοις πολέμοις εὐτυχεόντες οἱ Λακεδαιμόνιοι πρὸς Τεγεῖτας μόνους προσέπταιον. κατὰ δὲ τὸν κατὰ Κροίσον χρόνον καὶ τὴν Ἀναξανδριδεῶ τε καὶ Ἀρίστωνος βασιλείαν ἐν Λακεδαιμονίῳ ἤδη οἱ Σπαρτιῆται κατυπέριτεροι τῶ πολέμῳ λεγόμεσαν²⁾. Quo id pacto effectum sit, eis quae secuntur curatius Herodotus exponit³⁾.

Consulentibus Spartanis Pythia magis fortunam eis obsecundaturam esse responderat, si Orestis ossa e Tegeatarum finibus ad ipsos attulissent. Atque unus de agathoergis qui uocantur Lacedaemoniorum Lichas nomine indutiarum tempore Tegcam profectus et mentis acumine bustum indagauit et calido furto effossas mortui reliquias in patriam transportauit. Lepidam fabulam confictam esse elucet, qua declararetur cur et Sparta et Tegeae Orestis sepulcra monstrarentur⁴⁾. In Arcadiam filius Agamemnonis secundum fabulas Apollinis oraculo iussus immigrauit altero Aepyto regnante⁵⁾. In memoriam rei quod oppidum antehac ab Orestheo Lycaonis filio

1) Pausanias (III 3, 5) Leonte et Eurycrate patre regnantibus pleurumque Lacedaemonios bello Tegeatico detrimenta cepisse tradit. Quibuscum non concinunt quae apud eundem (III 7, 6) de Archidamo et Agasicle aequalibus illorum e Proclidarum familia pronuntiantur: contigisse eis uitam quietam nec bellis sollicitatam degerent.

2) Herod. I 65 et 67. 3) Cf. Paus. III 3, 5—6, Solin. p. 25, 20 etc.

4) Paus. III 11, 10. VIII 54, 4. 5) Paus. VIII 5, 4.

Oresthasium dictum erat tum nomen Oresteum ¹⁾ accepisse fertur ²⁾. Quae etymologia nisi ipsius grammatici additamentum est a Pherecyde ³⁾ primum et Euripide (El. 1275, Or. 1647) prolata poetarum uidetur iuuentum esse; nam Herodotus (IX 11) et Thucydides (V 64) ueriore forma *Ὀρέσθειον* utuntur. De Oreste iu Arcadia commoranti praeterea inspicere Pausaniam (VIII 34, 1—4), scholium Eur. Or. 1647, Strabonem (XIII p. 582), Stephanum s. u. *Ὀρέσται*. Hinc duplex fabulae traditio conligitur, cum alii priusquam Athenas ueniret Orestem apud Arcades habitasse, alii Areopagi iudicio absolutum hic domicilium collocasse diemque supremum obisse contenderent. Quarum Euripides utramque sequitur. Illud poetae proprium est ut scholiasta adnotat, quod per unius auui spatium apud Arcades uersantem facit Agamemnonideu. Quem qui morte defunctum esse in hac terra memorabant, partim ipsam leti causam et qua aetate uita decessisset narrauerunt. Asclepiades quidem septuaguarium serpentis morsu perisse auctor existit ⁴⁾.

De honorata Tegeatarum in societate Lacedaemoniorum condicione id addere placet, quod aerarium bellicum Graecorum commune ea quidem aetate qua nondum Sparta principatus in administrando bello Persico ademptus erat Tegeae

1) Nimirum uulgo τὸ Ὀρέσθειον dicebant; Stephanus s. u. *Ὀρεστία* hanc quoque formam in usu fuisse testatur, cum Eudaemo et Orus scripserint τὴν Ὀρέστειαν, ut merito Berkelius codicum Ὀρέσθειον correxit. Incolae semper Ὀρεσθαῖοι audiunt. Sic Pausanias et Roehlii titulus 98 exhibent. Ceterum ab Oreste etiam dimidia pars urbis Megalopolis nomen duxit Orestiae. Steph. Byz. *Μεγάλη πόλις*. Pagum Oresthasiorum Thucydides (IV 134) *Ὀρεσθίδα* nominat.

2) Paus. VIII 3, 2.

3) Schol. Eur. Or. 1645. Hic uerba τοὺς κατεχομένους ἐπιλύσει medicina indigent; ego dum meliora proponuntur hac acquiesco mutatione nou lenissima: τὸν κατεχόμενον ὑπὸ λύσεως. Praepositiones ἐπί et ὑπό saepius a librariis inter se permutantur. Singulari participii numero opus esse existimo.

4) Cf. Theagenis Macedonica apud Steph. Byz. l. l., ubi post χωρίον insero ἐλθῶν quod Meuekius proposuit. Vide Bursiani Quaest. Euboic. p. 29.

uidetur fuisse. Hic enim tabula¹⁾ inuenta est, ubi solutiones uoluntariae a singulis ciuitatibus aut hominibus priuatis ad bellum gerendum Lacedaemoniis pensae recensentur.

In certamine quo barbaros Graeci Xerxis ductu in Europam transgressos propulerunt inter primos Tegeatae uirtute emicuerunt. Thermopylas, Isthmum, Plataeas testes excito²⁾. Ut contra Mardonium Peloponnesi copiae tandem praesto essent Atheniensibus Chilaus Tegeates auctor euasit³⁾. Illis iam temporibus Tegeatae et Mantinenses, qui ipsi quoque societatis Peloponnesiorum participes exstiterant, longe ceteras Arcadiae ciuitates nominis splendore et uiribus rei publicae anteesse putandi sunt, ut contentio quaedam his duabus de principatu relinqueretur. Quam simultatem ac discordiam diuersitas in ciuili utriusque urbis statu aluerit necesse est. Veri enim simile arbitramur Tegeatis armorum ui subactis uictores rei publicae formam suae ipsorum ciuitati conuenientem obtulisse. Paucorum igitur ut posteriore aetate Tegeae summa uidetur fuisse potestas. Aliter apud Mantinenses qui sua sponte ad Spartanorum foedus sese applicarant populus rerum tenebat gubernaculum, etsi non ex omni ciuitate sed e parte quadam magistratus eligebantur⁴⁾. Attamen ne Tegeatis quidem defuerunt, qui nouarum rerum cupidi ampliora plebei iura uellent conferre patriamque a Lacedaemoniorum uiolenter factis tutam conlocare. Qui ciues suos si quando conspirationes sociorum in Spartanos fiebant, ut eis interessent interdum permonisse uidentur.

1) Est Roehlii inscriptio 69. Ea quae praecedit Posidonii uerba apud Athen. VI p. 233 fulciuntur: *Λακεδαιμόνιοι δ' ἐπὶ τῶν ἐθῶν κωλύμενοι εἰσφέρειν εἰς τὴν Σπάρτην καὶ πᾶσθαι ἄργυρον καὶ χρυσὸν ἐπιῶντο μὲν οὐδὲν ἦντο, παρακατετίθεντο δὲ τοῖς ὁμόροις Ἀρκάσιον.* Xuthias enim quem Laconem fuisse dialectus tituli innuit rem familiarem in urbe Tegeatarum adseruisse narratur, quam postea aut ipse repeteret aut se mortuo heredes recuperarent.

2) Herod. VII 202. VIII 72. IX 26—28. 70.

3) *Χίλλεως* apud Plutarchum (Them. 6, de malign. Herod. 41) scriptum inuenis, minus recte ut uidetur *Χίλλεος* apud Herodotum (IX 9), *Χίλλος* apud Polyaeum (V 30).

4) Arist. Polit. VI 2, 2.

Itaque accidit ut post pugnam Plataeensem et ante tertium bellum Messeniacum duplex illud quod memorauimus certamen Laconibus in Arcadia subeundum esset¹⁾. Vix huc faciunt ut Mueller (Dor. I p. 188) opinatus est duo Simonidis epigrammata (Anth. Pal. VII 512. 442), quibus ciues Tegeae pro patria defuncti conlaudantur; quae Bergkio suadente (Lyr. III p. 459) ad sedecim Tegeatas in Plataeensi proelio mortuos referre malimus peculiari conditos sepulcro²⁾.

Id tamen nullo pacto in dubium potest uocari, quin tunc temporis Cleandridas Gylippi pater³⁾ exercitui Lacedaemoniorum fines Tegeaticos ingredienti praefnerit. Quem optimatum possessionibus abstinenter, agros reliquorum denastantem eo scimus rem adduxisse, ut nobiles iam pridem suspecti tamquam hostium essent amici nunc prodicionis a plebe incensati, cum nullam aliam salutis uiam speressee intellexerent, reapse patriae fierent proditores Tegeamque Spartanis dederent⁴⁾.

1) Perquam memorabile est quod Mantinenses communi Arcadum periculo defuerunt. Quibus patriae amor tum misera principatus contentione extinctus esse uidetur. Eandem in re publica rationem secuti sunt, cum Archidamum contra Hilotas rebellantes subleuarunt. Xen. Hist. Gr. V 2, 3. — Vide quae Duncker (Hist. ant. N. S. I p. 122) de his rebus exponit. A proelii Tegeensis aetate haud procul abesse Mycenarum euersionem in qua Cleonaei et Tegeatae satellites adfuerunt Argiuis res ipsae clamant. Strab. VIII p. 377. Haec anno a. Chr. n. 468 tribuenda est. Diod. XI 65. Ne proximo quidem anno cum Leotychides Tegeam secessit, huius oppidi ciues certos Spartanorum amicos fuisse iudicamus. Quid? quod paulo ante Medorum inuasionem discidium fuit inter Lacedaemonios Tegeatasque, quod discrimen imminens in breue temporis spatium uidetur composuisse? Her. IX 37.

2) Herod. IX 85. 3) Thuc. VI 93.

4) Polyæn. II 10, 3. Quae porro de Cleandrida explorata habemus, propter tempora rerum minime huic opinioni obsistant. Constat eum anno a. Chr. n. 445 (Thuc. I 114 conl. II 21) Plistoanacti adolescentulo Spartae regi Atticam inuasionem uexanti comitem esse additum. Pecuniis uero ut uidebatur a Pericle corruptus exercitum Peloponnesiorum redxerat. Plut. Per. 22, schol. Arist. Nub. 859, alibi. Inde capitis Lacedaemone damnatus in Italiam profugit ubi Thurinorum bella cum Tarentinis, Terinaeis, Lucanis adiuuauit. Ant. Syrac. ap. Strab. VI p. 264, Polyæn. II 10. Nescio an ipse inter colonos fuerit, qui Thurios circa initium Cleandridae

Iam pax cum Lacedaemoniis facta est, cuius condiciones in columna ad Alpheum posita legebantur¹⁾. Partem conventionis Plutarchus (Quaest. Gr. 5) futuris reservavit: *Τίνες οὐ παρά Ἀρκάσι καὶ Λακεδαιμονίοις χρηστοί; Λακεδαιμόνιοι Τεγεαταῖς διαλλαγέντες ἐποιήσαντο συνθήκας καὶ στήλην ἐν Ἀλφειῷ κοινὴν ἀνέστησαν, ἐν ἣ μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται, Μεσσηνίους ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς χώρας καὶ μὴ ἐξεῖναι χρῆστοῖς ποιεῖν. Ἐξηγούμενος οὖν ὁ Ἀριστοτέλης τοῦτό φησι δύνασθαι τὸ μὴ ἀποκινῦνται βοήθειας χάριν τοῖς λακωνίζουσι τῶν Τεγεατῶν²⁾. Quod de expellendis Messeniis hic agitur, id temporis compositae pacis accenratius limitandi nullam praebet certam ansam, quoniam ubi primum prope Messeniam Lacedaemoniis bellandum erat frequens turba per servitutem patriae segetes exercentium ad hostes dominantium transfugiebant. Tametsi haudquaquam infitiri licet artissime illos motus Arcadicis cum seditione Hilotarum cohaerere, quam anno a. Chr. 464 inchoatam esse Pausanias (IV 24, 2) commemorat. Altero uictorum postulato quanto opere Spartani fouerint et tutati sint quicumque Tegeatarum suas ipsorum partes capesserent — optimates dico atque oligarchiae studiosos — affatim discimus. Postero aeuo ciuili inter Tegeatas discordia bellaque cum Mantinensibus gesta uix nunquam diutius quieuerunt.*

Hieme quidem inter annum nonum et decimum belli Peloponnesiaci (423 — 22 a. Chr.) interiecta apud Ladoceam in Oresthide utraque ciuitas armis congressa est. Ambigua pugnae exitus euasit³⁾. Forsitan causa fuerit discidii quod Parrhasiam Mantinenses dum bello Archidamico ut solet uocari Lacedaemonii occupati sunt sibi subiecerant⁴⁾. Summum autem

exsilii exaedificarent. Mutilatum uiri nomen deprehendis apud Diodorum (XIII 106: *Κλέαρχος*) et Apostolium (VI 74: *Κλεανδρίας*).

1) Superiorem Alpei cursum finem fecisse Laconicae terrae et Arcadicae Pausanias (VIII 54, 1) testis est.

2) Cf. Quaest. Rom. 52.

3) Thuc. IV 134; nomen uici (*Λαοδίκιον*) hic deprauatum esse uiris doctis concedemus, quia consensus Polybii (II 51. 55) et Pausaniae (VIII 44, 1) formam *Λαδοκία* praestat.

4) Thuc. V 29.

discrimen semper in diuerso rei publicae statu positum erat, cum Tegeatae Spartanorum pedisequi paucorum potestatem conseruare studerent, Mantinenses popularis imperii fautores alienati ab Eurotae accolis ad Argiuos magis inclinarent¹⁾. Ea propter foedere icto inter Athenienses, Eleos, Mantinenses Argiuosque mox sociorum exercitus contra Tegeam proficiscitur, ubi popularem cinitatis partem ipsis amicam esse nou ignorant. Verum in tempore Lacedaemonii ab Agide rege ducti suis partibus auxilio ueniunt et clarissima apud Mantineam relata uictoria dirimunt aduersariorum consilia. In proelio ut consuerant dexterum cornu Tegeatarum copiae tenebant²⁾.

Graniore tumultus intestini post cladem apud Leuctra inlatam Lacedaemoniis Tegeae coorti sunt. Stasippi etiamtum partes nobilium deditae imperio atque Laconibus obnoxiae prae ceteris in oppido uigebant³⁾. Iam aduersarii eius, Callibii et Proxeni adseclae qui plebei rebus obsecundabant, excutere Spartanorum dominationem omnesque Arcadiae populos in unam societatem conglutinare studebant Thebanorum uidelicet ope freti. Qui cum nihil apud theoros impetrassent, si populus conuenisset maiorem eius partem se esse iuuaturam arbitrati cum armis confluunt. Tum aduersarii quoque arma capinut nec numero inferiores. Pugna commissa Proxeni et Callibii partes funduntur, sed Stasippus paucis aduersariorum occisis reliquis parcat. Hi ad murum Mantineam uersus spectantem sese recipiunt ibique congregati quiescunt. Cumque iam pridem a Mantinensibus auxilium petissent, nibilo setius cum Stasippi adseclis de pace agunt. Aduenientibus nero Mantinensibus oppidum produunt. Tum Stasippi partes Pallantium uersus fugiunt et in nescio quo Dianae templo reconditi manent, quoad demolientibus tectum fani aduersariis inclusi se exituros

1) Thuc. V 32. Frustra breui post compositam pacem quam Niclam appellant Corinthii et Argiui operam impenderunt, ut Tegeatae quorum magnum esse numerum uiderent a Lacedaemoniis desciscerent.

2) Thuc. V 62 sqq. Diod. XII 78—80.

3) Xen. Hist. Gr. VI 4, 18. Stasippi candidos mores meritis laudibus extollit Valerius Maximus (IV 1 ext. § 5).

profitentur. Quos illi comprehensos Tegeam reducunt et interficiunt. Perpetrato scelere fere octingenti ex Stasippi parte conterriti Lacedaemonem discedunt. Spartani autem expeditione Agesilai ductu in Arcades suscepta nequiquam, qua olim fruebantur apud Tegeatas dignitate, eam recuperare periurosque Mantinenses ulcisci tenderunt. Quin mox in suis ipsorum finibus ab Epaminonda magnisque sociorum copiis quorum bonam partem faciebant Arcades petiti sunt, nec multum auit quin celeberrima sedes Heraclidarum modo caput Peloponnesi iure existimata radicitus hostium mole tolleretur ¹⁾. Rursum Mantinea auctor fuerat machinationum illarum popularium atque inflammatae repente communis patriae amoris. Lycomedes hinc oriundus iuxta Epaminondam in condenda Megalopoli nouicio Arcadum capite plurimum uidetur ualuisse ²⁾. Eius consilio primum decem milia quae uocantur Arcadum Megalopolim conuenerunt, qui de bello ac pace deliberarent aliaque ad uniuersam nationem pertinentia administrarent ³⁾. Attamen

1) Xen. Hist. Gr. VI 5, 6 sqq. Multo breuius et negligentius Diodorus (XV 59) eadem refert. Motus quem propter Lycomedis consilium omnes Arcades in unam rem publicam consociandi natum dicit a rixa factionum de Tegeatis Xenophonti memorata non differt. Omnino plus mille quadringentis partim Pallantium partim Spartam profugisse; quorum illos traditos a Pallantiensibus uictoribus necatos esse. Agesilaum nero Tegeatarum agros populantem inducit, non Mantinensium ut probabilius Xenophon.

2) Xen. Hist. Gr. VII 1, 23 sqq. Diod. XV 59. 62. 67. Quod primo Agryiensis loco Tegeates audit Lycomedes mero scriptoris errori debetur. Amentis sit Pausaniae auctoritate (VIII 27, 3) ad tuendam duplicem Lycomedis personam abuti. Enarrantur ibi quos Arcades synoecismo Megalopolitano praefecerint: *Ἡρέθῃσαν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν Ἀρκάδων οἰκιστὰς Ἀνκομήδης καὶ Ὀπολέας καὶ Τίμων τε καὶ Ἡρόξενος, οὗτοι μὲν ἐκ Τεγέας. Ἀνκομήδης δὲ καὶ Ὀπολέας Μαντινεῖς, Κλειτορίων δὲ Κλεόλαος καὶ Ἀκρίφιος, Εὐκαμπίδας δὲ καὶ Ἰερώνυμος ἐκ Μαϊνάλων, Παρῆσιων Πρωκράτης τε καὶ Θεόξενος.* Cur Tegea quattuor miserit synoecistas, reliquae ciuitates binos non intellegitur. Quod nitium optime tollitur si Lycomedis et Opoleae nomina praua dittographia esse praesumpta statuimus. Nec primum hoc uid. — Plus semel Lycomedes communis Arcadum exercitus imperator electus est si fidem habere licet Diodoro.

3) De *μυθίοις* illis grammaticorum inspicias testimonia, in primis Harpocrationis ad Aristotelis communem Arcadum rem publicam prouo-

idem nouam discordiam incendit, cum Thebanorum dominationem non minus suis grauem fore sentiret quam Lacedaemoniorum. Ideo qua praepollebat auctoritate in communi concilio ut foedus pangeretur cum Atheniensibus *μυϋλωσ* permonit. Quod cum ipse Athenis feliciter confecisset, rediens per exsules praematuram mortem obiit ¹⁾.

Rationes eius in communi Arcadum re publica Mantinenses quidem persequi pergebant; haud pauca tamen societatis membra aliter iudicabant. Ipsi quoque Tegeatae qui eo tempore praesidio trecentorum Thebanorum in urbe locato ²⁾ non libera agebant uoluntate infesti Mantinensibus ad Epaminondae partes inclinabant. Auctae sunt turbae bello ab Arcadibus Eleis inlato. Etenim cum duces illorum eparitos electam societatis Arcadicae cohortem militarem ³⁾ sacris diuitiis Olympiacis alerent, Mantinenses hoc piaculum abominati ceterarum ciuitatum inimicitias in se susceperunt. Postea cunctae sceleris admissi

cantis. Reapse numquam tota natio Arcadica sociata uidetur fuisse. Mantinenses paulo ante pugnam propter portas suas anno a. Chr. 362 commissam defecerunt. Alexandri iussu concilium Arcadicum anno 324 abolitum est, si quid concludi potest ex Hyperidis loco (in Demosth. fr. IV Blassii) mntilo. Cf. Schaeferi Demosth. III 1 p. 287. Inter annum a. Chr. 265 quo decretum Chremonideum (C. I. A. II 332) esse exaratum Dittenberger (Herm. II p. 301 et 305) censet atque aetatem tituli Lebasiani II 340a (Dittenbergeri 167, Caueri 444) magna Arcadum pars renouauit societatem. Illic enim singulae ciuitates terrae, in eis Tegeatae, cum Atheniensibus pactae enumerantur; hic uero senatus Arcadum et *μυϋλων* concilium proxeniam conferunt Phylarcho Atheniensi quod post Aristodemum, ante Lydiadem tyrannorum uicibus Megalopoli fungentes uidetur euenisse, intra igitur annos a. Chr. n. fere 251 et 238. Tegea tum membrum fuit congregationis Arcadicae, cuius quinque demiurgi — idem numerus plerisque ciuitatibus in communi sedebat concilio — subscripti leguntur decreto. Utrum *δαμογογοι* illi numero quinquaginta ipsum effecerint senatum, ut Foncartus uoluit in commentario tituli, an potius partem eius ad exsequenda decretorum iussa sorte electam nunc hand in promptu est diiudicare. Quid porro egerit restituta societas ant quem finem nacta sit in obscuro latet.

1) Xen. Hist. Gr VII 4, 2—3.

2) Xen. Hist. Gr. VII 4, 36.

3) Diodoro teste (XV 62. 67) quinque milla erant. Cf. Hesych. *ἐπαροδογοι*, Kellermannum: De re militari Arcadum, dissert. Monac. anni 1831, p. 44 sqq.

consciae de pace cum Eleis conuenerunt, quae in urbe Tegeatarum iure iurando confirmatur¹⁾. Qua abusus occasione dux praesidii Thebanorum, quicumque praesentium studiis Mantinensium obnoxii uidebantur, comprehensos in custodia tenet moxque dimittere coactus tamen Thebanorum iudicio liberatur²⁾.

Inde quarta fit Epaminondae in Peloponnesum expeditio quam dudum poposcerat pars Arcadum, memoranda illa Mantinensi pugna finita. Hic telo hostili auctor principatus per paucos annos a Thebanis obtenti absumptus est, coniuncti Lacedaemoniorum et Atheniensium exercitus pulsus. Denuo autem discidium inter Arcades exortum luculenter comparuit cum Tegeatae, Megalopolitani, alii Thebanis, aduersariis Mantinenses essent auxiliati³⁾. Iam pax conuenit inter ciuitates belligerantes; quies tamen Arcadibus non redit, cum et domesticae seditiones maneant et a Lacedaemoniis periculum instet ne Megalopolis excindatur⁴⁾. Nihilo minus ut tunc Thebanorum adiuti auxiliis hostium impetus inritos reddunt, ita dein per Philippum terras quondam ereptas a Laconibus sibi reparant⁵⁾.

Quae Macedonica aetate Tegea uiderit eorum perpauca innotuerunt propter friuolam testimoniorum materiam. Diadochi qui dicuntur et bellicosi Spartanorum reges haud raro in Arcadia quasi in Martis arena uersati sunt⁶⁾. In Chremonideo bello socios fuisse Tegeatas cum multis aliis Graecorum oppidis Atheniensium et Ptolomaei Philadelphi aduersus Antigonum Gonatam ex inscriptione supra laudata enucleamus. Saeculo fere post foederis Aetolici participes exstitere⁷⁾. De-

1) Hinc discimus non usque Megalopolim concilium conuenisse Arcadicam. 2) Xen. Hist. Gr. VII 4, 33 sq.

3) Xen. Hist. Gr. VII 5, 4 sqq. Paus. VIII 8, 10.

4) Xen. Hist. Gr. VII 5, 26—27. Diod. XVII 94. Dem. XVI.

5) Diod. XVI 39. Paus. VIII 27, 9—10. Pol. IX 28, 7. XVIII 14, 7.

6) Cassandrum Tegeam oppugnasse Diodorus (XIX 35) ad annum a. Chr. 317 memorat.

7) Pol. II 46, 2. Utique antiquior hac re titulus est, quo Phylarcho proxenia ab Arcadum concilio decernitur. Fortasse amicitiae cum Aetolis initae monumentum est proxenia ad Demetrium Aetolum delata, cuius memoria inest inscriptioni 340 b Lebasi.

inde aduentibus Aetolis tertius qui Sparta regnavit Cleomenes oppido potitus est. Contra quem Arato auctore Antigonus Doso ab Achaeis in auxilium accitus Tegeam obsedit et in deditionem recepit ¹⁾. Deuicto ad Sellasiam Cleomene anno a. Chr. 221 pristinus rei publicae status Tegeatis per Macedonem restitutus est ²⁾. Quando Achaei urbem in suam societatem adscinerint haud in aprico cernitur. Utique post Machanidae tyranni Laconiae interitum anno a. Chr. 207 quo capta est a Philopoemene membrum fuit huius foederis ³⁾, donec anno a. Chr. 146 prouinciam Romani Achaiam instituerunt.

II. In describenda rei publicae Tegeatarum forma magno cum emolumento Gilberti librum de antiquitatibus Graecis in usum nostrum uertemus cuius uol. II¹ pp. 128sq. huc spectant. Duas cum eo periodos discernimus, paucorum dominationem eamque aetatem qua ipse populus summa potestate adornatus res suas gerebat. Terminalem intellegimus annum pugnam Leutricam subsecutum i. e. a. Chr. 370, cum Callibii ac Proxeni partes superiores euaserunt in ciuitate. Posteriori rerum statu quamuis ceteroqu岸 obscuro tituli Tegeatici qui maximam partem tertii esse a. Chr. saeculi uidentur aliquantum lucis adspargunt. De priore fere omnia nesciuntur.

Unicum iuuat Xenophontis (Hist. Gr. VI 5, 7) testimonium de theoris: *ἡπιώμενοι δὲ οἱ περὶ τὸν Πιρόξενον καὶ Καλλίβιον ἐν τοῖς Θεαροῖς νομίσαντες εἰ συνέλθοι ὁ δῆμος πολὺ ἂν τῷ πλεῖθει κρατῆσαι ἐκρέονται τὰ ὄπλα*, unde nihil elicitor nisi magistratum maximi momenti apud Tegeatas fuisse theoros ⁴⁾.

Quod inde a Callibii et Proxeni uictoria penes populum summam rerum fuisse contendimus, cum per se probabile est

1) Pol. II 54, 6.

2) Pol. II 70, 4.

3) Pol. XI 18.

4) Dorica forma scriptor utitur; Atticam Thucydides (V 47) in magistratu quodam Mantinensium adhibet. Primitus *θεωροί* eos significant qui deorum curam agitant. Vulgo ita legati notantur ad deorum sollempnia aut uti oracula consulerent missi. Proin Tegeae olim theori sacrum fuisse collegium diuinis rebus institutum uidentur. Quidni etiam seriore aeuo officia quaedam illuc pertinentia exercuerint?

tum inscriptione 340 b Lebasiana de tempore lapidis incisi quod alterum saeculi tertii ante Christi aetatem dimidium uideri diximus aperte confirmatur. Cuius initium hoc est: ἔδοξε τῷ δήμῳ τῶν Τεγεατῶν ¹⁾). Multum haud dubie in nouo rei publicae statu constitnendo legumlatores oppidi ualuerunt signis palam et cinium pietate uel Pausaniae temporibus honorati. Quamquam uixerintne aequales an fuerint adeo diuersae aetatis, ut unus quisque aut priorem immutaret legum indolem aut propius ad perfectionem duceret ignoramus.

Ut in reliquis Graecorum ciuitatibus senatorio consilio res deliberandas praeparanti licentia popularis arbitrii cohercebatur. Nam huius instar trecenti sunt in lege de aedificiis publicis memorati ²⁾). Habes hic § 2 a ita praescriptum: εἰ δὲ πόλεμος διακωλύσει τι τῶν ἔργων τῶν ἐσδοθέντων ἢ τῶν ἐργασμένων τι φθῆραι, οἱ τριακάσιοι διαγόντω τί δεῖ γενέσθαι, οἱ δὲ στρατηγοὶ πρόσδομι ποέντω, εἴ καν δέατοί σφεις πόλεμος ἦναι ὁ κωλύων ἢ ἐφθρακῶς τὰ ἔργα, λαφυροπωλλῶν ἔστος κατὰ τῆς πόλιος. Quoniam controuersiae de pecuniis publicis ortae ita senatui disceptandae proponuntur, hunc sicut quinto a. Chr. saeculo ac priore quarti dimidio Athenis reditus atque impensa rei publicae curasse in propatulo est.

Inter magistratus Tegeatarum praesides populi et praetores grauissimi erant, quorum illi archontibus fere Atheniensium respondisse uidentur. Tres uiri sedebant in eo collegio, ut subscriptio docet decreti Agesandro proxeniam tribuentis: προστάται τοῦ δήμου Λύκιος, Θεόκριτος, Ἀλέξανδρος ³⁾).

1) Similiter titulus Agesandro Thessalo Scotussa orinudo proxeniam conferens occipit: ἔδοξε τῷ πόλει τῶν Τεγεατῶν. Is commodius quam apud Sauppium (u. p. 286 n. 5) in Dittenbergeri Sylloge (317) aditur.

2) Fortasse septuageni quini pro singulis tribubus muuere fungebantur.

3) Per errorem quadratarium scripsisse *προστάτας* quod in lapide exstat Sauppium mouit. Alibi uoce *προστάτης* scil. τοῦ δήμου plerumque in uniuersum significantur qui ciuitati praesunt. Numerus prostatarum ut archontum Athenis uno minor est quam tribuum. Etiam in titulo 340 d Lebasii item proxeniam quendam honoranti prostatarum Tegeae mentio

Saepius praetores ueniuntur quos annuos fuisse inde conligimus, quod a primo quoque annus denotabatur. Subscriptum enim legitur titulo Lebasii II 340b: *ἐπὶ στραταγοῖς τοῖς περὶ Χρέμωνα*. De numero praetorum discrepant lapidum testimonia. Titulus dedicatorius collegii (Lebasii 338a, Caueri 456) septem enumerat octauo addito equitum magistro, nouo scriba. Contra decretum de hospitio publico Agesandri uidecim duces habet, praeterea magistrum equitum et scribam. Eiusdem aetatis non esse illas inscriptiones dialecto saepe non efficitur, illic Arcadica hic Attica magis siue communi Graecorum¹⁾, uerum ipsa diuersitate numerorum. Olim nimirum octo membrorum fuit magistratus, ita ut bina singulae tribus eligerent, post duodecim ut terna crearent. Scribam²⁾ cuius dignitas inferior putanda est ipsi duces cum praefecto equitum cooptasse uidentur, periude ut Athenis senatus scribam suum dicebat eiusque actionum publicarum rationem subibat. Auctoritatis praetoriae magnum habetur documentum, quod in cunctis proxeniae placitis subscribi adsolebant³⁾. Ad senatum nouumquam duces referebant aditumque parabant redemptoribus in perficiendo opere propter bellum praepeditis damnoque affectis, ut loco supra e lege de redimendis operibus publicis allato cognoscitur.

Eiusdem decreti § 4a heliastis quibusdam multa exigenda trausmittitur, si plures duobus unam communicarent prouin-

uidetur iniecta fuisse. Tamen nihil praeter litteras *προστατα* in fine relictum est; nomina desiderantur. Apud Aeneam quoque Tacticum (c. 11: *ὁ τοῦ δήμου προστατης*) certus Argiuorum magistratus intellegi possit qualem insuper Opunte, apud Chaones, Molossos, Dymaeos, Stymphalios inuenimus. Cf. Gilbertum II p. 328 n. 1.

1) Vide Sauppium p. 8 sq.

2) Arcadico sermone *γράφης* audiebat; pariter *λάρης* usurpatur pro Attica forma *λερεῦς*. In fragmento quoque rationum Tegeaticarum — est Lebasii titulus 341e — truncum scribae nomen sub finem additur.

3) Unus Lyaens in populi scito 340d Lebasii e ducibus nominatur; sed manca est inscriptio. Nescio an idem nomen in Agesandri decreto reponendum sit ubi *Ανατον* lapicida insculpsit. Quod *Ἀγέας* hic scribae officia praestans illic redit non neminem potest offendere.

ciam operariam aut si quis plura duobus operibus simul susceperit, cui non ipsi consensu ueniam dedissent. *Μὴ ἐξέστω δὲ μηδὲ κοινᾶνας γενέσθαι πλέον ἢ δύο ἐπὶ μηδενὶ τῶν ἔργων· εἰ δὲ μὴ, ὀφλέτω ἕκαστος πεντήκοντα δραχμαῖς, ἐπιλασάσθων δὲ οἱ ἄλιασται, ἰμψαίνεν δὲ τὸμ βολόμενον ἐπὶ τοῖ ἱμίσσοι τᾶς ζαμίαν. κατ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ εἴ κἀν τις πλέον ἢ δύο ἔργα ἔχη τῶν ἱερῶν ἢ δημοσίων κατ' εἰ δὲ τινα τρόπον, ὅτινι ἄμ μὴ οἱ ἄλιασται παρετάξωνσι ὁμοθυμαδὸν πάντες, ζαμιόσθω καθ' ἕκαστον τῶν πλεόνων ἔργων κατὸ μῆνα πεντήκοντα δραχμαῖς μέστ' ἂν ἀρηιῆτοι τὰ ἔργα τὰ πλέονα.*

ἄλια contionem Doriensium significabat; numquam nero οἱ ἄλιασται eodem sensu adhibebantur. Nec populi iudicium hoc loco potest intellegi heliastarum ritu Atheniensium et Argivae ἄλιατας, quorum non fuerit multas impositas repetere, nednm facile tot indices aliquid unanimes probarint. Quam ob causam haliastae quin magistratus sint accipiendi in dubium uocari nequit. Merito opinor Foucartus in commentario tituli eos ferme parem administrasse prouinciam atque polianomos Heracleensium censet quorum annua fuit dignitas ¹⁾.

Porro nomographi apud Tegeatas uidentur exstitisse, quoniam etsi ad priuatum hominum societatem mutila inscriptio 341a Lebasii melius referatur hanc e re publica instituta sua repetisse consentaneum est ²⁾.

In numero extraordinariorum magistratum quos Graeci uocabant *ἐπιμελείας ἐσδοτήρες* ³⁾ et *ἐπιμελόμενοι* habentur in decreto de aedificiis publicis memorati. Quorum illi locatores sunt operum, qui non quotannis sed cum eis usns erat creabantur, ut Foucartum in notis ad inscriptionem 194a Lebasii

1) Hi priore tabula Heracleensi l. 127 (C. I. Gr. III 5774) multam conductoribus Liberi agrorum si officia uiolarent constitutam exigere iubentur: *εἴ τινές κα μὴ πεφτυέκωντι καττὰν συνθήκαν, ἀνγραφάντω καὶ ἐπιλάσθω τὰ ἐπιζᾶμια τὰ γεγραμμένα ποττῶ ἄλλω μισθώματι.*

2) In extremo titulo leguntur: *γραφάτωσαν δὲ καὶ οἱ νομογράφοι νόμον περὶ τούτων.*

3) Arcadica forma est pro Attica *ἐκδοταί*; cf. *ἐσδοτήρ* in Laconico, *ἐγδοτής* in titulo Syri insulae (194a et 1885 l. 59—61 Lebasii).

(l. 13—19) ostendisse equidem credo. Tegeae ius disceptandi controuersias si quae inter conductores eiusdem laboris socios ortae sint eis defertur¹⁾. Una qui contra fidem conentionis egerint uel quacumque ratione opera locata damno adfecerint puniendi traduntur locatoribus; poenae magnitudo horum arbitrio subiecta est, iudicio competenti approbanda²⁾. Denique potestas eis datur si redemptores operariue operibus nocere uideantur aut custodibus non oboedire aut multas spernere constitutas, ut operarios dimittant, redemptores puniant atque in ius uocent, sicuti de eis prouisum sit qui pactam uiolarent conentionem³⁾. Perinde ac locatores οἱ ἐπιμελόμενοι qui perficiendos labores custodiebant in certum quoddam tempus prout necessitas oblata erat eligebantur. His similes partes Atheniensium ἐπιστάται τῶν δημοσίων ἔργων agebant⁴⁾.

In fine commentationis pauca ista adiciantur, quae de bonis ac redivibus publicis Tegeatarum innotuerunt. Ad solita prinelegia hospitibus publicis inrogata ἐπινομία accedit, i. e. ius in agro publico pascendi, et immunitas uectigalium importantibus et exportantibus⁵⁾. Fuerunt igitur communia prata

1) Exordium legis laudatae quatenus saluum est hic exscribitur: εἰ κὰν τι γίνηται τοῖς ἐργῶναις τοῖς ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔργοις, ὅσα περὶ τὸ ἔργον ἀπύεσθω δὲ ὁ ἀδικήμενος τὸν ἀδικήντα ἐν ἡμέραις τρισὶ ἀπὸ τῆς ἂν τὸ ἀδικημα γένηται, ὕστερον δὲ μή· καὶ ὁ τι ἀγκρίνωσι οἱ ἐσδοτῆρες, κύριον ἔστω.

2) Id § 3^a sic concipitur: Εἰ δ' ἂν τις ἐπισπνίσταται ταῖς ἐσδόσεσι τῶν ἔργων ἢ λυμαινηται κατ' εἰ δὲ τινα τρόπον φθῆρων, ζαμώντω οἱ ἐσδοτῆρες ὅσαι ἂν θέατοί σφεις ζαμίαι καὶ ἀγαρυσόσωντω ἐν ἐπίκρισιν καὶ ἰναγόντω ἐν δικαστήριον τὸ γινόμενον τοῖς πλήθι τῆς ζαμίαν. Plura fuisse apud Tegeatas iudicum collegia addiscitur.

3) Vide § 7^{am}: Εἰ δ' ἂν τις τῶν ἐργωνᾶν ἢ τῶν ἐργαζομένων ἐπηρειάζειν θέατο ἐν τὰ ἔργα ἢ ἀπειθῆναι τοῖς ἐπιμελομένοις ἢ κατηφρονῆναι τῶν ἐπιζαμίων τῶν τεταγμένων, κύριοι ἐόντω οἱ ἐσδοτῆρες τὸ μὲν ἐργάταν ἐσδέλλοντες ἐς τοῖς ἔργοις, τὸν ἐργῶναν ζαμώντες ἐν ἐπίκρισιν, κατὰπερ τὸς ἐπισπνισταμένους ταῖς ἐσδοκαῖς γέγραπτοι.

4) Cf. Aesch. III 14. 29, C. I. A. I 289sq. 302, ubi tres ἐπιστάται τοῦ νεώ (Erechthei) cum architecto et scriba nominantur.

5) In decreto Agesandri et in Lebasii titulis 340 b. c illud conceditur, hoc in titulo 340 d eiusdem collectionis. Quamquam extremo loco

ciuitatis Tegeaticae, quorum usuram aut omnes incolae aut certe inquilini non nisi scripturis solutis adipiscebantur. Quod uectigalia mercantibus pensitanda erant, cum reliquis Graeciae rebus publicis Tegeatae communicabant.

praeter litteras *αγονοις κα* nullae reliquae sunt; at certissime conlata inscriptione 228 Lebasii sic supplentur: *ἀτέλειαν εισαγόντοις καὶ ἐξ-αγόντοις.*

INDEX.

- Acues 314 sq.
 Aeginetes 308 sq.
 Aegys 268.
 Aepytus I 295.
 Aepytus II 308.
 Aerope 290 sq. 299.
 Agapenor 305—7.
 Aleus 266 sq. 297.
 Aphidantes 266. 275—77. 281.
 Aphidas 266. 276. 294.
 Apollo Agyieus 277. 285, L.
 Apollo Pythius 285.
 Apolloniatis 277. 279—81. 284 sq.
 Arcades in Pelopidarum dicione 300.
 Arcas 276 sq. 294.
 Areithous 297 sq.
 Aristippus 287.
 Aristocrates I 309.
 Aristocrates II 309 sq.
 Asylum Tegeae 288.
 Athanaeatis 277. 279—81. 285—91.
 Auge 267. 285. 297.
 Azan 294.
 Belbinatis 272.
 Callibius et Proxenus 325.
 Caryatae 266—73.
 Cassander 326, 6.
 Cepheus 290 sq. 297. 299.
 Cercyo 292.
 Charilaus 268. 284. 310—15.
 Chilaus 322.
 Chremonideum bellum 328.
 Clariotis 277—84.
 Clarius collis 278. 281. 283 sq.
 Cleandridas 323.
 Cleomenes I 296.
 Cleomenes III 270. 329.
 Colonia Tegea Cyprum deducta 307.
 Coloniae Arcadicae in Cretam deductae 282 sq.
 Corythenses 266 sq.
 Corythus 267.
 Cypselus 308.
 Diana Hymnia 295.
 Echedemia 301—3.
 Echemus 299—305.
 Echeuethenses 266. 275.
 Elatus 291. 294.
 Elncs 313 sq.
 epariti 327.
 ἐπιμελόμενοι 332 sq.
 ἐπινομία 133 sq.
 Ereuthalio 296.
 ἑσδοτῆρες 332 sq.
 ἑστία Ἀρκάδων κοινὴ 284. 295.
 Gareatae 266 sq.
 haliatae 331 sq.
 Halotia 287.
 Hippothoitis 277. 279—81. 291—93.
 Hippothous 277. 291 sq.

- Ischolaus [273, 3](#).
 Iuppiter diuersis cognominibus Tegeae adoratus [278, 281](#).
 Iuppiter Lycaeus [281, 295](#).
 legumatores Tegeae [293](#).
 Lichas [320](#).
 Lycomedes [326 sq.](#)
 Lycurgus [274, 297 sq.](#)
 Lycurgus Spartanorum tyrannus [284](#).
 Maera [266, 1, 285](#).
 Manthurenses [266, 273 sq.](#)
 Marpessa (Perimeda) [287, 310, 312 sq.](#)
 metoeci [289](#).
 Minerva Alea [266, 274, 285—88, 292](#).
 Minerva Poliatis [290 sq.](#)
μύροι [326 sq.](#)
 nomographi [332](#).
 Oeatae [266, 272 sq.](#)
 Orestes [320 sq.](#)
 Parrhasia [272](#).
 Parthenopaeus [303 sq.](#)
 Phegeus [305 sq.](#)
 Phigalia [308](#).
 Phylacenses [266 sq.](#)
 Phylactris [284](#).
 Potachidae [266, 274](#).
 praetores [331](#).
 Promachus [304 sq.](#)
 prostatae [330](#).
 prytaneum [284](#).
 reditus [333 sq.](#)
 reges Argiuorum [316—19](#).
 rex Argiuorum Tegeae exsulans [289](#).
 Sciritae [268, 270—73](#). [\[316\]](#).
 senatus [330](#).
 Stasippus [325 sq.](#)
 Sthenippus [289](#).
 Tegea foederis Aetolici pars [328](#).
 foederis Achaici [329](#).
 Tegeates [266](#).
 Teuthis [306, 2](#).
 theori [329](#).

Apinae tricaeque.

Die Erklärung des Wortes *afannae* ist kürzlich von Goetz in Wölflins Archiv II 341 f. einer Erörterung unterzogen worden, welche zu keinem Resultat geführt hat. In einem kurzen Nachtrag S. 597 sind einige Notizen gegeben, welche keinem entgehen können, der einmal die Frage ernstlicher ins Auge fasst. Da ich im Zusammenhang mit andren Untersuchungen schon vorher darauf gekommen bin, so will ich sie hier kurz zum Ziele zu führen suchen.

Die wunderliche Nachricht bei Plinius n. h. III 11, 104, Diomedes habe in Apulien 'gentes Monadorum Dardorumque' zerstört 'et urbes duas quae in prouerbi ludicrum uertere, *Apinam et Tricam*' lehrt wenigstens, dass man die Heimath der *apinae tricaeque* (Martial XIV 1) und dieser Wörter selbst dort im Süden zu suchen hat. Dahin weisen auch die Artikel bei Zenobius III 92: εἰς Ἀφάνας· Συβαρίται νίκην τὸν θεὸν ἤτοῦντο κατὰ Κροτωνιατῶν, παρόντων ἐκείνων. ἐνὶς δὲ τῶν Κροτωνιατῶν χλευάσαντος καὶ εἰπόντος ὅτι τεύξεται ταύτης ἐν Ἀφάνας, τὴν πρόρρησιν τοῦ θεοῦ ἐθαύμασαν. λέγεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δοκούντων ἀνυποστάτων εἶναι¹⁾, und bei Stephanus Byz. p. 149 M. (vgl. Herodian I 328 L.): Ἀφάνας, χωρίον Σικελίας ἄσημον, ἀφ' οὗ ἢ εἰς Ἀφάνας, ἐπὶ τῶν ἀδῆλων καὶ ἐκτετοπισμένων. τὸ ἔθνικόν Ἀφαναίος. (Meineke weist auf die Gewohnheit des Stephanus hin, auch Unteritalien, z. B. s. u. Σινόεσσα, Sicilien zu nennen.) Also εἰς

1) Hesychius: Ἀφάνας· χωρίον τῆς Λαμάρτιδος φυλῆς πόρρωθεν (Συβαρίτιδος; M. Schmidt, der treffend Σαμαρίται Par. bei Zenobius vergleicht).

Ἀφάνης (d. h. nach Utopien) wird verwiesen wer etwas sucht was nirgends zu finden ist, sich nirgends ereignet, ja *Ἀφάναι* wird auch etymologisch nichts andres bedeuten als den τόπος ἀφανής¹⁾.

Sehr nahe liegt dann die Metonymie bei Apuleius *Metam.* IX 10 p. 160 Eyss. 'afannas frustra adblatterantes' und X 10 p. 188 'nescio quas afannas effutire', d. h. 'leere Ausflüchte vorbringen'. Diese Bedeutung wird erläutert durch die Glosse bei Suidas: σκινδαψός, ἀφάνα, womit zusammenzustellen Paroemiogr. I 387 βλίττρι καὶ σκινδαψός· ταῦτα παραπληρώματα λόγων, εἰσὶ δὲ καὶ παροιμιώδη. Leeren Schall ohne Bedeutung bezeichnete man als βλίττρι καὶ σκινδαψός (Sextus Empiricus *adu. math.* VIII 133: 'uerba nullius significationis' Paulus Festi p. 366); νοῦν δ' εἶχεν ἐλάσσονα κινδαψοῖο sagte Timon in den Sillen von Zenon (s. Wachsmuth *sylogr.* 103. 106). Beide Wörter hatte Iuba in der Theatergeschichte erklärt, dessen Auseinandersetzung über das musikalische Instrument σκινδαψός in Athenaeus IV p. 183 übergegangen ist; βλίττρι verstand er richtig als lautnachahmendes Wort für Geklimper, χορδῆς μίμημα (Hesychius, *Paroemiogr.*: vgl. auch Lobeck *Aglaoph.* 1331). Eine sprachliche Gleichung nun bietet die bilingue Glosse: *apinae*· φάννας, wohl verstümmelt aus einer längeren: *apinae* (ἀφάνναι . . . εἰς ἀφάννας. Denn das lateinische Wort *apinae* verhält sich zu *apanae* (da Aspiration wegfällt) wie *canistrum* zu *κάναστρον*, *lepista* zu *λεπάστη*, *trutina* zu *τρυτάνη*, *machina* zu *μηχάνη*, *Agrigentum* zu *Ἀκράγας*. (Vgl. Lobeck *pathol. prol.* 244, der auch bereits *apina* und *ἀφάνα* in der Anmerkung zusammenstellt.) Auch der Übergang des Begriffs von leeren Worten zu nichtigen Dingen voll-

1) Die Schreibung des Namens schwankt zwischen einfachem und doppeltem ν: Herodian II p. 480 L. Bei Zenobius haben Bodl. und Harl. Ἀφάνης, Bodl. Par. Harl. ἐν Ἀφάναις; bei Stephanus Byz. Ἀφάνης der Rebdig., übrigens Ἀφάνναι und Ἀφάννας in den Handschriften; bei Hesychius ist Ἀφάνναι überliefert, bei Suidas ἀφάνα. Bei Apuleius IX 10 bat der ältere Florentinus *afannaf*, der jüngere im Text *affannaf*, aber am Rande *affanaf*.

zieht sich leicht. Beide Schattirungen bietet Martial: I 113 'quaecumque lusi iuuenis et puer quondam *Apinasque* nostras', und diese seine Verse nennt er gleich darauf V. 6 *nugae*. XIV, 1, 7 heisst es von wohlfeilen Geschenken: 'sunt *apinae tricaeque* et si quid nilius istis'. Ans dem Munde seiner Landsleute mag Apuleius die Form *afannas* angenommen haben. In den Glossen *afannae* und *afamiae*, welche mit *aestimationes* erklärt werden, kann ich nichts andres als Verderbnisse von *aestumiae* erkennen, wozn Festus Pauli p. 26: 'aestimias pro aestimationibus' vortrefflich stimmt. Ob das mittelalterliche *affanare* = manibus operari, *affanator* = operarius, wovon provençalisch *afanar* = sich abmühen, das ital. *affannare* = bektümmern, *affanno* = Ermüdung, Kummer, und Andres (Diez Lex. I 8) mit unsren *afannae* und *apinae* etwas zu thun hat, wage ich nicht zu entscheiden. Ein verachtetes Ding oder Geschäft kann ja zur Plage werden, und so ist der Übergang der Bedeutung von einem Nichts zu ermüdender Arbeit und Sorge wohl denkbar.

Obige Anseinandersetzung wird weiter bestätigt durch die Verbindung von *Apina* mit *Trica* bei Plinins und die Zusammenstellung *apinae tricaeque* bei Martial. Denn wie hier *tricae* die Bedeutung werthloser Kleinigkeiten haben (vgl. οὐδ' ἄχνην, οὐδὲ πασπάλην, ἀκαρές, οὐ τριχὸς ἄξιος, nauci, flocci non facere, ciccum non interduim, titiuillitinn und vieles Andre, zum Theil gesammelt von Nanck *Mélanges* IV 728), so heisst es in gleichem Sinne bei Plautus im *Rudens* 1323: 'quid dare uelis qui istaec tibi inuestiget indicetque, eloquere prope celeriter. — nummos trecentos. — *tricas*. — quadringentos. — tramas putidas. — quingentos. — cassam glandem'. Ganz entsprechend erklären die *Excerpta* des Labbaeus: *tricae*, τριχώματα. Kein Zweifel, dass *trica* nichts andres ist als das griechische *τριξ*, wie so oft der Accusativform entlehnt. Also stammt auch dieser Ausdruck aus Unteritalien. Um so begreiflicher, dass der Campanischen Posse, der Atellana, die *tricae* geläufig sind (Varro im *Gerontodidascalos* bei Nonius p. 8), freilich in sehr veränderter Bedeutung. Soll man dem

Glossographen bei Nonius a. O. Glauben schenken, welcher lehrt: 'dictae quasi tricae' (nämlich 'impedimenta et implicationes'), 'quod pullos gallinaceos inuoluant et impediunt capilli pedibus implicati'? Festzuhalten ist zunächst, dass auch er die Grundbedeutung 'Haare' voraussetzt. An sich ist ja auch das Verfahren, jungen Hühnern die Füße mit dünnen Seilen zusammenzubinden oder zu umwickeln, damit sie sich nicht verlaufen, ebenso natürlich als gebräuchlich. Auf gleicher Auffassung scheinen zu beruhen Papias '*tricae sunt impedimenta gressuum, inde trico, as*', derselbe: '*trico, moror*' u. s. w., gloss. Salom.: '*tricamentum, mora*'. Und ganz befriedigend erklären sich hieraus sowohl die 'Verwickelungen' der dramatischen Fabel als auch der Ausdruck 'nt me in tricas coniecisti' im Persa 796, ferner die Verba *intricare* (Afran. 113) und *extricare*, letzteres besonders anschaulich bei Horaz *carm. III 5, 31* 'si pugnat extricata densis Cerna plagis' (vgl. *Plantus Epid. I 2, 49*). Nicht minder nahe liegt aber der Gedanke an 'Geflecht', wie *tricia* (ital. *treccie*) im mittelalterlichen Latein eine Haarflechte bedeutet, und *tricare* das Haar flechten. Dagegen scheint auf die Grundbedeutung des Dünnen, Nichtigen zurückzuweisen die Glosse: '*tricari, in paruo morari*' (Abauus)¹⁾. Und in der That fallen in der Anwendung *tricae* nicht selten mit dem Begriff 'Flansen' zusammen. Besonders in Geldangelegenheiten, in Verhandlungen zwischen Gläubiger und Schuldner greift diese Bedeutung Platz. Als *Tranio* auf die Frage 'quid de argentost?' ausweichend antwortet, sagt der Wechsler: 'quin tu istas mittis tricas?' Hier ist von Verstrickungen nicht die Rede. Dem Kuppler, der sein Geld fordert, wird erwidert: 'quod argentum? quas tu mihi tricas narras?' (*Curc. 612*). Ebenso sagt *Lucilinus* von einem sämigen Zahler, einem Flansenmacher: 'magnu' fuit trico nummariu', solvere nulli lentus' (*Non. p. 22, 29*: 'tricones, morosi et ad reddendum duri'). Von dem bösen Schuldner *Dolabella*

1) Diese und die übrigen Mittheilungen aus Glossaren über *tricae* verdanke ich der Gefälligkeit von Goetz.

schreibt Cicero an Atticus XV 13, 5: 'tricatur scilicet'. Und der bedrängte Schuldner bei Horaz sat. I 3, 88 'nummos unde unde extricat'. Auch 'domesticae tricae', von denen Cicero ad Att. X 8, 9 schreibt, sind doch wohl 'häusliche Lumpereien'. Aber solche Erbärmlichkeiten sind immer verdriesslich und können in unangenehme Häkeleien ausarten, und so konnte Turpilius V. 45 zusammenstellen 'iudicia litis turbas tricas', kann der Kuppler im Persa 796 eine verfängliche Zumuthung abweisen mit den Worten 'nil mi opust litibus neque tricis'. Auch wenn Caelius an Cicero VIII 5, 2 schreibt: 'sic multum ac diu ludetur atque ita diu, ut plus biennium his tricis moremur', hat er an allerhand nichtige Vorwände gedacht, welche die Entscheidung hinziehen sollen. Wer auf dergleichen Ausflüchte und Chicanen ausgeht, heisst *trico* und *tricosus* bei Lucilius ('tricosus bouinatorque' Gellius XI 7, wo 'bouinator' durch 'tergiuersator' erklärt wird: vgl. Placidus und Löwe Prodr. 320). Hierzu gehören die Glossen: *tricosus*: ἀρχεῖος ἔκλυτος, λαγγών bei Philoxenus 217, 25 und *tricosus*: cessator, λαγγών in den Excerpta. So spielen die Vorstellungen des Nichtigen und des Verflechtens ineinander: dass aber auf letzterer die tricae der Atellana und die Intriguen beruhen, leidet wohl keinen Zweifel.

Aber ein letztes Wort erfordert noch die Herkunft der Redensart εἰς Ἀφάνας, dann die sprüchwörtliche Zusammenstellung nicht nur von *apinae tricaeque*, die Martial offenbar der Volkssprache entnommen hat, sondern auch der zweifellos mythischen Ortschaften *Apina* und *Trica* bei Plinius. Das Aition des Spruches εἰς Ἀφάνας führt auf ein ἀπόφθεγμα Συβαριτικόν oder einen λόγος Συβαριτικός (vgl. V 88 Συβαριται διὰ πλατείας u. a.). Epicharm, von dem bezeugt ist, dass er Sybaritische Schnurren verwendete (schol. Aristoph. Pac. 344: vgl. Lorenz Epicharm S. 277), hat der Stadt oder ihrer Einwohner im Herakles bei Pholos gedacht (Bekker anecd. Gr. I 83: Ἀφάνης· Ἐπιχαρμος Ἡρακλεῖ τῷ ἑκπαρα Φόλω), vgl. Lorenz a. O. 242). Die Notiz bei Plinius kann man versucht sein aus den Origines des Cato herzuleiten, wel-

cher unter den Gewährsmännern des dritten Buches aufgezählt und an benachbarten Stellen mehrfach citirt wird. Aber die 'gentes Monadorum Dardorumque', über die ich bisher vergeblich etwas zu erkunden gesucht habe, und die spöttischen Namen ihrer Städte legen den Gedanken an poetische Erfindung sehr nahe. Sollte in einer *Atellana* oder *Togata* oder einer grossgriechischen Posse das Schicksal jener verschollenen Gemeinden irgendwie behandelt worden sein? Die 'Einsamen' würden nicht übel nach *Apina* gepasst haben, *Bardi*, Tröpfe, vielleicht nach *Trica*. Aber wir wollen solche Träume auf sich beruhen lassen und nur hoffen, dass ein künftiger Erklärer des *Martial* weder über 'tricae' allein auf *Curtius Etymol.* 462 verweisen, noch über 'apinae' die untröstliche Auskunft geben wird, dass 'die Herknunft und Etymologie' des Wortes 'unbekannt' sei.

Nachträglich füge ich auf Grund freundlicher Mittheilung von O. Crusius hinzu, dass der *Athous* (*Miller Mélanges* p. 362) nach neuer Collation von L. Cohn im Lemma *Ἀφάννας* wie im Text *Ἀφάννας* hat, ebenso *Ἀφάννας* die älteste *Vulgärhandschrift*, der *Parisinus*, dagegen der *Laurentianus* *ἀφάνης* und *ἀφάναις*. Beispiele des Schwankens zwischen einfachem und doppeltem Consonanten bieten u. a. G. Meyer *Griech. Gr.* § 287 ff. und Lachmann zu *Lucrez* p. 37. Der einfache Nasal-laut pflegt der ursprüngliche zu sein.

O. Ribbeck.



Verlag von S. HIRZEL in Leipzig.

M. VALERII MARTIALIS
EPIGRAMMATON LIBRI.

Mit erklärenden Anmerkungen

von

Ludwig Friedlaender,

Professor in Königsberg

Zwei Bände.

gr. 8. Preis: M 18. —

STUDIEN

auf dem

Gebiete des Griechischen und der arischen
Sprachen

von

Johannes Baunack und Theodor Baunack.

Erster Band.

Erster Theil.

gr. 8. Preis: M 6. —

Ausgewählte Abhandlungen
wissenschaftlichen Inhalts

von

GEORG CURTIUS. —

Herausgegeben

von

E. Windisch.

gr. 8. Preis. M 4. —

Diese Abhandlungen bilden den zweiten Theil (Schluss) von
„Georg Curtius, kleine Schriften“, deren erster Theil u. d. T.
„Ausgewählte Reden und Vorträge etc.“ erschienen ist.

Beide Theile sind einzeln verkäuflich.

RETURN TO the circulation desk of any
University of California Library
or to the
MAIN CIRCULATION

**RETURN
TO →**

ALL BOOKS ARE SUBJECT TO RECALL
RENEW BOOKS BY CALLING **642-3405**

DUE AS STAMPED BELOW

JUN 21 1994		
JUN 29 1994		
7/07/94		
7/14/94		
JUN 29 1994		
08/02/94		
1994		
JUN 19 1994		
ALP... AUG 25 '94		

FORM NO. DD6

UNIVERSITY OF CALIFORNIA, BERKELEY
BERKELEY, CA 94720

REC. CIR. AUG 17 '77

RET D ...

LD 21A-40m-11,'63
(E1602s10)476B

General Library
University of California
Berkeley

GENERAL LIBRARY - U.C. BERKELEY



8000569212



